# ACRONIS ET PORPHYRIONIS

## COMMENTARII

IN

# Q. HORATIVM FLACCVM.

EDIDIT

FERDINANDVS HAVTHAL.

VOL. I.

245855.
6. 8. 30.

BEROLINI,
SVMPTIBVS JVLII SPRINGERI
MDCCCLXIV.

# NOTATIO LIBRORVM.

(Descriptionem codicum, ad quos haec editio adornata est, vide in ed. Lips. p. 1—32 atque in praefatione Vol. I.)

## CODD. ACRONIS:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| A = | Paris. | 7900 | A. saec. | IX. |
| γ = | Paris. | 7975 | — | XI. |
| b = | Barcell. | | — | XI. |
| B = | Paris. | 7971 | — | X. |
| φ = | Paris. | 7973 | — | X. |
| R = | Paris. | 7988 | — | XV. |
| N = | Norfolc. | | — | XV. |
| 1 = | Bern. | 223 | — | XV. |
| 2 = | Bern. | 516 | — | XV. |
| G = | Guelpherb. | | | |

## CODD. PORPHYRIONIS:

M = Monac. saec. IX—X.
A = uet. lib. Petri Danielis in ed. Basil. a. 1555 bibl. Bern.
2 = Bern. 516 saec. XV.
R = Paris. 7988 — XV.
G = Guelpherb.

## EDITIONES:

r = Romana ante a. 1474 (Barthol. Guldinbeck).
m = Mediol. 1474 (Ant. Zaroth.).
v = Ven. (Patauii 1481).
C = Comm. Cruq. Rapheleng. 1611.
c = Bas. 1527. 8 apud Val. Curionem.
a = Ascens. 1529.
f = Georg. Fabricii Basil. 1555 ap. Henric Petri.
h = Nic. Hoenigeri Basil. 1580 per Sebast. Henricpetri.
Q = ed. Pragensis 1861 apud C. Belmannum.

# COMMENTARII
## IN CARMINVM LIBRVM PRIMVM.

## CARMINVM LIB. I, 1.

### ACRON.

Varia hominum scribit officia [atque studia, pragmatice, monocolos].

1. *Maecenas atauis edite regibus.* In commemoratione parentum et laudatio invenitur, ut *Verg.* (A. X, 597): *Per te, per qui te talem genuere parentes*, et uituperatio, ut (*Verg.* B. VIII, 44): *Aut Tmarus aut Rhodope aut extremi Garamantes.*

ACRON, graeca forma, in uett. codd., ut ad exitum uitae secundae et in Scholiis ad Carm. IV, 9, 33 constanter scribitur, ACRO in ed. Romana. Neque nomen Acronis additum inscriptionibus singulis usquam offendi in vetustioribus libris mss. qui saeculum XV superant, neque in ullo sive remotioris sive recentioris aetatis libro commentariorum qui Acroni vulgo assignantur, eius praenomen, quod alii Hele*num* alii Hele*nium* esse opinati sunt. Inscriptio totius commenti est in A: INCIPIT EXPOSITIO IN HORATIVM. Codices saec. XV alias aut longiores habent inscriptiones, ut Vat. 4611: ACRONIS GRAMMATICI EXPLANATIO IN LIBROS CARMINVM Q. HORATII INCIPIT, Par. R: ACRONIS GRAMMATICI COMMENTARIUS IN LIBROS CARMINUM ORATII, aut breuiores, ut Vat. 1516: ACRONIS IN ORATII ODIS LIBER INCIPIT, Par. 7985: LIBRI PRIMI CARMINUM CO*M*ENTVM ACRONIS EXPLICIT. INCIPIT SECVNDI, Par. 7986: INCIPIT CO*MM*ENTVM H*O*RATII QUOD ACRON COMPOSUIT. Edd. Med. et Veneta: Acronis Commentatoris Egregii in Quinti Horatii Flacci Venusini opera (oper*ae* Ven.) expositio (expo*t*itio Ven.) Incipit.

1) Argumento add. Fabr. et Hoeniger. verba *atque studia.* Vox *studia* ex Porph. argumenti verbis *alio studio* inlata videtur. Hinc item facile originem duxit ablativus o*ffi*cio in glossis quorundam vett. codd. ut. Par. II et Bern. K, in quo haecce leguntur primo carmini anteposita: '*Caium Aemilium ad Maecenatem.* Vario hominum scribit officio' etc. Conf. *varia ingenia* v. 3. Ex hac inscriptione, non ex verbis vitae II extremis *omnibus melius*, nomen *C. Aemilii*, suppositicii commentatoris (v. Suringar. III, p. 86) ortum est. Adi disputationem meam in Mus. Rhen. 1846 p. 516. 529. Verba *pragmatice monocolos* s. πραγματικὴ μονόκωλος, quae sic scripta Fabr. recepit, non sunt Acronis sed hic et alias a grammatico quodam profecta videntur atque serius a librariis marginibus librorum Horatii adscripta et commentariis qui Acronis feruntur insèrta. Literis Romanis exhibita ista extant in codd. atque editionibus, caue tamen ne Graeco uerbo seductus priorem uocem nomen adiectivum habeas; adverbium enim est, id quod luculenter patet ex similibus verbis amatorie, personaliter, exclamatorie al. id genus. 3) Laudatio *est* C. Verg. et uergil. A saepius quam u*i*rg, uirgil. Per te *qui* te talem A1, per *qui* te talem M2d, rmv, per te *qui* talem RN. Qui *tanti* talem Cacfh. 4) *Ut* om A. Aut *Tmarus* A, ut aut tmarus d, ut histmarus 1, ut hysmarus N, ut, Ismarus R, Cmvacfh.

*edite regibus.* Quoniam dicitur duxisse originem ab Etruscis regibus et contempsisse senatoriam dignitatem, mansisse autem semper in equestri ordine.

2. *o et praesidium.* [Quoniam a caede eum liberauit, uel] quia per ipsum liberatus est, indulgente sibi Augusto, et multa etiam illi donauit Maecenas, amicus Augusti Caesaris.

*decus*] quia magna laus est, placere meliori.

3. *Sunt quos.* [Sunt qui delectantur inire curule certamen]. Exponit, [autem] uaria esse hominum ingenia et non unas uoluptates, ne sit arrogantiae, quod sibi poeticam uidetur uindicare, cum singulos quosque rerum aliarum diuersus amor habeat.

*puluerem Ol.* [Agonalem habere puluerem in curru suo]. Circenses agonici in honorem Iouis Olympici sunt inuenti apud Elidem, ut Verg. (G. III, 202): *Hinc uel ad Elei metas.*

4. *metaque feruidis euitata rotis.* Vertigine ipsa calentibus, sic circumducta, ne offendatur.

5. *palmaque nobilis.* Alios *palma nobilis* i. e. uictoria terrae *dominos* facit et diuinis honoribus consecrat in morte uictores, [ac per hoc neque aurigae neque uiro forti aliud placet quam sunt].

6. *terrarum dominos.* Ἀμφιβόλως dictum est, utrum *dominos terrarum* eleuet an ad *deos,* qui sunt domini terrarum.

*ad deos.* Ad Capitolium, ac si diceret: cum triumpho.

7. *mobilium t. Quiritium.* Qui sunt facilis animi [et facile mouetur uulgus].

4) *Quoniam-uel* om. A, a cede eum NR12, q. caede eum r, eum a caede mvcafh. et quia 4r. 8) *Sunt qui-certamen* om. AH. non unas *omnium* uoluntates C. 9) uaria esse ANRd2, uaria hominum esse r, esse om. mvcafh; uolu*p*tates ANRH, uolu*n*tates 12rmvcafh, non unas *omnium* uoluntates C. 10. u*i*nd. ARH, uend. rmvcafh, uend. *doctrinam.* cum mvcafh. 12) Verba inclusa om. A. *et* habere NRG 12, m, *etiam* hab. rvcafh. 13) *h*elide*m* AHNROde, *h*eliden 1, mv, elide*m* 2, elide*n* c. ut A2, rell. unde. 14) helei ARGe1, vm, elei r, elaei 2, cafh. hi*n*c uel ad r, hinc ad ANd, h*u*nc uel ad 2, h*i*c uel ad Re, hic *et* ad mvcfh et C (iterum ad Carm. IV, 2). Antecedit ille (Aquilo) apud Vergilium, unde *hic* (equus) ortum puto. 15) *Sic* circ. ARCrmv, *sic* om. cafh. circu*n*d. c, circu*ndata* R, sic circu*mdata,* caute circuita, ne offenderentur C. Lege: *feruidis*] vertigine ipsa calentibus; *euitata*] sc. circumduct*u* ne offendatur (sine sic). ne *uia* offendatur r. 17) i. e. om. A. 18) *in morte* uict. N2. *uirtute* uict. r, *utpote* uict. ANe1, vmcafh. 19) quam sunt om. e, mvcafh, aliud om. Re, nec uiro forti placet *qui* sunt r; extrema haec verba voci *deos* adscripta puto, ut ex scholio subseq. patet. 20) Hoc schol. om. A; amphibolicos MRbe2, r; amphiboloicos N1, amphibologicos m (amphiol.) vcafh. 23) *Qui* sunt ANde12, r, qu*ia* R, mvcafh, faci*lis* r, recte; pluralis faci*les* (NRe2, mvcafh) ex *qui sunt* ortus est; anim*is* fh. A: qui sunt faciles *et auari . sicut illi inquit . . .* Absunt ergo uerba *Ad uulgi leuitatem refert,* quae scholion illud praecedunt in recc. codd. ut Ne et mvcafh; absunt etiam a 2 et r . NR e et r addunt locum Verg. (A. I, 149): *Saeuitque animis ignobile uulgus;* mouetur codd. recc. et mvcafh, moue*n*tur G.

8. *tergeminis t. honoribus.* Finitus numerus pro infinito, vel etiam aut quaestura, aut praefectura, aut consulatu.

*Hunc — honoribus.* Subaudi ab inferioribus: *numquam dimoueas* etc.

*Illum si* (*qui?*) *proprio.* Sicut illi inquit, cui semel agricultura placuit et (qui?) coepit de agris suis frumentum reponere, nullis praemiis persuades, ut nauta sit: sic nec sibi, cui lyrica professio placuit, aliud suaderi posse scias, iuxta illud (*Terent.* Phorm. II, 4, 14): *quot homines, tot sententiae.*

10. *quidquid de Libycis.* [Species pro genere]. *Verritur*, colligitur [trahitur]. [*Findere*, colere, fodere].

11. *Sarculo.* [Sarculus] genus ferramenti rustici, quod Graeci σκαλίδιον uocant.

12. *Attalicis condicionibus.* Attalus Pergamorum rex ditissimus fuit, cui propter opum magnitudinem populus Romanus testamento successit.

13. [*Numquam de*moueas. Id est, etiam si diuitiae regis Attali proponantur, numquam *di*moueas illum].

*trabe Cypria.* Trabem Cypriam abusiue posuit pro quacumque, siue quia ualidiores illic fiunt.

14. *Myrtoum.* A Myrtilo, auriga Oenomai, soceri Pelopis. Quem cum deprehendisset, quod axes suos corruperat in Hippodamiae certamine, in pelagus eum praecipitauit; ex cuius supplicio mare nomen accepit.

[*pauidus.* Proprium epitheton nautarum].

15. [*luctantem.* Confligentem].

*Icariis.* Icarus, Daedali filius, pinnis resolutis, quas cera illigatas arte patris sumpserat, in mare corruit et nomen imposuit mari Icarium.

*Africum mercator metuens.* Metuens tempestatem tunc laudat otium et agrum, tamen auelli a nauigio postea non potest, cum timere desierit. Ordo est: Mercator metuens luctantem Icariis fluctibus Africum, otium et oppidi sui rura laudat, mox reficit quassas rates, ut trabe Cypria pauidus nauta secet Myrtoum mare.

2) praetura NRdeq 12, Crvca, praefectura bG, mfh. 3) *Zeugma* ab inf. mvcafh, zeugma ab inferi*ori* C. 5) persuad*es* ANR, persuade*as* Cmvcafh; nauta *fiat* C. 6) suaderi AN, *per*suaderi R, rmv, persuad*ere* cafh. 7) illud Terentianum Re. 11) totum schol. om. A, uerba *quod — uocant* 2; σκαλίδιον C, σκαλιν r, το διον R, todion d, τον διον v, ton dion b1, σκαφίον cfh, σκαφεῖον Asc. et Suringar. p. 72. Scribe: *areis*] *area* quam Graeci τὸν δῖνον uocant. *Sarculo*] genus f. r. 12) perga*morum* AHN, rv, pergami 2, pergam*eno*rum Rde1, mcafh ex Porph. 14) om. A, *uel* etiam N. 16) posuit AHNR, r, ponitur mvcafh. 17) fiunt AH, fi*a*nt C, rel. sunt. 18) auriga uicinionario A (man. 2 lin. suppos.), victimario vcafh, auriga est *nomen siue* pelopis 2, auriga *enomai siue* pelopis Rye. Scripsi *Oenomai*, *soceri Pelopis*, nam auriga Pelopis erat Spaerus s. Killas Paus. V, 10, 2 et Eustath. ad Hom. Il. I, 38. Ad rem conf. Paus. VIII, 14 et Hygin. fab. 225; auxiliario C. Scholii alteram partem, *Seu a Venere propter myrtum non a Myrtilo, nam Myrtilium diceretur* om. A. 23) pinnis A. *i*llig. A1, ca, *a*llig. mfh, *ob*lig. r. 24) Icario Ccafh. 27) Ordo - mare om. A.

18. *indocilis.* Pro indoctus uel impatiens [pauperiem pati].

19. *est qui.* Est qui delectatur conuiuiis apparatis, ut continuare uelit diem.

*Massici.* Locus est in Campania, ubi optima uina nascuntur, *Verg.* (G. III, 526) *Atqui non Massica Bacchi Munera.*

20. [Nec partem. Duae abnegatiuae particulae hic pro una ponuntur].

[*Solido.* integro].

*Demere de die.* Scilicet ut non intermittat, si continuet laetitiam totius diei.

*Nec partem . . spernit* [Λιτότης. dicit alios uita lautiore delectari].

*uiridi . . arbuto.* Hoc est, loco amoeno et conuiuiis apto.

21. *membra s. a. stratus.* [Figura est synecdoche, ut *Verg.* (A. I, 228): *oculus suffusa nitentis* pro: habens membra strata sub uiridi arbore].

22. *aquae l. c. sacrae.* Omnis enim fons in orgine sua sacer est et sonitu suo suadet etiam somnos.

23. *multos castra* delectant, ut (Verg. A. III, 282) *iuuat euasisse tot urbes Argolicas.*

*lituo tibae.* Litui acutus sonus est, tubae grauis. [Inter lituum et tubam hoc in antiquis distare inueni: lituus equitum est et incuruus, tuba vero peditum et directa].

24. 25. *matribus detestata.* Propter mortes filiorum, quia in bello pereunt uiri et adulescentes (animosi atque?) incauti sunt. Ideo et *Verg.* (A. VIII, 556) *uota metu duplicant matres.*

25. *sub Ioue.* Iouem aërem ponit et nocturnum tempus, quo feris tenditur, ac per hoc dicit aliis venationem placere, ita ut non capiantur affectu coniugum, dum eligunt uoluptatem uenandi.

26. *tenerae coniugis.* Aut delicatae, aut nuper in matrimonium copulatae.

27. *catulis fidelibus.* Sagacibus, ut *Verg.* (IV, 132): *et odora canum uis*, uel silentium in uestigando seruantibus, ut *Lucret.* (IV, 122o): *et fida canum uis.*

1) Schol. om. A, paup. pati om. 1bdC, rm. impat. *paupertatis* Rye. 2) Schol. om. A, paratis bd, r. 3) Locus Verg. ex ARy, Rye addunt: et rursus (Verg. G. II, 143): *sed grau.* — *laeta.* 4) Schol. om. A2. 6) om ANd. 7) interi*m*at ty; sed *in* laetitiam continuet *unum partem* diei C. 9) inclusa om. A 2, ex Porph. 10) *Hoc est loco*-apt*o* ARC der, Amoen*a*-ap*ta* mveafh. 11) Totum schol. om. A; synecdoche ex C, figurate d, figuratiue r. 15) Delectant A, alii: exercitium militare delectat; loc. Verg. om. NR etc. 17) Totum schol. om. 2, Inter-directa om. A 1. 20) *Exerata* propter codd. recc. et edd., execra*n*da Rye, mort*es* A dr, morte*m* rell. 21) quia (qu*a* mfh) in bello *pueri et adolescentes* (adu*l*. A) *animositate* incauti sunt ANReyt, mveafh; d: quia in bello *pereunt uiri* et adulescentes — animosi? — et incauti sunt, r: qu*i* in bello pereunt qui uiri et adolescentes animosiores et incauti sunt. 22) *ut* uirg. Cmrveafh. Loc. Verg. om. NR etc. affectu*m* coniug*ii* A, uoluptat*es* veafh. 25) in matr. *acceptae* C. 27) Hoc schol. ex A constitui. *in* uestigando pro *inu*est. ipse posui.

*teretis plagas.* [Non plagas teretes sed] de tereti ait fune factas; ideo enim ita posuit, quia illi filis debemus substantiam (substamina?), unde sumimus (suimus?).

28. *Marsus aper.* Sabellus, species pro genere, unde et *Verg.* (G. III, 255): *dentesque Sabellicus exacuit sus;* maiores enim forma et ferociores esse dicuntur. Ait ergo uenatione, se musica delectari.

29. *Me doctarum ederae praemia frontium.* Poetarum scilicet, quia poetae tantum edera consueverant coronari, ut *Verg.* (B. VII, 25): *pastores, edera crescentem ornate poetam.* Diuinum ergo honorem se dicit per poema adeptum.

30. *gelidum nemus.* Materiam ipsam carminis pro laude posuit. [Nemus autem Parnasi montis dicatum Nymphis].

31. *Nympharumque leues cum Satyris chori.* Liberi patris chorus. Satyri enim et Bacchae ideo leues, quia se in saltando et ludendo uelociter rotant.

32. *secernunt populo.* Id est, dant mihi meritum, ut a uulgo et a uilibus separer.

*tibias Euterpe cohibet.* [Id est: si poemata mea non moratur nec Musae impediunt]. Euterpe invenit tibias, in quibus uox est et sonus.

33. *Polyhymnia.* [Vna ex Musarum numero et est epenthesis, ut] *Verg.* (A. VIII, 27): *Alituum pecudumque genus Sopor altus habebat.*

34. *Lesboum.* Lesbos insula, ergo a loco dicit Lesboum propter Alcaeum et Sappho, quos apud Lesbum natos esse constat, [*aut* ab eo Lesbio, qui primus fuit lyricus scriptor, aut a Periandro rege, cui primum Mercurius lyram ostendit].

*barbiton.* Lyra maior organi sono similis. [*Alii* dicunt latiorem partem lyrae].

1) Non plag. teretes Adr, non ter. plag. rell., *de* tereti ANRmv, *ex* tereti dr, *de* et *ex* om. cafh, teretes de terete fune factas C; ait A. 2) ill*is* Ad. Verbis *enim ita* in A lacuna relicta est. Suspectam uocem *substantiam* omnes codd. et edd. tuentur. Totum schol. insanum et contortius dictum displicet. 5) Cum A verbis *ait* — *delectari* inferius positis in rmvafh et plane omissis a C hanc sedem dedi. 11) *Nemus* — *Nymphis* om. A. 13) Liberi pat. chorus A. se uelociter *moueant* r. rotent Rye. 16) et a uilibus NS,m, om. vcafh. et uilibus A. a uulgo separant et uilioribus C, a uulgo et quolibet RX. 17) Id est — impediunt om. AbCBφ. Rec. codd. et r: Id — mor*ian*tur — impediant; poe*ma* meum non mor*a*tur cafh. 18) Eut. — sonus ANO,rmv, om. b12, Ccafh. 19) A: Pol*in*ia-ut uirg. alit*uu*m pecudumque g. s. a. h. (sic), sic iste polimnia barbiton, om. Una — epenthesis. Notitia epentheseos transiit ex Charisio IV, 1, 266 Keil. in C: 'Poly*mneïa*. Haec etiam una est Musarum, dicta *quasi* multae memoriae, et est Epenthesis, sicut in illo Virgil. pecudumque genus Polymne*ï*a constat.' fh: polyh*ymnia* cantat (pol*yy*mnia K). Haec duo uerba non sunt Vergilii, conf. Peerlk. ap. Suring. p. 78. 79, quippe prof. ex glossa: polyhymnia quae multum cantat. Epenthesis ergo ad formam alias τετρασύλλαβον pol*yy*mnia u. 33 spectat. Polymneïa non est forma Horatiana, atque ab Aldo Manutio introducta est. 24) aut — ostendit NReyI1,rmv. Utrumque schol. om. A2,ca. 25) Lira maior orga*ni* sono similis A. Lyra maior organo simil*is* sono dNIX (sim*ul* sono), rmv. *Alii*—*Lyrae* (Nd,rmv) om. A.

35. *Quod si me lyricis uatibus inseris.* Allusit ad (proverbium?). Si, inquit, possum lyra mea cantare fauore Musarum [i. e. si me receperis in numero lyricorum poetarum, ad caelum uehar merito gloriae atque uirtutis].

## PORPHYRION.

*Maecenas — Sunt quos.* Hac ode Maecenatem adloquitur indicans alium alio studio teneri (eorum) quae adpetantur uel ludicri cupididate uel (lucri uel) gloriae, se autem putare inter deos relatum iri, si numero lyricorum poetarum adscriptus fuerit. Maecenatem ait *atauis regibus editum,* quod a nobilibus Etruscorum ortus sit.

5. *palmaque — deos.* Ambiguum, utrum *nobilis deos* an *nobilis palma.*

7. *mobilium t. Quiritium. Mobiles Quirites* ait referens ad uulgi leuitatem. Loquitur autem de eo qui fauorem uulgi captans optet, cum ingressus sit theatrum, plausum sibi edi a populo: sic enim excipiebantur in theatrum principes, de quibus bene populus sentiebat; hos plausus *tergeminos honores* ait.

12. *Attalicis condicionibus.* Id est, regiis opibus. Attalus autem rex Pergamenorum fuit, cuius hereditate populus Romanus locupletatus fuerat. Est autem sensus: quicumque consuerit agrum suum colere, numquam sollicitetur ad nauigandum, etiam si regias opes promittas, ut hoc faciat.

13. *Cyprea trabe.* Pro cupro abundante; cupr*i*is enim clauis naues figuntur.

16. *Mercator — rura sui.* Sensus est: Mercator cum tempestatem in mari patitur, abhorret nauigare et optat iam rusticam uitam [et] in patria sua [rura] colere, mox ubi euaserit periculum, eandem uitam repetit. Per quod colligit, neminem posse aliquid agere quam quod consuerit.

1) inser*es* A, etiam in Hor. ut Kb. *Allusit* ANXdey1, rmv, allusit ad . . . . . Si R. Si — uirtutis om. A. Fauore A, fauor*em* NRXd1, rmv, Si inquit — Musarum om. fh. Receperis, recipis, repereris, reperis, reponis; meabo, mear, uear, uehar; ad caelos usque *e*uehar C. Si me receperis inter Lyricos poetas, tunc merito gloriae adaequabo astra fh.

PORPH. Nomen uarie scribunt: Por*fu*riouis, Por*fy*rionis et Por*phy*rionis M, Por*fi*rion. et Porph*i*rion., atque etiam Porphiri*us*. Porph*y*ri*on* Cod. Chis. saec. XI ad Carm. I, 1, 8. Porphyr*io* et Porph*i*r*io* r. 6) Adloq. M (alias alloq.). 7) teneri quae MRBφ, *eorum* quae A2, eorumque v, eorum qu*i* rafh. adp. M. 3 se autem MA2, se put. autem rvafh. 8) uel lu*di*cri cup. MBφ. *uel lucri* adde propter negotiatorem et mercatorem. Vel *ludi* cup. uel. lucri uel gloriae? 9) Adscr. M. 10) nobilibus MAR, *nata*libus *regum* Hetr. fh. *cum* a nob. hetr. r. 11) nob. palma MR. 14) in theatr*o*. infra Carm. I, 20, 29 ut hoc faciat om. φ. 16) ait MR, uocat 2, appellat rvcafh. 18) Pergam*en*orum M aliique praeter 2 qui ut rv perga*mo*rum habet ex Acrone. 20) ut *nauta fiat* C. 21) cyprea Mg, al. cypr*i*a. 24) *cum* M, rvafh. *qui* R. 25) *vitam in* (om. *et*) N2g, rv, uitam *ut in* afh. sua *rura* rvafh. Tam *et* quam *rura* glossatoris manum redolent, utrumque om. M. 26) *ali*quid Mg pro *aliud quid*, *aliud* agere quam quod R, *aliquid* agere *praeterquam* quod rvcafh. consue*rit* M ut supra, consueuit 2.

19. *Est qui nec u. p. M. — spernit.* Ordo: Est qui nec spernit. Dicit autem, alios uita lautiore delectari.

20. [Nec — spernit. Λιτότης, ut *Verg.* A. VII, 261: munera nec sperno].

22. *ad aquae — sacrae.* Id est, apud fontem. Omnes autem fontes sacri habentur, et ideo *caput sacrae aquae* ait.

*manet sub Ioue frigido.* Ac per hoc sub caelo. Dicit autem, alios studio uenandi plerumque in siluis pernoctare.

27. *catulis cerua fidelibus.* Melius generaliter accipimus, quam ut uenationi tantum eos fideles intellegamus; nam et *Lucretius* (VI, 1220) *fida canum uis* dixit. Ergo quod semper dominis fideles sunt, intellegamus.

29. *Me doctarum ed. pr. frontium. Praemia doctarum* frontium ederas ait, quia his poetae coronantur, unde et *Verg.* (B. VIII, 12) ait: *atque hanc sine tempora circum, Inter uictrices ederam tibi serpere lauros.*

31. *Nympharumque — chori.* Per eas egregiam gloriam dicit consequi, de quibus canit: fere enim lyrico carmini materia de nemoribus ac fontibus est, et si qua sunt his similia aut proxima.

32. *Secernunt populo.* Id est, de grege uulgi tollunt ac per hoc sublimem faciunt.

33. *Euterpe cohibet.* Vt si diceret: si tamen Musae non denegant mihi studium cantus sui.

34. *Lesboum barbiton. Barbiton* organi genus est in modum lyrae. *Lesboum* autum dixit referens ad Alcaeum et Sappho, lyricos poetas, quos in Lesbo insula natos esse manifestum.

35. *lyricis uatibus.* Graecis utique intellegendum; nam nondum erant Romani.

# CARMEN I, 2.

## ACRON.

1. *Iam satis — pater.* C. Caesaris mortem significat, quo in senatu occiso plurimae tempestates, niues et grandines fuerunt, quo tempore et

2) alios lautior*es* rv. 3) MR2g, rva om., fh (liptote) ex C (litote). 5) *pariter* fontes rvafh. *ait* om. rvafh. 9) accipi*e*mus rvafh. Non *Dix*it *ergo* neque *Dicit ergo* (fh) sed *dixit* (Lucretius). *Ergo* legendum est. 12) d*u*ctarum M in lemmate et in scholio. 13) corona*b*antur rvafh (consueuerant coronari ACR.). 14) uictric*es* heder*as* tibi serp. laur*um* MRg. 15) *eas* MR2g. 16) carmi*ni* MA2, va, carmine Rg, r, lyric*i* carmin*is* fh ex C. *ac* font MR2g, rvafh, si qu*ae* vafh. 19) Cum u. *faciunt* exeunt scholia Porph. ad h. o. in afh. 21) *in* mod. MA2g. *ad* mod. rv. 22) man. *est* R2, rv.

ACRON. Idem comentum A. Ode II ad Caesarem Augustum R.

30) Gai d, Gaii HN, Caii t vca, C. Caes. r etc. A in rasura: *iulii* (cesaris). 31) niu*is* et grandin*is* AHbd1, r, tempestatis r, tempestat$^{e}_{i}$s A (1 m). Lege: tempestates plurimae (genitiu.) niu*is* et grandin*is*. C: plurimae niu*is* et grandin*is* tempestates portentaque uisa sunt.

inundatione Tiberis dicitur Roma laborasse, quod propter Caesarem in honorem Augusti Caesaris ultoris eius uult factum uideri. Nam de ipso et *Verg.* (B. V, 20): *Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnin Flebant*, et alibi (G. I, 466): *Ille etiam extincto miseratus Caesare Romam.* Haec enim omina, id est, fulmina, grandinem, diluuii metum intellegi uult uindictam Caesaris fuisse.

*Dirae.* A Furiis tractum, quae *Dirae* dicuntur, ut *Verg.* (A. IV, 473, conf. III, 610): *Dirae ultrices*, ut et (A. XII, 276): *Dirarum uerbera nosco.*

2. *Rubente dextera.* Omnes manubiae albae et nigrae.. esse dicuntur, Iovis rubra (est?) et sanguinea.

*Sacras arces.* Templa deorum uel imperatorum, uel etiam *sacras arces* Capitolium dixit.

5. *Terruit gentes.* Timere fecit gentes.

6. *Ne rediret saeculum Pyrrhae.* Uxoris Deucalionis, sub quibus fecit diluuium.

*Noua monstra.* Dicit fuisse diluuium, propter hoc quod sequitur: *genus piscium haesit summa ulmo* etc.

7. *Omne cum Proteus.* Proteus beluarum marinarum pastor. Hunc dicit marina armenta in montibus [diluuio] pauisse, de quo et *Verg.* (G. IV, 294—295): *Immania cuius Armenta et turpes pascit sub gurgite phocas.*

*Pecus egit.* Omne animal praeter hominem antiqui pecus dicebant.

9. *Haesit ulmo.* Contraria in diluuio contigisse dicit, in arboribus haererent pisces et siluestres damae in aquis natarent, quas *Vergilius* masculino genere posuit (B. VII, 28): *Cum canibus timidi uenient ad pocula damae.* Diluuio facto cum tantum Parnasus emineret, Deucalion et Pyrrha, quomodo repararetur genus humanum, Apollinem consuluerunt. Qui dum

3) Daphni*n* A2C. 4) Haec enim om*ina* A2, fh, rell. haec enim om*nia* (oia rva). omnia (portenta) C. Similiter *ful*mina tempestatum et *flu*mina inundationis confunduntur. 5) *in* uindictam r, uindicta R, in *ultionem* Porph. 7) tractum quae (om. est) AH2, C. 9) Pet. Nannius Miscell. III.3 (Grut. Lamp. p. 1263): 'Omn. man. albae et nigrae esse dicuntur. Iouis *nigra* et sanguinea. mutilata omnino et corrupta sententia. Nos eam ex isto uetusto Codice restituemus.' Quod infectum dolemus. Omn. man. a. et n. *pallida coruscatione* esse dicuntur; Iouis rubra et sang. A. Ex u. *pallida* profectum uidetu*r Palladis* in C: Om. a. et n. Palladis esse dicuntur: Iouis rub*eae* et sanguine*ae*. pluralis ortus ex *manubiae* aut ex rubra ē = est. rub*ra* et sanguinea ANR, mva, rub*ea* efh. rubra *est* manus (manubia? Sen. N. Q. II, 41) et sang. 2. rubra i. sang. 1. Palladi Tritoniae manubiae dabantur, Aesch. Eum. 817, Eurip. Tro. 80. Spanh. num. I, 432, ut Vulcano, Dionyso Zagr. et ipsi Herculi, Gerhard. gr. Myth. I, 253, II, 214, Creuzer. Dionys. 251. 11) A om. scholia a *Sacras* usque ad *Omne.* 12) di*x*it R2. uel etiam cap. d*ic*it uel *romanas* arces. 14) P*yrre* et P*irre* codd. *Phi*rrae K, nullus Pyr*rh*ae cum h. 18) Pro*th*eus cum h codices. be*lu*arum codices et reafh, be*ll*. mvC. 19) dil. mont. A, dil. om. C. H. *et* Verg. AR1, r. pasc*unt* s. g. phoc*ae* A. focas 1, v. 22) Schol. om. r. 24) Siluestres*que* v, syluestresque meafh. da*mm*ae ANb. 26) reparare*nt* N, efh. hum. genus 1, m. *hominum* genus R. 26) qui *dum* A1C, meafh. qui*a dum* r. qui cum NR. — matris *tunc* cogn. R, mveafh.

respondisset, ut iacularentur ossa matris, cognouerunt terram esse matrem dictam, unde iaculante mox Pyrrha lapides puellae, Deucalione mares nati sunt. *Verg.* (B. VI, 41): *Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem. Iuuenalis* (I. 48): *Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.*

13. *Vidimus flauum Tiberim.* Aut turbidum aut colore limi flauum, ut *Verg.* (A, VII, 31): *Verticibus rapidis et multa flauus harena.* *Retortis.* Aut propter turbines dixit *retortis*, aut propterea quod in campos exibat, non solito alueo in maria prorumpens. [Constat autem uiolentia maris repulsum Tiberim inundasse].

14. *Litore Etrusco.* Id est, Tyrrheno mari, quo influit Tiberis.

15. *Monumenta regis.* Regiam dixit. Locus enim est, in quo Numa Pompilius habitauit, ad Vestae aedem habens Regiam. *Cicero* (pro Mil. XIV, 37) de eodem loco: *Nuper me ad Regiam paene confecit.* — *Regis.* Numae scilicet Pompilii, qui seditionem abstulit et religionis cultum adhibuit.

16. *Templaque Vestae.* Quia dicebatur Tiberis per Rostra ante habuisse meatum, quae templo Vestae iunguntur.

17. *Iliae.* Matri Romuli, uxori suae.

*Querenti.* Querelas deponenti morte Caesaris nomine originis suae.

18. *Vagus.* [Non recto meatu fluens] qui extra alueum errat. — *Et sinistra ripa.* Aut infesta, aut qua magis parte est ciuitas, quam inundari cupiebat.

19. *Ioue non probante.* Non permittente.

20. *Uxorius amnis.* Diversae de Ilia poetarum opiniones sunt: nam Ilia mater Romuli fuit, quem ex Marte suscepit, quae mortua ad ripam

5) flauom Bφ in Hor., flau*um* in schol. 5) *a* colore *auri* 2, *arenae* colore flau. C. 6) Vort. Caf, Heyne. 7) aut quod R, aut propt*er* AN1. aut propt*erea* Cmveafh. 8) inclusa om. A, ex Porph. Tib. *romam* inund. R. prorumpens R, rell. om. (Verg. l. l. 32: *in mare prorumpit*). 11) Regi*a* A,r. Locus *enim est* A, loc. *est enim* RN,r, loc. est *ergo* mveafh. 12) Ad Vestae *aedem* scripsi pro: ad Vestae *templum*. A: mon*um*. regis. regi*a* dixit monumenta regis. Locus *enim est* in quo numa pompilius habitauit ues*tem* habens regiam. ues*tem* habens regiam R, mveafh. veste (cum cauda) hab. reg. r. uest*am* hab. reg. 2. Regiam dicit Numa Pompilii, qui *ad Vestae suam* habuit regiam. Cic. de *eadem* sic ait: Nuper ad regiam me paene confecit. C. Suringar. p. 113 facit cum Oudendorp. ad Sueton. p. 293 emendante ex C: *ad Vestae* habens regiam Solin. Polyh. 2: propter (= prope) *aedem Vestae* in regia, conf. Barth. Adv. VI, 5 p. 2683. 14) et religio*nem* adh. r. 18) Schol. om. A. 19) *n*omine i e. causa scripsi pro *h*omine (A), omine N, homin*is* RrC eafh. 20) Non — fluens om. A2. effusus et *errans* per ripas suas C. scripsi *qui errat* (*labitur* vagus), erra*ret* AR12, mveafh, *m*earet N, *curreret* r. qui — errat om. 2. 21) infesta A21, rmveafh, inf*au*sta C. infensa R (Aut inf*en*sa aut *ea parte qua* magis ciuitas est *frequens* quam *in*undare cupiebat). aut *ibi* qua mveafh. aut *ubique* r. magis *prona* veafh. magis *parua* r. magis *parte* ANR1, m. *in*undare R, *red*undar*i* Ar, *re*dunda*re* N, mveafh. Scripsi *in*undari, nam aquae, non ripae *re*dundantur. 24) Uxori deditus 2r, glossa ex scholio aut ex Servio ad l. l. Variae C. positiones A.

Anienis fluuii sepulta dicitur, qui in Tiberim cadit, et, quia abundans aquis Anio cineres Iliae in Tiberim deduxit, dicta est Ilia ei nupsisse, et ideo dixit *uxorius amnis*, qui se ad eius querelam iactaret ultorem. [*Alii* dicunt, quod ista Ilia Anieni nupserit, nam multi hoc sentiunt poetae. Sed Horatius ut Tiberi det causas irascendi, Tiberis magis dicit uxorem]. Uxorii enim dicuntur uxori dediti, ut *Verg.* (A. IV, 266): *Pulchramque uxori urbem Exstruis.*

21. *Audiet ciues.. pugnas.* Pugnas ex morte Caesaris in posteros editas dicit per bella ciuilia. Nam et Augustus percussores eius usque in Aegyptum persecutus est.

25. *Quem uocet diuûm.* i. e. aversos dicit superos pro tali scelere uota humani generis spreuisse.

26. *Fatigant.* Instanter et impense rogent, ut *Verg.* (A. V, 239 aut VII, 471, coll. cum V, 582): *Diuosque in uota uocasset — uocauit* [fatigant].

27. *Minus audientem carmina.* Hymnos et preces non audientem pro supplicantium impietate.

29. *Cui dabit partes scelus expiandi.* Id est: cui deorum dabit Iuppiter potestatem delendi malum, quod patrauit pars Romanorum? non enim omnes consenserunt in mortem Caesaris.

30. *Iuppiter.* Iouis mite numen est nec aliquando per se laedens, ut *Lucan.* (I, 661): *Nam mitis in alto Iuppiter.*

31. *Nube candentis.* [Melius canden*ti* nube, quam canden*tis* humeros]. — *Amictus.* Candidis nubibus uelatus, scilicet qui uideri possis; irati (uelati?) enim dii nequeunt conspici.

32. *Augur Apollo.* Augustum dicit, qui se Apollinis filium uolebat uideri, aut propter Troianum genus de Veneris stirpe, ut *Verg.* (A. I, 289): *Hunc tu olim caelo spoliis Orientis onustum Accipies.*

3) Scribe: qui*a* se iactauit, ut supra *erral* pro *erraret.* 4) nam multi hoc sentiunt poetae Ar (om. *poetae* ut R. 5) causa*m* h. di*x*it codd. et edd. *Alii* — *uxorem* om. C qui pergit: Uxori*us autem* dictur u. dedi*tus.* Ar: uxor*ii* enim dic*un*tur uxoribus dediti. rell. uxori*us* e. dicitur ux*ori* dedi*tus.* 9) *prop*ter Ceafh. *per* AN1, v *ob* r. editas, AR, a, *de*ditas N, mve, *red*ditas 12, fh. 9) Nam *et*A2, r. 9) usque *ad* mveafh. *in* Aegyptum *usque* percussores *Caesaris* RC. prosec. r. 11) *adu.*R12, rmv. 14) fatig*ant* A, rell. fatigent. Locus non est Val. Flacci Arg. IV, 69. 15) ymnos A, pro imp. om. C. *propter* sup. imp. R. suplican*tum* mvr (suppl.) 19) mort*em* AR, afh, mor*te* N1, ve, *necem* r, nece bG. Quod patrauerunt Romani in occidendo caesare C. delendi *piaculum* b. 20) nomen C. nec aliq*uando* A, rell. aliq*uid*, quod non ad homines spectat. 20) *ut* Luc. AC. N*um* mitis fh. 22) Schol. om. A 2. *Nube candentis umeros* A (in lemmate scholii et in Hor.) Rbr. canden*ti* N12, mvefh. 29 *et* qui ANR2, mrvea, *ut* qui Cfh, *si* qui 1. sc. ut (om. *qui*) 2. 23) pos*sis* N1G. pos*sit* AR2 Cmv. pos*set* r. *non* pot*est* afh. *irati* enim A 2, contra nexum sententiarum, scribe *velati*, cum de amictu, non de ira Apollinis agatur. *Amicti* NR1, rmveafh, *non amicti* C. 24) Aug. *dicit* A. Aug. di*x*it 2 *Propter* Aug. qui R. Haec propter Aug. dicit qui C. Rell. om. et *propter* et *dicit.* Aut — accipies om. 2. 25) Ut Virg. A, rell. ut *est.* R: — uideri quippe in bello acciaco eum fautorem habuit contra antonium. Unde est (Verg. A. VIII, 704): *accius haec cernens* acrum tendebat *olimpo* aut propter etc.

33. *Erycina. ridens* Venus ab Eryce, in quo maxime colitur, dicta. *Verg.* (A. V, 759): *Erycino in uertice sedes Fundatur Veneri Idaliae.* Sed Veneris numen non usque adeo mite esse solet; nam irata Solis filias persecuta est.

35. *Siue neglectum genus.* Quia Caesarem occidi passus est, siue quia postea in ultionem eius bellum ciuile fieri permisit. — *Et Nepotes*] *Nepotes* eius Romanos dixit per Romulum.

36. *Respicis auctor.* Mars auctor per Iliam uel Romulum, ut *Verg.* (A. VI, 780): *Viden' ut geminae stant uertice cristae, et pater ipse suo superum iam signat honore.*

37. *Ludo.* Ludum Martis dixit bella ciuilia, cuius ludus in praeliis est.

38. *Quem iuuat*] delectat; Martem enim et bellicus clamor et splendentia tela delectant, ut *Verg.* (A. II, 27): *Iuuat ire et Dorica castra, Desertosque uidere locos.*

39. *Et Mauri.* Maurum abusiue posuit pro quocumque hoste.

41. *Siue mutata iuuenem figura.* Mercurium dicit, siue quia in diuersas potestates transfigurari consueuit, siue quia cum uult Augusto per Troianos parentem uideri, ut *Verg.* (A. VIII, 140): *At Maiam, auditis si quidquam credimus, Atlas Idem Atlas generat, caeli qui sidera torquet. Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno. Et uenias precamur* a superioribus ubique subaudis.

42, 43. *Almae filius Maiae.* Ne Cupido putaretur, ideo dixit *filius Maiae*, ut Mercurium ostenderet. *Verg.* (A. I, 297): *Et Maia genitum demittit ab alto.*

45. *Serus in caelum.* Ac si diceret: diu uiuas Romanis, et tarde diuus fias.

47. *Vitiis iniquum.* Iratum, indignantem peccatis nostris et propter hoc fugientem nos.

50. *Princeps.* Iuxta morem principum, qui patres patriae dicuntur.

1) Er*i*cina ride*n*s A in Hor., eric. ride*s* in lemmate. er*i*ce AN. eryce *ubi* colitur 2. ab *h*erice 1. ab erice *monte* r, ab Eryce monte C, ab eric*io* monte *R*, a monte Eryce fh. 3) in *litore* ACr. d*icta* — *persecuta est* om. 2. *Fundatur Veneri Idaliae* om. Ar. 7) *Siue* quia omn. praeter A2. passus *sit* Ab. pass*a* est N. 6) *Nepotes eius* omn. om. praeter A. *per* Ar, rell. *propter*. schol. om. C. 8) Mars *augustum* Ab. *Auctor* — *honore* om. 2. *uel* Rom. Abr, rell. *et*. Mars propter Iliam Romuli matrem C. 9) Viden' — stant om. A1, rmvca. 10) honor*em* Ab ut Menag. 11) dicit 2 11) est in prael. R. 12) *Quem iuuat.* iuuat delectat Ab. i. delectat r, rell. om. *delectat.* Totum schol. om. 2. 15) pro *qualibet gente* Bφ. 16) *dicit* — *fias* om. 2. 17) eum uult A. ut Virg. A. 18) At Ma*ia* A1, rmv, rell. at Mai*am*. 19) credi*tis* Ar, ut Gud., rell. cred*imus*. At*h*lans (bis) A, athl*as* N, rell. atlas. 19) caeli qui sidera *torquet* ACR (tollit). 21) subau*di* supra I, 1, 18. 22) Nec A. 22) dixit fili*um* Ar. 27) iratum contrarium indign. AC. *iniquum* durum indignantem r. iniquum *inimicum* octauianum dicit uiciis romanorum, quia suo tempore expugnauit (l. expurgauit) uicia eorum b.

51. *Medos.* Parthos, a quibus Crassus occisus est, quo pereunte ortum est bellum ciuile. *Lucan.* (II, 11) de eodem: *Umbraque erraret Crassus inulte.*

## PORPHYRION.

*Iam satis terris.* Post occisum C. Caesarem, quem Cassius et Brutus aliique coniurati interfecerunt, multa portenta sunt uisa; Tiberis enim ita creuit, ut prodigii loco haberetur. Haec autem omnia (omina?) uult uideri in ultionem occisi principis facta et paenam eorum, qui bella ciuilia agere non desinebant. Qua inundatione Tiberis ad periculum ruinarum alio duxit solum.

*Terris — misit.* Pro: in terras misit.

6. *Saeculum Pyrrhae.* Pyrrha questa est, noua monstra mundo accidisse, interitu generis humani.

9. *Piscium — ulmo.* Leviter in re tam atroci et piscium et palumborum meminit, nisi quod hi excessus lyricis concessi sunt.

11. *Et — superiecto damae. Superiecto aequore*, id est, super terras iacto illa scilicet diluuii inundatione. Sic et *Verg.* (A. VII, 31): *Verticibus rapidis et multa flauus harena.*

14. *Litore Etrusco uiolenter undis.* Constat, uiolentia maris repulsum Tiberim redundare [solitum] et effundi super ripas suas, quod hic nunc monstrose factum dicit. *Litus* autem *Etruscum* Tyrrheni, id est, Tusci maris repulsum Tiberim [in litus] accipit, in quod exit.

15. *Monumenta regis. Monumentum* non sepulcrum tantum dicitur, sed quicquid memoriam testatur; *regis* ergo Numae Pompilii significat.

1) Locum Lucani om. NR1. 6) gaium M. 7) interfecerant fh. 7) *ita* om. rvea. Tyberis *etiam* Cfh. cf. III, 27. 8) om*nia* codd. et edd.; om*ina* legas ut in Acrone, nam sola Tyberis inundatio dici nequit *haec omnia.* 10) *Quam* inundation*is* M, rell. Quam inundatio*nem*. Et H. Stephanus et Nannius et Suringar. desperantes intactum hunc locum reliquerunt. Ablatiuis positis sanus tibi uidebitur. Ad periculum ruinarum i. e. ut ruinae timendae sint; *alio* i. e. alium in locum; *solum* i. e. terrae solum. 12) In MR, ra haec glossa a capite scholiorum, ante argumentum posita est; in terr*is* R. *pyrrae.* pyrra M. 12) qu*ae*sta M, mvh. mundo accid. MR. 16) *hi* Mafh, ii Rrv. 18) Sic *et* MR2. Verg. M. sic *etiam* Virg. rvafh. 20) redundare solitum eff. (*et* om.) MR, red. *et* solitum eff. rvafh. Abieci *solitum*. Acron qui habet *solito a luco* ad h. l. conf. est. *super* ripas MR, *per* rip. rvafh. *etrusco* codd., *he*tr. edd. *Tusci* maris MAR2, r (thusci) va, *hetrusci* maris fh. *Etrusco lit.* i. e. Tyrrheno *mari*, quo influit Tiberis. C. Mare ergo est, non litus, in quod Tiberis exit. Hinc distinctio post *Tusci* maris aliena est et sententia corrupta: Litus aute*m* Etruscum Tyrrheni i. e. Tusci maris. Repulsum Tiberim *in litus* accipit, in quod *Tiberis* exit. NR: Litus — repulsum *tiberis litus* (tyb. litt. R) accipit, in quo *tiberis* exit. In littus acc. in *quod* rvafh. 24) sepulc*r*um tantum MR2 rell. tant. sepulc. rvafh. 25) *omnia* quid*q*uid MR (quicq.) *omne* quicquid rvafh. sed quicquid (om. *omne*) 2. Memori*a* MR, rv, memor*iam* afh. 25) Reg*is* MR2. rv. Reg*iam* afh. sig*nat* rvafh. Subaudi *memoriam*. Memoria autem non testatur monumentum, sed hoc illam testari certum est.

19. *Ioue non probante.* Quod terreri Iuppiter iusserit populum, non perire.

17, 18. *Iliae — ultorem.* Ilia, auctore *Ennio* (Ann. I, 57), in amnem Tiberim iussu Amulii, regis Albanorum, praecipitata. Antea enim Anieni matrimonio iuncta est, atque hic loquitur, quasi Tiberi potius nupserit.

17. *Querenti* autem *Iliae,* eaedem Caesaris intellegendum.

21. *Audiet ciues acuisse ferrum.* Ἀσυνδέτως transiit. Sic intellegendum: Itaque *audiet rara iuuentus,* maiores suos *acuisse ferrum.*

23. *Parentum. Non pugnas parentum,* sed *uitio parentum.*

24. *Rara iuuentus.* Quia bello ciuili sub Caesare et Pompeio, deinde sub Augusto et Cassio atque Bruto Romani se ipsi confecerunt.

25. *Quem — rebus.* Iterum ἀσυνδέτως transiit, et fere amorem hunc habet sine coniunctionibus transeundi. Caeterum subaudienda hic est coniunctio *ergo;* sic enim fit plerumque. Ergo: quem uocet diuûm populus?

27. *Minus audientem — Carmina Vestam.* Offensam scilicet scelere eorum, qui Caesarem occiderunt.

30. *Tandem — amictus.* Conuersus est ad Apollinem, qui Actiaco bello Antonium oppressit.

33. *Siue tu mauis, Ericyna ridens, Quam Iocus circum uolat.* Potest et *ridens Iocus et Ericyna ridens* accipi, et est Homericum *Ericyna ridens* secundum illud (Il. V, 375): φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.

35. *Siue neglectum genus et nepotes.* Ad Martem hoc pertinet, quem inuidiose arguit genus suum, id est, Romanos neglexisse, quod passus sit eos bello ciuili uastari.

37. *Heu, nimis longo satiate ludo. Ludo* belle pro bello [posuit]; hic (hoc?) enim uidetur ludus esse Martis.

39. *Acer et Mauri peditis cruentum Vultum in hostem.* Mauri pro cuiuslibet accipe bellicosae gentis (milite?); speciem pro genere posuit.

41. *Siue — figura.* Adulatur Augusto, Mercurium cum dicens esse.

3) E*m*nio R. 4) Ama*ll*ii M. al*v*an. M. 4) praecip. (om *est*) MR2, r. Antea *enim* MAR2, rvafh. 6) Qu*ae*renti M, rv. 7) Trans*ii*t codd., trans*it* rvafh; item infra. 8) *audiet* om. fh. 10) bell*o* ciui*li* R, conf. schol. ad u. 35. *in* bello ciuilibus afh. Bell*a* ciuil*ia* M2, rv. poeta hic uit*io*, inferius uit*iis* dicit pompeio (erant?). Deinde M. 11) se ips*os* 2, recte: ciuis ciuem inter bella ciuilia. 18) *est* om. rvafh. Conuer*titur* C. 17) qui*a* M. 18) obpr. M. Locum Verg. A. VIII, 704, quem R *ad Acronem* sic adfert: 'Unde est accius haec cernens arcum tendebat olimpo' *om.* MR2, rva, legitur in Cfh. 20) *Id* est homericum MR2, rvafh. Φιλομηδὴς M2, r, Φιλομειδὴς vafh. Ἀφροδιτης G, ra. Verbis gr. in R lacuna est. Sufficeret: *Eryc. rid.* Homericum illud. 25) belle MA om. R2, rvafh. posuit om. M2. quod ludus Martis *est* Bφ. *hic* codd. et edd., praeferendum est *hoc* sc. bellum. 26) lusus M, quod sensu singulari ioci ponerem propter *uidetur esse*, si datiuus *Marti* scriptus esset. *Ludus* est repetita uox poetae. 28) accipe NR22, rva, accip*it* fh. pro cuiuslibet (om. bellice,) gentis *uiro* po*nit* sp. pro gen. C. uiro fh. *hoste* Acron, *pro qualibet gente* Bφ. 29) esse dicens Cafh.

45. *Serus — redeas.* Suauiter optat Augusto, ut diu uiuat.

47. *Neue te nostris,* Bene haec dicuntur, quia ad Mercurium uidetur loqui, qui uolucer deus est, simul eleganter et illud oblique optat, ut post excessum Augustus diuus factus recipiatur in caelum.

*Nostris uitiis* [Vtrum] ad bella ciuilia referens ait [,an latius, ex hoc intellegitur].

48. *Ocior aura tollat.* Pro: ocius tollat, σχῆμα ὑπαλλαγή.

## CARMEN I, 3.

### ACRON.

1. *Sic te diua.* Principium deprecationis, qua nauis beneficis sideribus commendatur; salutare enim Veneris sidus est. *Sic* autem aduerbium adiurantis est.

2. *fratres Helenae.* Castor et Pollux. *Lucida sidera*] Ἐπεξήγησις.

3. *Ventorum pater.* Aut Aeolus, aut iuxta Physicos, qui uentos ex motu Oceani nasci uolunt, Neptunus dicitur, ut Verg. (A. V, 14): *Quidue, pater Neptune, paras?*

4. *Praeter Iapyga.* [Iapyx] uentus utilis [est] de Apulia [flans] Athenas petentibus graece ἀργηστὴς (ἀργεστὴς) dicitur.

5. *Creditum.* [Commen] datum, ut *Verg.*. (G. I, 224): *Anni spem credere terrae.*

6. *Atticis.* Atheniensibus.

8. *Et serues animae dimidium meae.* Amicum partem animae posuit, ideo dimidium dixit. Athenas nauiganti Vergilio nauigii prosperitatem precatur et execratur etiam timore periculi eum, qui primus cupiditate lucri ad temeritatem nauigandi descendit.

1) ut di*uin*at r, diu uiuat et sero *diuus fiat* C. conf. Acr. 3) est om. rvafh. 3) obtat M. 5) *Id est* utrum 2C,rv. *Id* utrum afh. Id est om. MR. 6) *et* hoc MAR2. *ex* hoc rvafh. intelligetur MA. rell. intel*ligi*tur.

Ad nau*im* in qua u*i*rgil. athenas petit; in Horatii codice ad nauem A. Nauem prosequitur qua u*i*rg. athenas uehebatur prosphonetice dicolos ad nauem 1. Tertia ode ad nau*im* uirgilium deuehentem R. Idem ad u. 1: *Sic se diua.* Nau*i*m prosequitur qua u*i*rg. ath. uehebatur.

12) ut nau*is* benefic*iis* Av (Vel. Long. p. 2219). aut nau*is* — commen*detur* ANRG1, rmva commend*en*tur Franeq. ap. Suring. p. 124. Quae commendatio cum non sit consecutio precum sed id ipsum quod deprecatio exprimit, satius esset legere: Pr. dep. *qua* nauis ben. sid. commen*datur*. quare ipsam ben. sid. commendat C. ut *nauem* ben. sid. com*itetur* fh. Dum actiuum passiuo h. l. praestare uideatur, edidi quidem ope librorum: ut *n*auem ben. sid. commen*det*, sed uerbis *principio depr.* locus magis quam intentio cum indicetur. scripsi: *qua* — commen*datur*. 13) *Sic* — *est* om. A. autem om. NG1,r. est om. r. 15) ἐπεξ. om. A, rell. epexeg. ephexeg. effex., ex Porph. 16) eolu*s* AN1r, *A*eolus R2vc Franeq. Aeol*um* — Neptun*um* dic*it* meafh. 19) Iapyx om. AR,r. est C. 19) flans codd. et edd., arg*i*stes ANR1 Franeq. mv, arg*e*stes Creafh. 21) datum Ab. rell. commendatum. *fidere* terrae r. 25) id *est*, dimid. N. 26) *eum* om. Ab, *illum* 2.

9. *Illi robur et aes triplex circa pectus.* Ac si diceret: duritia sine sensu periculi. — *Triplex.* Verbum ab usurariis tractum posuit, quorum auaritia, [uel] spe lucri uel commercii (commerc*io*?) inuentum nauigium sit.

11. *Commisit.* Credidit, ut *Terent.* (Eun. V, 1, 16): *Quem lupo commisisti.*

14. *Tristis Hyadas.* Tempestuosas et nubilas, ut *Verg.* (G. II, 279): *Et pluuio contristat frigore caelum.* — *Nec rabiem noti. Notum* supra omnes uentos extulit, quia cardinalis est; ideo arbiter, quia praecipue iudicare (uim habere?) de fluctibus solet.

15. *Ariae.* Adriatici maris pro quouis mari.

16. *Tollere.* Commouere, ut *Verg.* (A. I, 66): *Et mulcere dedit fluctus et tollere uento.* — *Ponere.* mitigare.

17. *Quem mortis timuit gradum.* Ac si diceret: genus mortis. Tres gradus mortis definiuntur: fato, casu, genitura; fato, ut *Verg.* (A. X, 467): *Stat sua cuique dies;* casu, ut *Verg.* (A. IV, 696): *Merita nec morte peribat, Sed misera ante diem;* genitura, ut *Verg.* (A. X, 781): *Sternitur infelix alieno uolnere.* Unde Stoici casu dicunt, Epicuri fato, Pythagorici genitura hominem mori.

18. *Qui siccis.* Praeter lacrimas, ut *Lucan.* (IX, 1044): *Qui sicco lumine campos uiderit Aemathios.*

10. *Mare turbidum.* Tumens fluctibus suis.

20. *Infamis scopulos Acroceraunia.* Epiri montes, ideo dicti, Graeco uocabulo, quod sui altitudine frequentius fulminantur. De his *Verg.* (A. III, 506): *Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta.* Infames autem famosos, aut multorum poetarum carmine, aut propter asperitatem litoris naufragiis nauium.

3) auaritia spe [om. uel] omn. codd. et edd. praeter R, qui habet *uel spe. et* spe C. Cum tres nauigii auctores dicti uideantur, ablatiuus commerc*io* tibi probabitur. 7) nubi*las* Abr. Francq., rell. nebul*osas.* 9) quia AR,fh. qu*i* vca. ex cardinalibus NR. 10) Schol. ex A. quia om. fh. solet pasci *aestibus* i. nutriri *fluctibus* fh, solet — nutr. *fluminibus* NR, r, — *fulminibus* mvca. 12) ut uirg. A. 14) uent*o* ANR,r. conf. Aen. VII,528, uent*os* ex C in fh transiit. 13) glossam om. AC. 14) ac si diceret R. mortis *si diceret* tres A, mort. ac si dic. tres b. Tres *autem* gr. C. 14) *diff.* NR2 rv. 8 *et* gen. 2. *Fato stat* A om. *ut Verg.* et in 2 seq. locis. 18) epicur*i* AR1, mv, conf. Pers. III, 79 rell. epicur*ei.* 19) hom. mori om. A. mori dicunt C. *dicunt casum* — mori b. 20) *ut* Luc. ANR1b,r. *e*math AN. 21) tu*rbi*dum A. in lemm. et in cod. Horatii, b cum gl. *tumidum* fluctibus. Glossa fons lectionis *turgi*dum est, non auctoritas. T*urgi*dum enim *mare* non dicebatur neque *undae turgent*, sed *tumidum aequor* aut tu*rbi*dum. 23) infam*es* A in lemmate Acronis, infam*is* in Horatio. infam*es* in lemm. Porph. M. Acrocer. A in schol. et in Hor., ubi tamen man. 2. a in *ae* mut. *Sunt montes Epiri* (crvcafh) om. AR, conf. Porph. *Sunt* om. Nr. *cypri* r. su*i* alt. codd. et edd., *ob suam alt.* C. fulmin*a*ntur NR, rell. fulminentur. 24) frequent*ius* A, rell. frequen*ter*. Scholia ad *Acrocer.* et ad *infam.* scop. hoc ordine se excipiunt in codd. et r, aliter in mvcafh. 25) Compendium uocis *autem* in *aut* mut. cafh. Infames *autem* famosos aut mult. AR, rv.

21. *Nequiquam deus abscidit.* Ac si diceret: numquid sine ratione separatum est mare a terris, cum illud elementum periculis, hoc uoluptatibus plenum sit? *Abscidit* autem separauit.

22. *Prudens.* Prouidens.

24. *Non tangenda rates transsiliunt uada.* Periculosa nauigiis; non debere uada accusari, dum nauis ipsa nec fieri nec usui esse debuerit, [hoc est, non tangi]. Nam et *Verg.* (A. I, 112): *Inliditque uadis.* Ideo enim *uada* dicta sunt, quia breuitate sui uadari, hoc est, ambulari possunt.

25. *Audax omnia perpeti.* Merito omnia patiens lucri cupiditate.

27. *Iapeti genus.* Patronymicum. Prometheum dicit filium Iapeti, qui dum ignem superis furatus esset, numinum indignatione febres hominibus datae dicuntur [ueluti calorem, quem desiderarint].

30. *Subductum.* Subreptum [,furatum].

31. *Incubuit.* Institit, ne nec in suo elemento quieti uiuerent, quia aliena temptassent. — *Cohors.* Ac si diceret, multa genera morborum ad uindictam temeritatis terris inmissa.

32. *Semotique prius tarda necessitas.* [Tarde uenientis]. Dicit per necessitatem (multitudinem?) febrium acceleratam mortem, quae tardior hominibus fuerat constituta.

33. *Corripuit gradum.* Accelerauit periculum inuento nouo exitio, ut *Verg.* (A. I, 418): *Corripuere uiam interea* [qua semita monstrat].

34. *Vacuum.* Apertum, quod experiendi hominibus non causa fuerit. *Verg.* (A. V, 515): *Iam uacuo laetam caelo speculatus et alis Plaudentem.*

1) Nequiquam A non in lemmate, rell. nequicquam, necquicquam, non ne quidquam. 2) *a* terris ANR2, rfh. *a* om. mvca. *a* terra C. 3) autem id est R,r. autem om. C. 5) de*bere* ANC, deb*ent* rmvcafh. 6) *dum* AN, *cum* rell. 7) *in*lisitque A, illisitque Nr, ill*u*ditque C, rell. illi*d*itque. 8) qui*a* ANRr, rell. qu*od*. s*ui* ANRCr, rell. su*a*. Quod uix ulla profunditate sui uadari, *id* est, pedibus transiri possunt C. poss*u*nt ANRCr, rell. poss*i*nt. 9) *Merito* omn. codd. et edd. *Id est* om. ANCr. *temeraria omnia faciens* patiensque C. 3) patronomicum A. patronomicum *est* R1. patronomic*on est* N. patron*y*micon r, rell. patron*y*mic*um* est. *periphrasis patronymici Iapetides* C. Nihil mutandum, patris nomen breuius indicatur. Verba diuersae potestatis πατρωνυμικός et πατρονομικός saepe confunduntur. 11) *d*um ANR1, rmvca, cum fh. 12) *dicuntur* ANRr, rell. *sunt*. ueluti calo*rem* ANbr Francq. rell. uelut calor. Glossa uidetur esse ad u. *ignem* pertinens. desidera*rint* AN, desidera*ue*rint Fran., desiderarit r, rell. desiderar*unt*. 13) furatum om. A. *c*reptum Fran. *surr*. N. furto ablatum C. 15) temptassent 1 *Incubuit institit* A. tempt. incubuit autem institit NR,r (in*si*stit). incubuit. terras inuasit ut nec . . C. in*si*stit ut 1. quiete Nb. missa N. *sunt* om. ANR2. ter*ram* inmissa sunt r. 17) Tarde uen. om. A. In cod. Fran. ap. Suring. p. 130 falsum lemma datum est uerbis corruptis *multitud*o *infirmata*, quae idem Suring. mutauit in *mult. infinita*. Lege potius: mult. *infirmitatum* i. e. febrium cohors. In scholio scribe *multitudinem* pro *necessitatem*. accele*ratam* ANRr. *per febreis* acceler*atam* C. Tardam necessitatem dicit propter *feritatem* febrium accelera*ntem* mortem fh. propt. necess. febr. accelera*ntem* mort. mva. Tarde enim dicitur r. tard*a* NR. rell. tard*am*. 22) fuer*at* Rmvcafh.

35. *Pinnis non homini datis.* *Verg.* (A. V, 15): *Praepetibus pinnis ausus se credere caelo Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.*

37. *Nil mortalibus arduum est.* Difficile.

38. *Caelum ipsum.* Quod solum sibi exceperant numina, quasi et ipsum possent humani ausus attingere, nisi fulmina coercerent. — *Petimus.* Optamus, exposcimus, ut *Verg.* (A. VI, 395): *Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit.*

38. 39. 40. *Neque per nostrum patimur scelus. Iracunda Iouem ponere fulmina.* Id est: non patimur illum quiescere; nam quidam Gigantes ipsum caelum conati sunt ad solum deducere. *Verg.* (G. I, 280): *Ut coniuratos caelum rescindere fratres.*

## PORPHYRION.

Ad nauem loquitur, qua Vergilius Athenas petierat, adorans eam, ut eum incolumen perferat.

2. *Sic — sidera.* Σχῆμα ἐπεξήγησις, quia fratres Helenae lucida sidera sunt. Constat autem hodieque inter nautas, Castoris et Pollucis stellas plerumque nauibus infestas (?) esse, ut *Verg.* (A. III, 272): *Effugimus scopulos Ithacae, Laertia regna.*

4. *Iapyga.* Iapyx a uentosa regione, unde flat, dicitur. Iapygia autem est, quae nunc Apulia appellatur. Dicit ergo, optime hoc uento ex Italia Athenas nauigari, et ideirco optat, ne alius flet quam ipse nauiganti Vergilio.

5. 6. Quae — Vergilio. Ambiguum, utrum *debes finibus Atticis*, an *finibus Atticis reddas* accipiendum sit.

8. *animae dimidium meae.* Suauiter hoc dictum secundum illam amicitiae definitionem, qua philosophi (*Aristot.* in Diog. Laert. V, 11, 20, cf.

1) pinnis A. conf. C. II, 20, 2. 4) excepe*ru*nt NR, excepe*ri*nt r. 5) possent fh. poss*i*nt A,Cr. human*i* *ausus* AN,Cfh. poss*it* human*a* *uis* R1 mvea. 7) Cum u. *petiuit* exeunt scholia ad h. o. in A. 9) patimur *Iouem* fh. qu*on*dam N. ipsum *caelo deicere* C. Locum Verg. om. Rr.

PORPH. 14) Ode tertia ad nauem P. Viriliu (sic) maronem uehentem R. 15) pr*o*ferat rv. 16) εφεξ. MG2 rv. ἐπεξ. Ca, rell. epex. 17) hodi*eque* MAG2, hodie rvafh. 18) *infestas* omn. codd. et edd. At prorsus contraria enuntiantur ab eodem Porph., ut ad IV, 8, 32, III, 29, 62—64. conf. ad Carm. I, 12, 27 et inter graecos scriptor. Hom. Hymn. ad Diosc. XXXIV, 6—17, Theocr. id. XXII, 5—22, Eurip. El. 491, Or. 1636, Hel. 1495. 1515. 1680, Luc. D. D. 29, Ael. V. H. IV, 5, Nauig. 9, et Propert. I, 17. Contradicere uidetur Plin. H. N. II, 37. In Horatio eiusque uet. commentt. de hac duplice Tyndaridarum potestate nulla fit mentio. Diligi potius quam metui eos facit uirtus, teste Acrone ad IV, 5, 35, qui eos *beneficis sideribus* in arg. h. o. adnumerat. Temporis decursu populi sententia de duplici Dioscurorum indole aliquantum turbari poterat, pugilum utique pugnatorumque uirtute ac ferocitate, conf. Theocr. XXII, 169. 171. 212. al. Gerh. gr. Myth. I, 128. 411. 529. Welcker. Tril. 229. 234. 598. Creuzer. Dionys. 160. Schwenk. Myth. I, 99. Lauer. Myth. 189. 309 etc. Hinc uide, cum *faustas* uim hominis uel dei non exprimat, utrum *insessas* uel tale quid loco consentaneum sit. Flammae enim Dioscurorum nauibus insidentes conspiciebantur.

*Aristot.* Moral. Magna II, c. 11. Tauchn. p. 88. et c. 15 p. 93.) utuntur: μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασι κειμένη.

9. Illi robur — erat. Execratur eum, qui pericula non timuerit. Habet autem hic quiddam Homericum (Il. II, 490): Χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνίη, id est: ferreum pectus.

14. nec rabiem — maior. Arbitrum pro rectore posuit; significat autem in Adriatico sinu neminem magis Noto uento saeuire, per quod uidetur ibi dominationem exercere ad extollendos fluctus, cum saeuit, uel ad placandos, cum flare desinit.

17. *Quem m. t. gradum.* Quam mortem, inquit, abhorrere potest, qui monstra maris et asperrima saxa sine lacrimis uidere potuit?

20. *Infamis scopulos.* Ait propter atrocitatem naufragiorum, quae ibi multi patiuntur.

— *Acroceraunia.* Montes sunt Epiri.

21. *Nequiquam terras.* Prospexerat, inquit, natura hominibus, ut terrae, quibus sine periculo uteremur, a mari discernerentur, sed hoc frustra, cum iam audeat humana temeritas etiam mari se committere.

25. *Audax Iapeti genus.* Prometheum significat, de quo nota fabula est, ignem eum furtim a caelo hominibus adtulisse et inuexisse terris multas calamitates.

29. *Post ignem — subductum. Hesiodus* (E. 47—88) ait, cum ignis e caelo furto Promethei subductus esset, Pandoram inmissam terris paenae causa. Nam per eam mulierem patefacto dolio erupisse omnium (omnia?) pestium genera, quibus homines laborarent. Secundum eam opinionem haec dicuntur.

# CARMEN I, 4.

## ACRON.

1. *Soluitur acris hiemps.* Mollescit. *Acris* nomen (et?) neutrale a masculino genere, ab eo quod est *acer*, unde etiam in masculino [genere] in *is* desinit; ideo commune et omne nomen facit, ut *acris hiemps* et *acris sinapi.*

17) ute*remur* MA2, ute*rentur* R, u*timur* rvafh. 17) *et* cum M2. 19) fabula est MAR2. fab. *id* est rvfh. fabula s. (scil.) ign. a. 23) In lemmate A: Post ign. aeth. do. *sublat.* et R . . *sublatum* pro *subductum.* 23) *inm.* M2, r. *a* caelo M, rell. *e* caelo. 24) cau*sam* M. 25) omni*a* R. omnium *malorum* genera C. Scribe: omni*a* pestium genera.

ACRON. Incipit ad sestium de uerno tempore A. eadem inscriptio in Horatii codice, ubi 1. m. Ses*ter*tium in *Sestium* mutavit. Ad quirinum Gestium de u. temp. paranetice dicolos b.

29) hiem*ps* A et in M Porph. aliisque uet. codd. Hor. ad Epod. II, 52, Serm. I, 39 et Epist. I, 10, 15, item in codd. Prisciani Vol. II. p. 153 Hertz. et Seru. ad Verg. A. VI, 685 et Charisii I. p. 82, ubi noster locus laudatus est. 31) nomen neutrale ANR1, r, nomen *est* neutr. Cmvcafh. C: *Acris* nomen commune et in neutro genere habet acre: *acris hiems, acre sinapi.* aliquando autem in masculino habet *acer* ut (Ovid. Pont. II. 11, 21): *acer equos.* Altera pars

2. *trahuntque s. machinae carinas.* De naualibus aut pro reparatione aut pro hieme subductas competenti tempore nauigationes in maria reuocant.

3. *Arator.* Mutari etiam usum uitae dicit mutatione temporis, ut *Verg.* (B. V, 70): *Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra.*

4. *Canis.* Candentibus.

5. *Iam Cytherea choros ducit.* Clementia temporis dicit etiam ad ludum animos inuitari, ita ut in noctem saltationibus uacent uoluptatem facientes, unde et Venerem posuit. — *Imminente.* Appropinquante.

6. *Iunctaeque Nymphis Gratiae.* Per *Nymphas* autem mulieres intellegi uoluit, per *Gratias* uirgines. Ista enim tanquam Epicurus ponit, suadens uoluptuose uiuendum pro fragilitate uitae, nec praetermittendam, Venere adridente, laetitiam.

7. *Alterno terram quatiunt pede.* Pro sono cantilenae ad rhythmum (terram?) ferientes. — *Grauis.* Pro operis labore.

huius scholii ab ipso Cruquio addita, non tamen plena esse uidetur; debebat enim esse: aliquando autem *et in masculino et in feminino* habet *acer.* ut: *acer equus* et *acer hiemps* (Ennius in XVI ap. Priscian. Krehl. Lib. V, 3, Vol. I, p. 178, Hertz. II gram. lat. Keil. p. 152. 153. ap. Vahlen. XII, 406): *Aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps fit.* Charisius l. l. adfert rationem cur melius communiter *hic et haec acris* pro *hic acer*, *haec acra* dicatur: — *quoniam aures offendit*, ut Horatius: *soluitur acris hiemps.* Nostro Acronis loco *acris* neutro genere statuitur. Quod tamen cum in Horatii uersu non extet neque recte accipiatur, legi nequit: *Acris* nomen *est* neutrale, sed: Acris n. *et* n., nam hoc ipsum est, quod commentator uult dicere, ut ex ulteriore scholii parte liquido patet, ubi *acris sinapi* nominatiui neutro inducuntur. 29. *genere* utroque loco om. AN. masc. in r. 32) *et* om. ante *acris* NRC. 32) Sinap*i* codd. nostri omnes praeter Nr, qui s*y*nap*i* habent. Sinap*i*, gr. σίναπι, indeclinabile, pluries in Plin. H. N. obuium, a Gesnero contra codicum auctoritatem, qui Colum. XI, 3, 29 sinape habent, seruatum est. conf. Petron. 66, 7 et Apic. VI, 4, VIII, 7.

1) De *naualibus* omn. codd. mei et G, in quo tamen *trachuntque s = siccas de naualibus*, non uero *scilicet de naualibus* legendum erit. Sub nomine restitutionis Acroni haec inculcata sunt: Dicit de nau*ibus* aut pro reparatione a. p. h. — subduc*tis* — revoca*tis*, et quidem ex C: „*de nauibus dicit*, aut *ad reparationem* aut propter hiemem subduc*tis*, competenti tempore nauigationis in maria revoca*tis*.“ Dicit de nauibus s. carinis, dicit etiam de machinis, quibus illae de naualibus deducuntur. Naualia sunt nota. Ouid. Her. XVIII, 207: Hic est aptum nostrae nauale carinae, et Am. II, 9, 21: subductam celant naualia pinum. De his iam tempus est trahere carinas subductas. Nostro loco omn. codd. et edd. hab. subduct*as*. *comp. temp. nauigationis* ANR1, rmv, ad nauigatio*nem* cafh. reuo*care* in maria r, in maria reuo*care* ANR 1, mv. reuoc*ant* cafh. Pro compe*tenti*, nomine suspectae latinitatis, scribe, infinitiui conseruandi causa: compe*tit* temp. nau. in maria reuo*care*. 4) mutatio*nem* A. *ut* A. 6) Nam cyth. R. dicit temp. Ar. 7) *in* om. cafh. *de* nocte C. sal*tantibus* AG, *saltibus* N, rell. salta*tioni*bus. 7) Volupta*te* facien*te* omn. codd. et edd., prater 2, cum quo scripsi: uoluptat*em facientes*, qua lectione nihil potest excogitari simplicius, nihil rectius. *Facere* enim ut in diuinis sic in uenereis rebus nox sollemnis est. Voluptatem *satiantes*, Acroni nuper inculcatum, neque aptum neque etiam latinum est. Nam uti *sitim, famem*, sic libidinem quidem *satiamus*, non uoluptatem, quam *facimus* siue *capimus*. 8) *Unde-posuit* om. 1GCmvca. 10) *Ista.* Is*tas* non in libris est. epicureus AN, Crcafh, epicur*us* R1,m, epicu*rr*us v. ponit A1, fh, pos*u*it r., rell. *ex*ponit. 12) adridente A. a*r*rid. NRmr, a*r*id. I,v, a*r*d. Ccafh. 13) ped*em* AbNCr. 14) ferient*is* AN12G Cr. ferient*es* R. feri*unt* fh. ferien*ti* vmca. pede *terram* R. grau*is* R,rm rell. grau*es*.

9. *Nitidum caput.* Unguentis delibutum. — *Impedire.* Coronare.

10. *Terrae quem ferunt solutae.* *Solutas terras* liberas dixit, hoc est, incultas. Nam *Vergilius*, dum de agricultura loquitur, ait (G. I, 99): *Exercetque frequens tellurem atque imperat aruis.* *Idem* inculta *iniussa ait* (G. I, 55): *Arborei foetus alibique iniussa uirescunt Gramina.* Potest et *soluta terra* aperta iam uere intellegi; nam pro temporibus et patescit et clauditur, ut *Verg.* (G. II, 324): *Vere tument terrae.* Et de hieme (G. II, 317): *Rura gelu tum claudit hiemps.*

11. *Nunc et in umbrosis.* Quasi expleto anno et nouo redeunte reddenda sint uota diis agrestibus, ut *Verg.* (G. I, 341): *Tum pingues agni et tum mollissima uina.*

13. *Pallida.* Epitheton mortis, eo quod pallidos facit.

14. *Regumque turres.* Pro altioribus domibus [regum turres] posuit, ut tabernas pro humilioribus.

15. *Vitae summa breuis.* [Supputatio]. Pro breuium annorum numero posuit, ut *Verg.* (G. III, 284): *Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus.*

16. *Fabulaeque et manes.* *Manes* dii boni dicebantur [.. unde et *mane* tractum putatur ..] aut certe [.. somnus potius quam ..] inferi, qui sunt fabulosi, unde *Verg.* (A. VI, 269): *Perque domus Ditis uacuas et inania regna.*

17. *Mearis.* Ieris, perueneris.

18. *Nec regna uini sortiere talis.* Non accipies per sortem *regna uini.*

19. *Tenerum.* Delicatum. — *Lycidam.* puerum a te stupratum. — *Quo calet.* Quem impatienter amat.

20. *Tepebunt.* Ardebunt, amabunt.

3) *in*cultas omn. (cultui non inseru. Porph). 3) cum Crfh. loq*ui*tur C, loqu*er*etur A et rell. 4) i*d*em *de* inculta iniussa uiresc. A. i*t*em de inculta: *atque* iniussa uiresc. C. idem *deinde* culta b. idem de inc. *et* ini. uiresc. m. idem inc. ini *ait* ut arborei foetus alibi. *atque* iniussa uiresc. R. idem *in* inculto N. idem inculto vac. i. inculto r. 6) apert*o* mveafh. 9) *quia* expl. C. 10) tu*m* ANR1, rm, rell. tun*c*, conf. Beitr. zu Pers. p. 316. 12) eo *quod* ANRbr. om. *eo* Cv. *quae* pall. fac*it* meafh. fac*iat* Ab. 13) *reg. turr.* posuit fh. 15) Supputatio om. ABϙ, 17) i*n*rep. AR. inre*uocabile* r. 18) manes dii boni AN1. Crm. man. om. vea, dii boni man. fh. Unde — putatur (put*ant* Cc) libri tuentur sed interpol. uidentur. cert*i* inferi R1. infe*rr*i qui A. putant, *nam mane* apud antiquos *bonum* dicebatur. Aut *manes* i. inferi, aut somnum potius etc. C. 20) domus fh. 21) Ieris A, rell. pro *meaueris* NRr aut pe*r*mearis (om. pro) mfh. *peruen.* om dr. totam glossam om. vac. 22) A om. 5 postremas glossas. 23) b habet has gl. Lycidam posuit pro quolibet cinedo uel catamito. Bϙ: pro quolibet puero. 24) am*as* bdr. 27) id est. ard. R. *uel* amab. 1 vea, *et* amab. r. i. e. amab. N. frigebunt. marcescent C. marcescent Bϙ. *uel* om. fh.

## PORPHYRION.

Haec ode ad P. Sestium Consularem scripta est, [in] qua, describens uerni temporis gratiam, cohortatur ad laetiorem indulgentioremque uitam, admonens, mortem aequaliter omnibus imminere.

1. *Grata* .. *Fauoni. Fauonium* uentum, qui Ζέφυρος graece appellatur, ueris tempore incipere flare (ait?), et *Vergilius* testis est (G. I, 43): *Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur et Zephyro putris se glaeba resoluit.*

10. *Terrae quem ferunt solutae.* Utrum liberae et cultui non inseruientes intellegendum, ut prata significare uideatur, an temperie et aestu aeris solutae, quae paulo ante frigore hiemis strictae erant. Sic et *Vergilianum* illud (G. I, 43) se habet: *Et Zephyro putris se glaeba resoluit.*

11. *Nunc et in umbrosis Fauno decet inmolare lucis.* Sic et *Verg.* (G. I, 342, 341) ueris tempus aptum rusticis ad sacrificandum dicit, quia *tunc somni dulces* || *et tunc mollissima* uina.

12. *Seu poscat agna.* Adtende feminino genere agnam maluisse dicere quam agnum, secundum illud *Vergilianum* (A. VIII, 641): *Et caesa iungebant foedera porca.* Nescio quid enim quaedam elocutiones per femininum genus gratiores fiunt.

13. *Pall.* — *et tabernas.* Per *tabernas* uulgares domos significat, per *turres* altiores.

18. *Nec regna uini sortiere talis.* Hoc ad magisteria conuiuarum pertinet, quae talorum iactibus sortiri solitos et *Plautus* significat in Captiuis (I, 1, 5), item in Asinaria (V, 2, 54).

PORPH. Ad Publium Sestium consula*to*rem (to exp.) R. Hoc nomen in uett. codd. Horatii scrib. aut Sestius aut Sextius aut Publius Sestius, Publ. Ses*tus* aut Publ. Sextius, Sestius *Quirinus*, Sext. Quir., Sest. Quir. qui et *Festus* dictus est (Bφ), Publ. Sest. uir consularis, Publ. Sext. cons. uir, Publ. Sext. consularis. Praenom. *Lucius* non extat in rv. et quaeritur, utrum L. SESTIUS in numo ap. Ricc. M. F. R. p. 212 et Orell. ad h. o. idem cum nostro iudicandus sit.

2) P. Sestium MARG. P. Sextium 2, rvcafh. L. Sextium consularem. C. scripta est MR. *est* om. r, script*u*ra u, scri*bitur* Cafh. 2) qua MGrv. qu*ae* R. *in* qua quasi fh, *in qua* om. a. *in* qua *ueluti* C. 6) Zefirus M. 7) incipere om. C. flare et uirgil. testis est *qui sic ait* M. *et* om. Cuafh. *qui sic ait* omn. libri. 7) umor M. zefyro M. gl*aeu*a M. 11) *et aestu* codd. et edd. tem*pore* MG. *a*eris MRG, *u*eris afh. Abuno *Sic et* ad alterum ὁμοιόαρκτον fh. om. uerba Verg. — Verg. 16) *tunc* bis codd., alterum edd. abiciunt. 18) poscat agn*am* MR, r. p*a*scat agn*a* fh. A*d*tende M. 19) quid enim M2G, rv. enim quid R. quomodoenim a. enim quomodo fh. 20) eloq*uut*. Mrv. per tab. om. A. *Et* tab. r. 24) conuiu*a*rum MA2G, conuiuar*i*um R, rell. conu*i*uiorum. Recte dicitur magister conuiuii ut collegii et magist*eria* commun*alia*, non magister*ia* conuiu*i*orum. 25) *i*ctibus 2G, rv, rell. i*a*ctibus (actibus M). solitus et M. solita et R. rell. solit*os* et. sortiri solebant *antiqui*: *quod* et C. solitos, quod et Plautus fh.

# CARMEN I, 5.

## ACRON.

1. *Quis multa gracilis.* Percunctatur Pyrrham, cum qua olim consuerat, quo amatore nunc iuuene fruatur, et munditias eius uel blanditias laudat, sed quadam adhuc amantis inuidia, cum se dicat ueluti cum dolore eius illecebras, quibus capit (ceperit?) ignauorum adulescentium animos, tamquam naufragium euasisse per damna. — *Gracilis.* Delicatus, tenuis, ut *Verg.* (G. IV, 472): *Umbrae ibant tenues.*

2. *Urget.* [pro fluxu seminali i.] Coitu et libidine.

3. *Grato sub antro.* Quod et loci gratia et unguentorum iuuetur; nam in antris prostare consueuerunt, unde et fornices dicti.

4. *Cui flauam religas comam.* Cui comeris.

5. *Simplex munditiis.* [Simplex, incomposita] *Simplicem munditiis* dicit animo factiosam.

6. [*Mutatosque deos.* Sibi iratos, dum permiserunt illum in foueam cadere meretriciam]. — *Fidem mutatosque deos flebit, et*.. Mutatam felicitatem suam dum queritur, ipsa ingratitudine nudat amatorem. Hoc autem iuxta opiniones hominum dixit, qui iratis aut propitiis diis lucra siue dispendia sua applicant, ut *Lucanus* (1, 510): *O faciles dare summa deos eademque tueri Difficiles.* — *Aspera.* Bene ἀλληγορικῶς *aspera aequora* (et *aura fallacem*) meretricem uocauit, hoc est inconstantem; nam dum blandiendo incipientem trahit, captum crudeliter nudat, inconstantiae maris (*inconstanti mari?*) similis, unde *Verg.* (A. V, 949): *Mene huic confidere monstro? Et caeli totiens deceptus fraude sereni? Idem* (A. IV, 569) de

ACRON. Ad pyrram meretricem comentum incipit A. Ode quinta ad pyrrham R.

5) percunct. ANR12, mvfh, rell. percont. *diu* consueu. 2. cons. *iocari* bC. coamatore 2. 6) iuu. fru. ARb2. 7) *qua* dicat Ab2G, qua *se* dicat Nrmu. *qua si se* dicat 1, *qua in*dicat R, mva. *cum* se dicat acfh. 8) anim*um* R. anim*am* N. 9) delic. ten. AN,rfh. delic. om 1. de*lectans* ten. mva. i. *tener* Bφ. delic. ten. tener C. 11) pro fl. sem. om. A, Pro fluxu om. r, rell. habent. delibutus unguentis pretiosis C. 12) *que* A. dicti caelle (cellae) meretricum. *Iuuenalis* (III, 155): et sedeant *sic* lenonum pueri quocunque in fornice nati. R. 14) glossam om. RG1, r. 15) Simp. incomp. om. AGNR1, rmvca. 17) totum schol. om. A. cum perm. fh. cum permiser*i*nt ca. 18) in fou. mer. *duci* 2. 18) *et* mut. NR, rell. *ut* mut. 16) nud*at* 1G,m, rell. nud*et*. 20) Opinion*es* codd. et r, rell. opinio*nem*. *iratis aut prop.* omn. libri, contra quorum auctoritatem ex C inculcatum Acroni est *non* ante *propitiis*, male omnino, cum irati aut propitii dei hic sibi opponantur ut *lucra* siue *dispendia*, *faciles* et *difficiles*, id quod aliter se habet in C: *mutatosque deos iratos, non propitios, inconstanteis.* 22) alegorice r. 23) nam quem R. 24) trah*at* ANI, mv. incipientem ANR, rmv, rell. *insipientem;* initium illo significatur amoris, quem crudelitas Pyrrhae inconstantis sequitur; insipiens autem non est propter blanditias Pyrrhae sed eo quod ipse postea captus et nudatus est. 25) Scribe inconstant*i* mar*i*, nam Pyrrha cum mari, non cum *maris inconstantia* comparanda est (Cic. Dom. 51). 25) conc*redere* fh. Vitio memoriae duo uersus in unum contracti sunt, omissis uerbis *et caeli credam quid enim fallacibus Austris.*

perfidia mulierum: [Eia age rumpe moras] *Varium et mutabile semper Femina.*

7. [*Nigris uentis.* Id est, contrariis].

8. *Insolens.* Inconsuetus et inexpertus amorem meretricum.

9. Aurea. Pulchram aut certe diuitem siue simplicem significat.

10. *Vacuam, semper amabilem.* Sibi uacantem, sine dolo, aliis contemptis, suo amori deseruientem.

11. 12. *Aurae fallacis.* Mutabilitatis feminae. — *Miseri.* [Scilicet sunt]. Mira uarietate utitur; dicendo enim nunc eos *miseros, quibus* fulgebat *intemptata,* quasi beatum se profitetur, qui iam ab ea euasit, sicut in sequentibus dicit.

12. 13. *Quibus intemptata nites.* Ac si diceret: adhuc non probata ignoranti nites et places.

13. 14. *Me tabula sacer Votiua paries.* Metaphora a naufragis, qui euadentes cladibus suis pictas tabulas praeferunt et cum quibus euaserint uestibus, eas Neptuni templo suspendunt, ut *Iuuenal.* (XIV, 310): *Naufragus assem. Cum rogat et picta se tempestate tuetur,* et *Verg.* (A. XII, 768): *Seruati ex undis ubi figere dona solebant.* Hoc autem per allegoriam ostendit post nuditatem suam a meretricis eius amore se liberatum. — *Uuida.* madida [melius]. Madidus autem extrinsecus, uuidus intrinsecus.

16. *Maris deo.* Neptuno.

## PORPHYRION.

Pyrrham meretricem adloquitur, cuius calliditatem ignorans ait, se quoque in amorem eius implicitum susceptis uotis tandem euasisse.

1) *Eia — moras* om. ANR, r. uarium *et* codd., uar. *ac* mcafh. 3) glossam in codd. non obuiam Fabr. intulit. 4) *incon*suetus ANRG1, Cr, *in*suetus 2, *non* consuetus mvca, consuetus fh. amorum mfh. 5) signif. om. A. 6) sic lemma in A. conte*m*tis N1. sibi soli paratam contemtis aliis amabilem suo am. deseru. C. 8) sic scripsi cum Rr. femineae C, rell. mutabi*lis* feminae, f*a*em. foem. *Scil. sunt* RbBφr, om. AN12 mvcafh. utitur R. utitur om. AN1. rell. mira uarie*tas.* 9) enim *nunc* R. enim om. N, rell. dicendo enim eos. C: Nam cum dicit eos miseros, quibus placebat adhuc *non probata* se quasi felicem et beatum praedicat, qui iam euasit eius fraudulentiam. 14) Metafora A1 mv. mehhaf. N. rell. methaphora. Allegoria C. Non confundenda est metaphora (paries-templum) ab Acrone dicta cum allegoria Commentatoris Cruquiani qui productam metaphoram i. e. allegoriam capite scholii posuit, quae in Acrone inferius (*hoc autem per allegoriam ostendit* etc.) sequitur. naufrag*iis* A12. Neptuni templo omn. codd. et rmv. *Templo* tertius casus est, ut *arbori suspendere.* Hinc temere praep. *in* ante u. *templo* intrusa est. *ad* Neptuni templum cafh. *uim* rogat AGr. *d*um rog. R. *Naufr. assem cum rogat* om. mvcafh. 18) Ho*c* AN1, mv. h*ic* RG, r. Quid non ubi illud ostendatur, quaeritur. 19) Hu*u*ida N, ut infra hu*u*idus. Ex hac scriptione hu*m*ida recentior lectio orta est. Verba *madidus* a. e. n. *intrinsecus* om. A, rm. Neptune (neptu*nn*o rv.) *melius* rvma et G. *uuida.* madida. melius. *maris deo.* neptuno b. uuida. melius quam *humida* C.

PORPH. Ode quinta ad Pyrrham meretricem R.

24) a*d*loq. M. ignora*tus* R. calliditatis ipsius ign*arus* C.

1. *Gracilis.* Gracilem pro tenero posuit; teneri enim adhuc graciles solent esse et puellae et adulescentes.

5. *Heu quotiens .. uentis.* Per allegoriam haec dicuntur, quibus significat tempestatum modo mutabiles esse meretricis huius blanditias.

12. 13. *Miseri... nites.* Miseros eos ait, quibus ignota et inexperta sit hujus meretricis fraudulentia, se autem more eorum, qui euaserunt maris pericula, uota soluisse, quod amore huius liberatus sit. Videmus autem *hodieque* pingere in tabulis quosdam casus, quos in mari passi sint, atque in fanis marinorum deorum ponere. Sunt etiam, qui uestem quoque ibi suspendunt, diis eam consecrantes.

13. 14. Me tabula... indicat. Ordo est: Me sacer paries per tabulam uotiuam indicat maris potenti deo uestimenta suspendisse.

# CARMEN I, 6.

## ACRON.

*Scriberis Varius.* Dicit Agrippae: nauales seu terrestres victoriae tuae scribentur a Vario, perfecto oratore. Ceterum ingenium suum impar metrorum ludo [deditum] laudes bellicas canere.

2. *Maeonii carminis.* Homerici, id est: tali carmine scriberis a Vario, quali usus est Homerus, qui de Maeonia fuit. *Alite.* Auspicio siue bono.

3. *Ferox.* Fortis.

5. [*Nos, Agrippa.* Vocatiuus casus est. Ordo talis est: *Quamcumque rem ferox miles gesserit, te duce, nauibus aut equis, nos tenues, nec conamur dicere haec nec (conamur dicere) gravem stomachum Pelidae.*]

1) *enim* MRG. *autem* rvafh. — Sed graciles *et* teneri solent esse adolescentes et puellae (om. *adhuc*) C. Hinc Aeroni nuper inculcatum est *et* ante *graciles.* Nihil addendum, si construis: teneri enim adhuc solent esse et puellae et adulescentes graciles. Illud si uoluisset Acron dicere, *autem* more suo posuisset. 4) quotie*ns* MR2 rvafh. quotie*s* G (?). *mutabiles* ARG2, mo*b*iles rvafh. 7) mari*tima* peric. fh. 8) hodieque A2G, rell. hodie *quo*que. *quosdam* hodie fh, in tab. *suos casus* (om. *quosdam*) fh. quosdam casus quos (om. *suos*) ra et v (non: *casus suos*). 15) *Me sacer paries* om. vafh. 13) ma*g*is MRr. in 2 man. 1 g in r mutauit.

ACRON. Ad Marcum Agrippam A. inscr. Horatii. sic metrum in illo non initio Acronis sed Horatii notatum est. Ode sexta ad Agrippam R. 19) *a uario* codd. (N*i*exp.) et cafh. uar*o* r. a uario om. mv. Bp: dicit etiam a uario illa conscribi poeta facundissimo. qui et *uarus* a uirgilio nominatur [E. IX. 27 conf. VI, 7. 12.]: Vare. tuum nomen etc. 20) ludo laudes ANRG12, rmvca. *deditum* fh. ex C: Suum autem ingenium *ludo deditum impar esse* talium metrorum. Deleta u. *deditum* locus sanus est et sedes uoci *impar* seruata. 21) *id est — Homerus* om. A. Homer*i* qui Nr. Cum *Maeonii* non sit substantiuum sed pertineat ad *carminis*, uerba *qui de Maeonia fuit* contra librorum fidem post *Homerus* posui inferius, nam *carminis Homerici qui de Maeonia fuit* (mveafh etc.) dici nequit. 23) gl. om. RG1Cr. 24) schol. om. A. *casus* om. NR. *est* NR1, vr.

6. *Cedere nescii.* [Id est,] inuicti, ferocis, ut *Verg.* (A. XII, 527): *Rumpuntur nescia uinci Pectora.* Nec conamur dicere *cursus duplicis Ulixei* per mare, nec conamur dicere *saeuam domum Pelopis, dum pudor et Musa potens lyrae uetat deterere laudes egregii Caesaris et tuas culpa ingenii. Pelidae stomachum.* Συνεκδοχικῶς a parte totum; *stomachum* autem pro ingenii ira posuit.

7. *Cursus duplicis Ulixei.* *Aut* propter errores dictum, *aut* quia fertur dolosus, [*aut* certe (cursus?) duplices propter uiginti annos; nam dum alii duces, capta Troia, post decem annos reuersi sunt, Ulixes solus post uiginta annos ad patriam dicitur reuersus].

8. *Saeuam Pelopis domum.* Propter Atreum et Thyestem, a quibus diis epulae humanae carnis appositae sunt, unde et [Thyestem] tragoediam Varius scripsit, quem et *Vergilius* laudat (B. IX, 35): *Nam neque adhuc Vario uideor nec dicere Cinna Digna.*

9. *Conamur.* [Extenuat uires suas] Ac si diceret: Non audeo gradina.

10. *Inbellis lyrae.* Quae nesciat res bellicas et altas describere uel tristes.

12. *Culpa ingeni.* Id est, tarditate sensus.

13. *Tunica Adamantina.* Lorica. Allusit propter duritiem, nam bellum in quibusdam insuperabile est.

14. *Puluere.* Instantia certaminis. *Troico.* Troiano.

15. *Nigrum Merionen.* Virum fortem [et] pugnando squalentem. Meriones fortiter pugnauit in bello Troiano.

16. *Tydiden.* Diomedem.

17. *Nos conuiuia.* Id est; tandem de uoluptatibus scribimus. Ordo

1) *id et* om. ARCr. *est* ferocis C. Rump*u*ntur AR1, fh, rell. rump*a*ntur. 3) ul*ix*ei ANR,r. Vlyssei cafh. ulyssei mv. Vl*is*sei C. 4) de*curr*ere R, rell. codd. et a de*te*rere, rell. edd. de*te*rrere. 5) stomach*us* — po*nitur* D. 15—21 *Nec* — *posuit* om. A. 7) Nec cursus duplice*s* p. m. ulixei] aut pr. err. A. duplice*s* A etiam in cod. Hor. cum gl. man. 2: i. falla*cis*. duplice*s* R1, m. in lemm., duplic*is* (afh) om. AR1, r. duplice*s* m. Habes ante oculos scholiorum conglutinationem ex Porphyrionis amphibolia profectam. Sic ea sananda aut redigenda uidentur: aut cursus duplice*s* propter errores dictum aut duplic*is* *Ulixei*, quia fertur dolosus. Quae secuntur *aut* — *reuersus* serius adspersa, ne dicam adsuta indico. 10) *ad* patr. dic. reu. AR,r. ad pat. reu. dic. 1. reu. ad patr. dic. mva. reu. *in* pat. dicitur fh. in patr. reuersus est Bφ. *domum* reu. est C. 11) *propter* ARb, r, rell. om. 12) ep. hum. A, fh. Thyestem om. AR, rmv. tragoedi*as* R. 13) ua*rus* A, r. ua*ro* uideor A, rv, Heyn. contra Seru. l. l. rell. uar*io*. s. Exten. u. suas om. A. extenu*et* r. tenuat a. *nos tenues* non aude*mus* vmafh. *nos tenues* om. RG1. Non aud*eo* gr. Ar. 17) qu*ae* rell. quod. *uel trist. descr.* fh, rell. des. u. tr. 20) lorica om. R1, r. *Allusit* — *est* om. A. duriti*em* R, afh. duri*ti*am 1, v. durici*am* b, rm. 22) *troiano* Rr. 23) *Nigrum*] instantia certaminis *et* pugn. squa*ll*entem fh. 23) *Meriones* A, fh. *hic* R1 G, rmva. 25) diomede*m* Bφ bfh. cum comp. Aa, diomede*n* 1, rmv. 26) schol. om. A. uoluptat*ibus* R, recte, rell. *ex* uoluptatibus. Inculcatum est *ex* uolupta*te*, ma*le*, nam non de causa sed de rebus sermo hic

est: Nos uacui cantamus conuiuia. *Proelia uirginum.* Iuuenibus resistentium.

18. *Sectis in iuuenes unguibus.* In os iuuenum, ad repugnandum acutis unguibus et praeparatis.

19. *Vacui.* Amore uacui, hoc est, non amantes (aut?) securi. *Siue quid urimur.* Id est, [aliquid amamus. Qui enim amat, uritur, *Verg.* (A. IV, 68): *Uritur infelix Dido.* Idem (A. IV, 101): *Ardet amans Dido traxitque per ossa furorem,*] seu forte amantes, et ostendit, se omni tempore, seu amantem seu non amantem, id studii habere. Ordo est: Seu non praeter solitum leues quid urimur: non enim *praeter solitum leuis* est, qui uritur, dum omni tempore sit inconstans.

20. *Leues.* Nihil constantiae habentes; quae est consuetudo amatoribus.

## PORPHYRION.

1. *Scriberis Vario fortis.* Agrippam adloquitur, cuius rebus gestis negat se lyrico carmine satisfacere posse, ideoque potius a Vario ea scribi debere. Fuit autem L. Varius, et ipse carminis (carminum?) et tragoediarum et elegiorum auctor, Vergilii contubernalis.

2. *Maeonii carminis alite.* Ut si diceret: Homericis auspiciis, ac per hoc Homerica sublimitate. Notum est autem, inter opiniones quae de natalibus Homeri feruntur, etiam hanc esse, quasi Maeonis filius fuerit.

3. *Quam rem cumque — gesserit.* Figurata elocutio; nam cum dixisset *scriberis*, intulit *quam rem miles gesserit te duce.* Simplex autem haec elocutio erat: Scribentur res quascumque miles gesserit, te duce.

est. hae res sunt *uoluptates uinum sequentes* Liu. XXXV, 11, *uoluptates animi et corporis* Cic. Fin. 1, 18. 1) schol. om. A. cantamus conuiuia uoluptatibus plena C. 1. 4) duo separata scholia in f h coniuncta hab. A2 G ma, ut supra leguntur. in *ora* iuu. (om. *unguibus*) R. in os (om. ung.) 1. in os iuu. ad rep. *resectis ac repositis* b. sectis. scissis P. 6) *Amore uacui* AR. mva, rell. om. *uacui. hoc* AR,r, rell. *id. et* sec. AR12G, *sed* sec. mfh. Siue *quod* mv in Hor. ut nonnulli rec. codd. et in lemm., *quid* in Hor. *quod* in lemm. fh, quid AR1,ra in Hor. et in lemm. Id est, *aliquid* amamus Rr. *amamus aliquid.* uritur enim qui amat . . C. id est [om. *aliquid*] amamus. qui en. am. uritur 1G, mva. *Seu forte amantes* et ost. omni se temp. — habere A (em. *id est aliq. am. — furorem*). *i. aliquid* amantes et ost. — habere 2 (*amamus — forte* om.). 9) Ordo — inconstans om. A. leues quid (urimur — leuis est qui om.) uritur 1G. leues quo urimur fh. leu. quod urimur va. 11) *cum* omni fh. rell. *dum. nam* omni temp. est inconstans, quod amatoribus proprium est. 12) *nil* R2. habens A.

PORPH. 15) Scripseris M. lyrico se carm. fh. 16) *potius* om. rvafh. 19) elegiorum MARG2 conf. Auson. epigr. XCII, 2, *eclogarum* fh. elegorum grva. conf. praeter Scriver. et Welcker. T. II. Bothe poet. scen. lat. V. 1. 257 et Weichert. de Luc. Varii et Cassii Parm. uit. et carm. p. 29, qui fontem h. lect. ignorabant. 16) *ac* si fh. rell. *Ut* si. 21) Notum *est* codd., om. edd. 21) *et* hanc rvafh. 23) eloquutio M. 25) *haec* MG. quam rem mil. MR.

7. *Nec cursus duplicis per mare Ulixei.* Amphibolum, nam *duplicis Ulixei* intellegi potest, quod significat callidi; potest etiam *duplicis cursus* per accusatiuum pluralem accipi, id est, itus ac reditus.

8. *Nec saeuam Pelopis domum.* Notae historiae sunt de Tantali genere, ex quo Pelops ortus, deinde Atreus et Thyestes, deinde Orestes, de quorum sceleribus tragoedias uidemus compositas, quarum stilus non nisi sublimitate ornatur, cui se negat hic poeta sufficere.

12. *Culpa deterere ingeni.* Belle *culpa ingenii;* humanum uitium autem non aliud quam humilitatem uult intellegi. *Deterere* autem minuere significat, ex consequenti, quia quae deteruntur, minuuntur.

13. *Quis Mortem tunica tectum adamantina.* Id est: quae perrumpi non possit; adamans enim lapis durissimus. Figurate autem negat se posse res bellicas scribere, uerum Varium potius, qui sit Homerico spiritu.

17. *Nos proelia uirginum, Sectis in iuuenis unguibus acrium.* Non *iuuenes sectis unguibus* sed *acrium virginum in iuuenes* quamuis *unguibus sectis.*

*Cantamus uacui.* Utrum, cum *uacui* sumus, an ideo haec *cantamus,* quia *uacui* sumus, id est, a negotiis liberi? Quod magis uidetur sensisse, cum subiciat: *non praeter solitum leues,* id est, ex consuetudine leues.

# CARMEN I, 7.

## ACRON.

1. *Laudabunt alii claram Rhodon.* Munatium Plancum adloquitur, virum consularem, Tibure oriundum, in cuius gratiam dicit, cum diuersis

1) Nec curs. duplic*es* Mr. duplic*is* 2,v. amfibolum M, rell. amphib. et amphyb., om. R. uli*xi* M2, ulixei R,rv, ul*y*xei G, uly*ss*ei afh. 2) potest *accipi* 2, fh. accipi om. hoc loco rva. 2) duplic*es* 2,fh. itus *et* red. 2. is*t*ius ac red. M. 6) *uidemus comp.* MAR2. comp. uid. G. comp. *scimus* afh. *uidemus* om. rv. 6) Verba *non nisi sublimitate* bene se habent nec quidquam addi debet, nam tumor siue sublimitas (conf. Plin. Epist. IX, 26) solus tragoediarum istarum ornatus fertur. Absonum plane esset additamentum, quod publice prodiit, *insigni,* cum sublimitas indole sua iam insignis sit. Verborum et sententiarum luminibus tamquam insignibus in ornatu omnis distinguebatur oratio. Neque etiam litterarum similitudine praestantioris indigemus medelae *narrandi sublimitate,* ad quam conf. Plin. Epist. I, 16 et infra qui dicitur *Homericus spiritus.* Scelera in Tragoedia descripta sunt a Vario *stylo sublimi* C. 7) fertur afh. rell. ornatur. 8) d*e*serere ingen*ii* M. 9) dete*rr*ere M. 10) deterruntur M. minuuntur. MRG, rell. co*m*minuuntur. *et* conseq. M. ex conseq. AR, rell. *et ex* conseq. 12) adama*n*s M. rell. adamas. 14) M. in lemm. om. *in iuu.* et *acrium,* acr*um* R in lemm. No*s* sect. ung. se*u* R. quamuis sectis ung. A. q. ung. sectis M2RG. Schol. ab edd. abest. 19) *et* consuet. M.

*ACRON.* Ad *mun*atium planeum A. in cod. schol. et Hor. Septima ode ad *num*acium planeum paranetice dicolos R. Ad Numatium Planeum Consularem r. tiburt*em* AbGCm. oriund*o* AbGm. orig*ine* C. tiburt*e* oriundo 2.

25) Tyburt*em* oriund*um* rv. tibu*re* oriundum fha (tyb.).

poetis studium sit, diuersas insulas oppidaque certorum numinum gratia celebrare carminibus, sibi Tiburtem (ciuitatem s. regionem?) esse laudandam, cuius uoluptate capiatur uel amoenitate et Albuneae Nymphae eiusdem nemoris uicini agro Tiburti, de quo *Verg.* (A. VII, 83): *Lucosque sub alta Consulit Albunea.* Tibur autem Tiburnus condidit, a quo nomen ciuitati est. Hic fuit filius Catilli, filii Amphiarai, ut *Verg.* (A. VII, 672): *Catillusque acerque Coras.* Sed hac ode Plancum hortatur, ut curas uoluptatibus relaxet, exemplo Teucri Telamonii. *Claram Rhodon aut Mitylenen.* Maritimae Graeciae ciuitates.

2. *Bimarisue Corinthi.* Quia et Ionio et Aegeo mari adluitur.

3. *Vel Baccho Thebas.* Ordo est: Vel *Thebas insignes Baccho,* uel *Delphos insignes Apolline.* Sicut enim apud Thebas Dionysus, sic Delphis Apollo colitur, a quibus honorem patriae sortiuntur.

4. *Thessale Tempe.* Amoenitates Thessaliae. Tempe enim tribus casibus declinatur, nominatiuo, accusatiuo et uocatiuo.

5. *Sunt quibus unum opus est.* Ac si diceret: unum studium est certorum laudibus dicendis operam dare et exinde gloriam quaerere, laudando tantum Athenas, quas uocauit urbem Mineruae, uelut proprium ciuitatis nomen.

6. *Carmine perpetuo.* Aut uno metro aut non aliorum laudibus mixtis.

7. Undique decerptam. Ex omnibus electam. Ordo est: *praeponere fronti oliuam undique decerptam.*

9. *Aptum dicit equis Argos ditesque Mycenas.* Hoc est: Sicut Athe-

2) tiburt*em* Ab2Gr (tyb.) tiburt*am* R. tibu*rem* 1. tib*ur* Cmfh (tybur va). 2) laudand*am* b12Gr. laudam A. rell. laudand*um.* 3) capi*ant*ur Ab, r. *uel* ARb12,r, rell. *et. sed* Alb. afh, *se et* alb. A. et alb. 2 *se* alb. R. *sed et* alb. 1G, v. *nec non* Alb. C. 3) eiusdem*que* A1,r. eiusque R. eiusdem mvafh. 4) uicini ac car (sic) tiburi A. uici ac tyburi r. uicin*ae* ac tiburi b. uicini nemoris *deae* unde Virg. C. uicini tiburt*is* 1. uicini tibu*ri* 2. uic. *ac* tyburis va. ac Tibur*is* fh (Tiberis). Edidi *uicini agro Tiburti,* per compendium: uicini ag. tiburti. Luc*us*que ARb,r. 5) Tibur*n*us ARb1G, rell. Tibur*t*us s. Tyburtus (rva). De Tiburno conf. Verg. A. XI, 519 et VII, 671 cum Heynii exc. VIII p. 131 et Stat. Silu. 1, 3, 74. 5) ciuitatis b. 6) catylli a, catulli b, rell. catilli. conf. carm. 1, 18, 2. 6) am*fi*arai A. cora*x* RCrva, rell. cora*s.* 8) ciu. *sunt* 1 et edd. omnes. 10) a*b*luitur R,ra. 11) *Ordo — Apolline* om. A. 12) *Sicut* enim A1GRr (om. enim). *sic* enim Cva. *ut* enim fh. Diony*sus* A, rell. Diony*si*us, id quod item falsum est Cic. N. D. III, 21 ut Auson. Epigr. 4. 13) hon. *et* patr. R1G,r, *et* hon. mfh, *et* om. A,va. a quibus *etiam* loca sortiuntur honores C. 14) amenita*tem* ARr (amoen.) rell. amoenita*tes.* 15) declina*ntur* 1G, rmv. declinatur A,rafh. Ad rem pluralis in usu erat, ut Liu. XLIV, 61, ad uerbum singularis. 16) si diceret, om. *ac* A. unum st. est *aliquorum* C, hinc scripsi *certorum,* quippe quae uox mutata sede alioque casu paullo inferius in codd. et edd. occurrit. 17) *dare certos et exinde* AγRG,va. certos exinde (om. et) bm. certos *se* inde fh. 19) n*o*men scrip*si* cum Ab,a. rell. n*u*men. proprii ciu. *numinis,* male, nam cum de ciuitatibus omnino et nostro loco de urbe Mineruae sermo sit, non n*u*men sed n*o*men dicendum est. *uelut* om. mv. 22) electam A. collectam rell. *Ordo — deceptam* om. A. 23) Lemma in A: *Plurimus — myc.* hinc duo scholia sedem mutarunt et *autem* est post *aptum* in R1, Crmva. Potest laud*ant* et laud*at* scribi. laud*ari* in libris est.

nas in Mineruae honorem, ita Argos et Mycenas laudant in honorem Iunonis. *Aptum* autem *equis Argos* genere neutro absolute dixit.

10. *Nec tam patiens.* Quia in agone uerberibus immobiles caedebantur. *Lacedaemon.* Post matricidium Orestes cum fugeret, adiit oraculum de sanitate; oraculum respondit, sic eum posse sanari, si Dianae Scythiae de Taurica simulacrum auferret profectus. Ibi erat soror eius sacerdos, quae aduenas immolabat; adgnouit fratrem, pepercit illi, interrogauit, cur uenisset, ille indicauit. Abstulerunt simulacrum, simul soror est secuta; delati sunt ad Italiam, collocauerunt in nemore Aricino simulacrum et consecrauerunt nemus. Post hoc Italis immite numen et asperum uisum est, miserunt ad Orientem simulacrum; (quod) Lacedaemonii susceperunt et, ne aut crudelitatem aut sacrilegium facerent, statuerunt hoc, ut iuuenis aras (aram?) ascenderet et super imponeret manus et tamdiu loris caederetur ab alio iuuene, quamdiu sanguis de uibicibus in aram manaret, et (ut?) satisfieret numini.

11. *Nec tam Larissae.* Larissa ciuitas est Thessaliae, a qua et Achilles Larissaeus dictus est, ut *Verg.* (A. II, 197): *Larissaeus Achilles Percussit.* Nimia delectatione animum feriit.

12. *Domus Albuneae. Domus Albunea* delectabile nemus est: consecratum Albuneae Nymphae, a qua et nomen accepit. *resonantis.* aquarum sono.

13. *Et praeceps Anio.* Aut per deuexa cadens aut rapidus. *Tiburni lucus.* Silua iuxta ciuitatem eiusdem nominis.

14. *Mobilibus.* Discurrentibus.

15. *Albus ut obsc. detergit nubila caelo saepe Notus.* Purum aera facit.

2) *Absolute* AγRG1b, rmvafh. *singulariter* C. Retinuimus librorum lectionem, etenim neutro genere Argos graece, non *obsolete* dictum ab Horatio est. Plinius et Ouid. hac forma pluribus locis utuntur, et *Liuius*, qui pluralem frequentius adhibet, hinc inde tamen, ubi adiectiuum additum est, ut XXXX, 10 *Amphilochium*, singularem neutro genere praefert. Pluralis Nepoti, Plauto et Vergilio usitatior est, in Ouidio autem rarior, et sine adiectiuo ut Fast. VI, 47 adiunctis Mycenis (cf. Verg. A. VI, 839), et addito adiectiuo ut Fast. V, 651. De sensu u. *absolute* adi Priscianum. 3) schol. om. Aγ. in ag*one* Rb1,r. in agoneis mvafh. Non in Agon*i*is sed in agone, ludo gymnico s. certamine. Neque opus est *ii* s. *ei* s. *iuuenes* scribere. C: quia in aris Dianae *adolescentes* [ludis. fest. s. u. Agon*ium*] u. i. caedebantur. 3) *no*biles cedeb. R2, rell. *immo*biles. caede*bant* r. 4) fu*g*eret Aφ, furaret, rell. fureret. 5) scith*iae* A. scy*tice* R. rell. scythicae. 6) profectus ibi erat soror Aγ. distinxi post *profectus.* auferret. Profectus *itaque est.* Ibi rell. *erat* om. fh. 7) *et* pop. fh. interrogauit Aγ,r, rell. interrogauit*que.* 8) est sec. Abγ (sororem). 9) delat*um* est R. Italiam coll. A, rell. *et* coll. 9) ari*cio* Ab. 10) hoc AγφB, h*ac* b. rell. h*aec*. immi*tte* A. 10) et asp. uic. est Ab. et asp. om. γr. miserunt A. rell. miserunt*que.* 11) *Quod* om. A acceperunt γ. stat. *hoc* Aγ (h̄=hoc uterque) RG,r, rell. *hi.* 15) satisf*ie*ret Aγ (*et sic*) rC. rell. satisf*a*ceret. 16) *est* thess. Aγr, rell. om *est.* 17) *ut* om. omn. praeter A. totum locum Verg. om. γ. 18) fer*it* γb (om. animum). rell. feriit. *celeritate* 2. 20) alb. nimphae est consecr. a qua γ. 20) schol. in Aγ rell. om. 21) *aut* om. C. *et* rap. C. tibur*ti*. t*y*burti et tyburt*ii* edd. tibur*n*i codd. 24) deter*git* AγRIC vafh Aeronis lectio fuisse videtur. deter*get* bm (deterg*eret* r), ut uett. codd. Horatii. aer*a* AγR1, rmv, aer*em* BC afh.

*Albus — notus.* Quem Graeci λευκόνοτον appellant [id est, serenum]. Ordo est: *Saepe albus notus detergit nubila obscuro caelo. Obscuro.* nubilo.

17. *Memento.* memor esto.

19. [*Plance.* Vocatiuus proprii nominis.] *Molli mero.* Aut leni aut suaui; nam uino in obliuionem curae ueniunt et tristia fugantur, ut *Verg.* (A. I, 734) *Adsit laetitiae Bacchus dator.*

19. *Fulgentia.* Splendentia aut luce coruscantia.

19. 20. *Seu te signis Castra tenet.* Ac si diceret: seu signis militaribus seu bellis miscearis.

20. *Seu densa tenebit Tiburis umbra tui.* Siue sis militiae, siue sis domi.

21. *Salamina.* Ciuitas Telamonis. Hic filiis suis Teucro et Aiaci ad Troianum bellum proficiscentibus legem posuit, ut alter sine altero non rediret. Aiace [itaque] se perimente, quod per dolum Ulixis iudicio armorum uictus sit, cum ipse corpus Achillis liberasset, Teucer, memor imperii paterni, patrem et patriam fugiens, responso Apollinis, cum sociis alibi condidit ciuitatem. Hunc fugientem dicit hortando comites suos ad pocula consolatum et uino tristitiam mitigasse.

22. *Uda Lyaeo.* Vino madido.

26. *O socii.* Ordo est: *O socii et comites, ibimus quocumque feret nos fortuna melior parente.*

25. *Melior fortuna parente.* Quae det patriam, quam pater negauit.

27. *Auspice.* Fautore uel sponsore. Apollinem dicit, cuius responsum uel promissa sequebatur.

16) In cod. Acronis A nona oda lit. initiali maiore, qua cod. Horatii caret, significata est. uterque habet inscriptionem HORTATVR PLANCVM AD VOLVPTATEM, item in γ cum inscriptione: ad plancum numatium *oratio* bene uiuendi. Bφ: ad plancum *hort*atio uiuendi eundem plancum alloquitur quam supra. 1) gr. litt. fh. leuconot*on* r, rell. leuconot*um*. 1) i. serenum om. A. quod serenum facit Bφ. 2) Ordo — caelo om. A. In uett. codd. Hor. u. notus aut cum h aut cum spir. asp. scribitur. glossa *nubilo* est in AγbC. 3) memor esto gl. in Ab. 4) le*n*i A, suaui et leni C. rell. le*u*i. Bφb: molli, suaui. Bφ addunt: molli dicit non propter molliciam (i. lenitatem) sed propter suauitatem gustus. 5) curae uen. AγR,r, rell. uen. curae. trist*i*a fugantur ARG. tris*titi*a fugatur, γ, Cr. tristiti*ae* fugantur mvafh. ut uirg. Aγ. rell. om. *ut*. Loc. Verg. om. 1, Cmva. 7) splend. aut luce corusc. Aγ, C. γ om. lemma S*eu tenent.* in A lemma est *Si quis.* lemma et schol. om. C. Schol. quod omn. codd. et edd. tuentur, sic scribe et cum seq. coniunge: *Signis*] militaribus. *Seu te signis — umbra tui*] Seu bellis miscearis, ac si diceret: Siue sis militiae — domi. seu sis domi seu mil. AR, fh. ac si diceret, seu. mil. fueris seu domi C. 13) *itaque* Crmvafh. om. codd. (G?) per*empto* C, rell. *se perim. in* ind C. uict. *esset* C. 15) *uel* teucer γ. 15) pat*rem* et patr. AγR1φ2 rmva, patrem om. fh. *patrem* patriam*que* C. *in Cypro* C, rell. *alibi.* 16) dic*unt* R. ad pocula et uino consolationis gratia trist. C. uino mad. A. 19) Ordo — parente om. A. *et com.* om. mafh. 21) sic schol. in A (que) γ. C: ea enim *dabit* patriam, quam pater negat. Illa *dabit* patriam, hic negauit R1, fh. schol. om. rma. (G?). 22) *Faut. uel sp.* om. A. *suasore* tacite intrusum. fautore*m* uel sponsore*m* (gl.) Apoll. γ. respons*um* AR. *promissa uel* respons*a* γ. ad Apoll. *respicit,* cuius *responsi promissa* seq. C. rell. respons*a*.

28. *Certus.* Non fallax sed ueridicus.

29. *Ambiguam.* Duplicem, uel quia una in Cypro, altera in Attica regione esse dicitur, uel quia una pulsus est, alteram condidit. *Vergilius* (A. III, 180) similiter *ambiguam* (pro) duplicem posuit: *Agnouit prolem ambiguam geminosque parentis. Tellure noua.* Incognita (siue?) peregrina.

30. *Peioraque passi. Verg.* (A. I, 199): *O passi grauiora* [*dabit deus*].

32. *Iterabimus aequor.* Iterum nauigabimus.

## PORPHYRION.

*Laudabunt — Rhodon.* Hac ode Munatium Plancum consularem adloquitur, qua indicat, se praecipue Tiburtina regione delectari omnibusque eam sua sententia praeponendam adfirmat.

1. *Claram. Rhodon* propterea *claram,* quod soli sit obposita, dicit, de qua et *Lucilius* (ed. Bip. p. 177 et 254) sic ait: *Rhodus Carpathium in pelagus se inclinat apertum.*

2. *Bimarisue Corinthi. Bimarem* Corinthum appellat, quod isthmo obposita Cenchreo a Lechaeo sinu adluitur.

9. *Aptum dicit equis Argos.* Homericum est; sic enim de hoc ille: Ἄργος ἐς (ἀν') ἱππόβοτον (Od. XV, 239, 274, conf. Il. II, 287. III, 75 etc.).

10. *Me nec tam patiens Lacedaemon.* Hoc διὰ μαστίγωσιν uidetur dicere.

1) *sed* Ab,r. se*t* γ. rell. om. *sed uerid.* om. 2. qu*ia* AγRb2,r, rell. qu*od*. *altera* in Cypro C. *attica* Aγb2,Cr. a*th*ica R. tracia 1. Thracia mva. Thraci*ae* fh. *attica* rectius est ideo quod Salamis in sinu Saronico eiusdem sita. 3) qu*od* mvafh. dic*a*tur *a qua* pulsus (om. u. q. u. est) C. uel quia pulsus alt. r. *ut* uirg. γ. 4) *simil. amb.* om. Ar. 4) Agn*eum*. prol. γ. agno*sco* r. agnouit*que* R. Ordo est: ambig. salam. fut. noua tellure γ, qui om. rell. scholia ad hanc odam. 5) nouā (novam) Salamina incognitam. peregrinam A. noua *scilicet* inc. peregrina mvafh. rell. om. *scilicet*. 6) schol. om. γR1,r. 7) schol. om γR1. *id est* om. AbC. *iterum* om. r. repetemus uel peragrabimus Bφ.

PORPH. Ode VII ad *Numacium* Plancum Consularem R. *M*unatium BR. *Numacium* R2, fh. *N*uma*t*ium rav (numati*uu*m). 10) a*d*loq. qu*i*a M. propon. vfh. a*d*f. M. 13) Scripsi: *Claram*] *Rhod.*, rell. *Claram Rhodon*]. Quod si ponimus, in scholio scrib. est: propt. clar*a* — dici*tur*. clar*a* MR2Grv (clare). rell. clar*am*. claram eo quod soli sit *expo*sita C. obp. M. rell. opp. et Auct. Dousae p. 687. 14) de *ae*qua M. 14) *Ro*dus carpathium A, Rhod*os* carp., rva, Bip. *ro*dus carpa*t*ium R. Rhodus carpathium M2. conf. Gerlach p. 89. *se* incl. MARG. rell. om. *se*. locum Lucilii om. C et Bφ. 16) Lemma om. M. *chor*inthum M. 17) ionia et aegaeo rvafh. cenchreo alecheo M2G. cen*t*hreo ale*t*heo R. 17) a*d*l. M. a*b*l. rvfh. a*lu*ntur R, rell. *al*l. C: quia ad Isthmum posita Ionio et Aegaeo *mari* alluitur. 20) Sic facili modo restituta indicabuntur haec duo scholia, quae in omnibus codd. et edd. aut inter se confusa aut per partes omissa sunt aut cum lacunis relicta. M. sine lemmate habet: homericum est. sic enim de hoc ille Me nec [tam om.] patiens lacedaemon. hoc propterea procet. ΙΠΠΟΒΑΤΟΝΔΙΑΜΑΣΤΙΩΣΙΝ uidetur dicere. Similiter G: *aptum dicit equis.* Hom. — ille. Me nec tam patiens lacedaemon. Hoc . . . (lacuna) propterea procet. ἱππόβατον διὰ μαστιωσιν uidetur dicere. R: *Aptum dicit equis argos.* Hom. — ille (lacuna). *Me nec tam patiens lacedemon.* Hoc propterea [lacuna] uidetur dicere. 2: *aptum dicit. equis.* Hom. est. sic enim *inquit* ille [lacuna]. *Me n. pat. lac.* hoc propterea pro cet. [lacuna]

12. *Quam domus Albuneae.* Albuneam deam et in regione Tiburtina fontis praesidem et *Vergilius* testis est, qui in septimo (A. VII, 83) sic ait: *Lucosque sub alta Consulit Albunea nemorum quae maxima sacro Fonte sonat.*

13. *Tiburni lucus.* Tiburnus conditor Tiburis est, cuius fratres Catillus et Coras, quorum *Verg.* (A. VII, 672) meminit: *Catillusque acerque Coras, Argiua iuuentus.*

13. 14. *Uda Mobilibus pomaria riuis.* Inrigua intellegi uult.

15. *Albus — notus.* Hanc (H*i*nc?) oden quidam putant aliam esse, sed eadem est; nam et hic ad Plancum loquitur, in cuius honorem et in superiori parte Tibur laudauit. Plancus enim inde fuit oriundus. *Album* autem *notum* dixit, ut Graeci λευκὸν νότον, quod serenum faciat.

22. 23. *Uda Lyaeo Tempora.* Ὑπαλλαγή; ipsum enim *udum Lyaeum* intellegi oportet, id est, uinum.

23. *Populea — corona.* Bene, non qualibet sed *populea corona*, propter fortitudinem animi; nam haec arbos in tutela Herculis est.

29. *Ambiguam Salamina* nunc duplicem intellegamus, quoniam alteram Teucer in insula Cypro condidit, patria a Telamone eiectus.

30. *O fortes peioraque passi.* Ut *Verg.* (A. I, 199): *O passi grauiora deus dabit his quoque finem.*

32. *Iterabimus aequor.* Quidam stulte ab *itinere* uerbum fictum putant, sed nequaquam sic accipiendum, cum simplicior elocutio magis rationem habeat. Teucer enim mari uenerat, (quia) patria eiectus (est), errans ingens *iter;* ut *iterent* mauigationem, socios hortatur.

uidetur dicere. C: *aptum dicit* laudat. Aptum autem Argos genere neutro singulariter dicit. nam plurale *Argi* est masculinum. Homerus appellat ἄργος ἱππόβοτον. rv: homericum [*est* om. uterque]. Sic enim de hoc ille. Me n. t. p. lacedaemon hoc propterea [om. *pro cet.*]. ιπποβατον. δια μεσιωσον uidetur dicere. Quod schol. Ascensius abiecit sic breuius se expediens: Homericum — ille ἄργος ἱππόβοτον. Me — Lacedaemon. Lacunarum amantes haece delectabuntur nuper repetita scholii nostri editione: *Me — Lacedaemon*] Hoc ...., propterea ...., qua ... ratio — ne certe nihil efficitur.

2) *et uerg.* M. *et* uirg. R2. *et* om. fh. *et* in reg. Mfh. *sic* om. vafh. 3) ponte Cf h. 4) Tibur*n*i locus. Tibur*n*us M. tiburni l*u*cus A. al. tibur*t*i et tybur*t*i: *est* om. A. fratr*es* MARC. rell. frater. 5) Cat*h*. et C*h*orus M. cora*x* R1, rva. Coras fh. Catillus et Coras om. C. 6) Cat*h*. et *Choras* M. corax Crv. 7) i*n*rigua M. 8) H*a*nc codd. et odd. omnes, potest autem disputari, utrum *hinc*, id est, inde ab hoc uersu legendum sit, cum Prophyrion nouam oden non adgnoscat. 9) honore M1G, rva, honore*m* R, fh. et *in* MR1G. *in* om. rvafh. 10) T*y*bur M, rva. tibure*m* R. 10) *inde* MR1GC. Tibur*i* fh. tyburi rv, Tybur*t*ia. not*h*um M. λευκὸν νότον MA1G. rv. A. NOTHON B. λευκόνοτον Cafh. 13) lyae*um* int. MA1R, rv. Lyaeo int. afh. uin*um* MA1R. uino vafh. 14) qu*a*l. pop. coron*a* MA1RG, rell. qua*m*l. pop. coro*nam*. 15) arb*os* codd. et rv, rell. ar*bor*. tutela*m* M. 17) ins. Cyp. codd. 19) deus dab. M. dabit deus rva. om. fh. 20) it. stulte R. *d*ictum 2. *enim* om. vafh. 22) qu*ia* pat. MR. qui a pat. 2G. 22) quia a pat. rvafh. 23) *iter* h. l. non est *iterabimus.* Nostram scriptionem suadet ipsa sententiarum simplicior iunctura: non a u. *iter* sed ab *iterum* uerbum *iterari* est deriuatum.

# CARMEN I, 8.

## ACRON.

1. *Lydia — oro.* In Lydiam dicit uulgaris formae mulierem et sibi aliquando addictam (dilectam), cur ita Sybarim diligat iuuenem, ut eum ab omnibus officiis amore sui desciscere fecerit, intermissa etiam exercitatione campestri, et hic apud eam lateat, sicut apud uirgines Lycomedeas Achillem ferunt (latuisse?). Quod per ζηλοτυπίαν in riualem dicit. Ordo est: *Lydia, dic, oro, hoc est, interrogo te per omnes deos: cur properas amando Sybarim perdere?* Κατ' ἀντίφρασιν declamat: *amando perdere,* amore perdere, unde *Verg.* (B. VIII, 41 et Lir. 430): *Ut uidi,* ut *perii.*

3. *Apricum.* Amoenum, uoluptuosum.

4. *Patiens pulueris.* Cum possit iam ferre militares labores.

6. *Lupatis temperet ora frenis.* Id est, equos frenis domet, [*Lupata* freni] ut *Verg.* (G. III, 208): *Duris parere lupatis.*

8. *Flau. Tiberim tangere.* Natare, quod adulescentibus inter summa et uirtutis et exercitationis studia. *Flauum* autem inundatione turbidum dixit, unde *Verg.* (A. VII, 31): *Et multa flauus harena. Lucanus* (VIII, 374): *Nec frangit nando uiolenti uerticis amnem.* [Ad insigne hoc uirtutis retulit].

8. 9. 10. *Cur oliuum sanguine uiperino Cautius uitat.* [Dicit: cur non exercet palaestram? — quam tractantes oleo ungebantur. — Magis uitat oleum quam *sanguinem uiperinum,* id est, uenenosum.]

ACRON. Ad lidiam meretricem A. inscriptio Acr. et Hor. Ode VIII ad lidiam meretricem, herotice dicolos R. ad lydiam. meretricem erotice dicolos. 1. erotice dicolos alloquitur meretricem b. 4) *in* om. b. *Inuehitur autem* in C. 5) aliq. *dilectae* et dilec*te* codd. et mafh. delectar̃ r. *dictae* v. *addictam* scripsi. 6) *desistere* libri omn. praeter r, quae hab. *descissere*, unde corr. desciscere, quippe quod uerbum sollemne est. 7) *et sic* Aγ12Rb, rmva. *sic* om. fh. ut eum ab omni exercitio honesto desistere faciat, *qui sic* C. *Qui sic* inde nuper tacite inductum. edidi *hic* pro *sic*, quia *sicut* in omnibus codd. et edd. uet. infra occurrit. *sic ut* fh. *ut* apud uirg. *Lyc*omedeas *olim* Ach. *latuisse* ferunt C. *ut* iterum tacite receptum, non item *Lyco*medeas, *Lao*medonte et *Lyc*omede confusis. *licomedas* AγR. lic*h*omedas b. rell. lycome*dis* (lic. r). achillem dicunt S. *latuisse* b. Scripsimus cum fh (*zelotypiam* conf. Cic. Q. T. IV, 8 et Plin. HN. XXV, 7) ζηλοτυπίαν, nam lectio *hysteron proteron* (RGmva — hysteron protou r), quae ex zelotipoteron (Aγ), zelo*n*ipoteton (2) orta et gradatim deprauata est, probari nequit. ζηλοτυποτερος C. zelotypoteron uet. exemplar Nanuii. conf. eius Misc. III, 4. Lamp. Grut. I, 1264. *Ordo — perdere* om. A. 10) *pec*cata antifrasin A. cata antiphr. γ. *non* per ἀντιφρασιν sed uere, unde ut.. C. decla*m*at fh. amando perdere om Aγ fh. 11) unde AγCr, rell. unde *est*. 12) gl. om. γ, uolupt. om. C. 14) tempere*t* AγR, r, rell. om. *Lupata* freni fh, rell. om. 20) Hic est ordo duorum scholiorum in AγR. in fh. schol. ad *flauum* pertinens alteri ante positum est, quia in Horatio adiectiuum nomen praecedit. 17) uirtu*tum* et exercitationis AγRb1C. om. *et* mva. pluralis *uirtutum* non magis aptus est quam *uirium* (Suringar. 108) exercit. studia. Legendum est uirtu*tis* et exerc. i. e. exercitationis uirilis s. militaris. 19) Verba inclusa *Ad — retulit* huc non pertinent sed ad u. 10. 11. *liuida q. a. brachia,* quippe ex uet. aliquo Horatii codice, cui scholia adscripta erant, in Acr. transl. et falsa sede posita. 20. Totum schol. om. AγRBφlGCrv.

10. 11. *Liuida gestat armis brachia.* Assiduo usu et pondere armorum; at insigne est uirtutis.

11. *Disco.* Genus ludi est. Posinaclum dicebant certi ponderis discum, quo iuuenes in agone contendebant. Fortior iudicabatur, qui ultra designatum spatii finem eum iecisset. Ita et missilibus certabatur. Ordo est: Neque iam *nobilis gestat brachia liuida armis, quae expedito disco trans finem, saepe iaculo.*

12. *Trans finem.* Id est, ultra terminum. *Expedito.* misso.

13. *Quid latet et marinae Filium dicunt Thetidis.* Latuisse subaudi: Achillem dicit a Thetide absconditum metu belli Troiani.

16. *Lycias cateruas.* Lycii populi fuerunt Troianis ferentes auxilium, unde *Verg.* (A. I, 113): *Unamque Lycios fidumque uehebat Orontem.*

*Proriperet.* Raptim uel incaute iret.

## PORPHYRIONˇ.

*Lydia — oro.* Haec Lydia amica uidetur fuisse Sybaris nomine adulescentis, cui imputat, quod amore implicitum residem fecerit exercitiationum campestrium.

3—5. *Cur — campum.* Cur nunc *oderit campum,* qui alioquin *patiens pulueris atque solis sit aut fuerit.*

6. 7. *Gallica nec lupatis Temperet ora frenis. Gallica ora* pro Gallico-

2) *ad* insigne uirtutis Aγ.r, ad insignem uirt. b. ad ins. *scilicet* uirt. C. Pro *ad* scripsi *at*, ut est in antiquis mss. Cic. 6 oratt. ed. Mediol. Ang. Mai., Wagner. ad Verg. p. 427 et var. lectt. ad Hor. Carm. 1, 35, 25. Satt. 1, 1, 99; 3, 32; 5, 96; 6, 87. II, 6, 54. Epod. XV, 5. 3) *genus ludi est* om. AC. genus est ludi γ. *Posinaclum — quo* Aγ1G, posina*cu*lum R, pos*si*naculum Scholiasta Barthianus s. Metensis ap. Suring. 108. Du Cange in Glossario med. aeui s. u. *possinaclum* hanc uocem modo ex Barthii Aduers. XXXV, 2 depromsit et recepit, posinaclum script. ignorans. Scriptura posina*ct*um in C ex compendio pro *culum* (ut iaclato pro iaculato) deprau. uidetur. *postmodum* — quo r. om. mvafh. iconf. Auct. 6. 689. 4) fortior indic*andus* AγR2, r. Scripsi: fortior indica*batur*. fort*issimus autem* sic indica*batur* C. 5) Scripsi designa*tum* spatii finem eum r, quia non spatium ludo designabant sed finem eius. rell. designa*ti*. Ex designa*tum* in Aγ *designati cum* facile potuit oriri. proiecisset C. *ita ut* mva. eum (om. ita ut) fh. rell. *ita et. Ordo — terminum* om. Aγ. id est, ultra terminum om. R1G.r. 8) Glossa *Exp. misso* ex Aγ. emisso Aφ [ex i. e. misso?]. 9) s. latuisse γ (= scil.) supp. C. rell. subaud*is*. om. A, qui habet: Quod latet] *ut marinae filium. latuisse* ex Porph. 10) achi*len* A. thetide *matre sua* b. Thet. matre C. 11) auxili*a* γb. auxili*o* C. Lycii troianis auxilium tulere 2. Totum schol. om. A. 12) *unde — Orontem* om. γb2 Bφ, Cr. 13) schol. om. AγR2. r. raptim uel *temere traheret* C. raptim uel *caute uel ini*ret b perperam pro *incaute iret.*

PORPH. Ode IX ad lidiam R. 17) *res*idem MRG.ra. re*ss*idem v. *de*sidem fh. *residem* melius, nam *deses* est uel homo otiosus uel in otio actus, ut annus. cum genitiuo usus est rarior. Seru. explicat per *iners* qui deseuit. ad Verg. A. I, 720. Bφ: i. e. qui solitus erat in campo martis cum suis coaeuis et pal*u*stri puluere et ardore solis fatigare. nunc est deses. 19) Scripsi cur *nunc* cum RA („alt. cod. uetus"). cur *non* M (*non* in G expunct.), rell. om. *non. nc* et *nō* uoces sibi similes. 19) alioqui*n* MAR2 rell. alio*qui*. afh: *pat. — solis*] sit aut fuerit. 21) temper*at* fh. *temperet* moderetur Bφ. ora eq. rvafh. eq. gall. ora C.

rum equorum ora. *Lupata* autem *frena* sunt aspera, de quibus et *Vergilius* sic ait (G. III, 288): *Et auris parere lupatis.*

5—8. *Cur — tangere.* Qui in campo Martio exercebantur, etiam natabant post exercitium, quia et hoc uidetur necessarium militiae esse.

11. 12. *Saepe disco — expedito.* Ex his accipiendum (excipiendum?) *trans finem nobilis expedito,* ut sit: *saepe edito nobilis, saepe iaculo.* Dicit autem eum gloriose et discum et iaculum misisse.

13. *Quid latet — Thetidis.* Σύλληψις, quia ex eo quod est *latet, latuisse* accipiendum est.

16. *Lycias.* Manifeste hic *Lycias* pro Troianis posuit.

# CARMEN I, 9.

## ACRON.

1. *Vides ut alta stet.* Cooperiatur, ut *Verg.* (A. VI, 300): *Stant lumina flammae,* et *Verg.* (A. XII, 407. 408): *Puluere caelum Stare uident.* *Niue candidum.* Candens niuibus.

2. *Soracte.* Mons Flaminiae uicinus, in quo Apollo colebatur, ut *Verg.* (A. XI, 785): *Summe deûm, sancti custos Soractis Apollo.* *Onus.* Pondus niuium.

3. *Siluae laborantes.* Ponderis magnitudine.

3. 4. *Geluque flumina constiterint acuto.* Nimietate frigoris etiam flumina concreta a cursu suo stetisse dicit.

5. *Superfoco.* Ut *Verg.* (A. I, 750): *Multa super Priamo rogitans,* et alibi (A. VI, 203): *Geminae super arbore sidunt.*

6. *Large.* Abundanter, copiose, pro foci magnitudine. *Benignius.* Remissius solito.

7. *Deprome.* Hauri, propina. *Quadrimam.* Quattuor annis inueteratum.

8. *O Thaliarche.* Nomen eius, ad quem loquitur. *Diota.* Vinarium uasculum, id est, μάγγανον, duos habens ansas.

3) *et* nat. 2, rva. 6) Nobilis a*d* (non *ac*) *ex*cip. afh. Nobilis *ex*cip. rv. *Exhis acc*ip. BAR2G Neque *Nobilis bis accip. et,* neque *Nobilis exhis* tr. fin. nob. exped. *ex*cip. *ut sit* mutare opus est. 8) CYNLHM†1S MR. rell. συλληψισ. per σύληψιν Achillem .. C (Acr.). *est* om. afh. latu*it* 2 10) *hic* om R.

ACRON. Ad thaliarchum de uoluntatibus A (Acr. et Porph.). Ode nona ad *ta*liarchum tiburtium paranetice tetracolos R. ad thaliarchum tyburtium 1. Paranetice tetracolos ad taliarchum puerum speciosum b. 15) stet coop. A2, r. rell. stet id est coop. 16) flam*ma* fh. rell. flamm*ae*, flamae v. uid*et* A. uid*es* r. 18) *Flaminiae uicinus* in quo Abγ (flamme). Apuliae (om. *uic.*) in quo rmvafh. R: Soracte mons est sine *opidum* apuliae, secundum seruium mons apud hirpinos, in quo. C: Mons est in Faliscis (Porph.) Flaminiae uicinus (Acr.) in quo. conf. Seru. et Heyn. 21) gl. om. 12G, va. pondus om. b. niu*is* pondus C. s. niuium uel pruinae Bφ. 24) *s. foco.* de foco 1G, m: Scholia ad v. 4—7 om. γ. 26) abund. om. C. *liberalius* solito C. melius solito b. 28) *depone*] effunde largius Bφ. Dep*rome* A. 29) Schol. ad u. *diota* om. A.

9. *Permitte diuis.* Ordinationi numinum cuncta debere committi. *Caetera.* Omnes sollicitudines. *Qui Simul. Simul* dixit in momentum omnia tranquillantes.

10. *Strauere.* Placidum fecere. *Verg.* (A. VIII, 89): *Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset. Aequore feruido.* Concitato mari, propter proeliantes uentos.

11. 12. *Nec agitantur.* Noc commouentur sedato flatu uentorum.

14. *Quem Fors dierum.* Id est, euentus dierum lucrare, et memor mortis citae, nec laetitiam nec amores omitte. [Ordo est: quemcumque dierum dabit Fors, adpone lucro et fuge quaerere, quid sit cras futurum.]

14. *Fuge quaerere.* In uituperationem mathesis dictum, quae magis cruciat expectatione et inquisitione futurorum.

14. 15. *Lucro adpone.* Patienter fer et habe pro lucro quemcumque dierum, siue bonum siue malum dabit sors.

16. *Neque tu choreas. Choreae* a choro dictae, quod iunctis manibus saltetur.

17. *Virenti,* [Tibi scil.] Iuueni et adhuc uiridi, aetatis bonae.

17. 18. *Morosa canities.* Quae tetricum tarda deliberatione faciat.

18. *Campus.* Planus ad ludum locus [, scilicet repetatur].

19. *Lenesque.* Voluptuosi. *Susurri.* Confabulationes.

Scripsi μάγγανον, non μαγγάνα propter codd. et edd. qui hab. aut *magarum* bG, rmvafh. idem *magorum* R, aut *magorum* γ, aut m*i*g*a*r*is* schol. Barth. Met. ap. Suring. 108. Proxime ad nostram lect. accedit C: ‚diota uas est uinarium duas ansas habens, quasi duas auriculas unde nomen habent: aliud est quod *Magganum* dicitur, vas vinarium ex ligno confectum.‘ Adi Suidam s. u. μαγγάνα ὅτι τό οἰνηρὸν ἀγγεῖον ἐκ ξύλων κατεσκευασμένον ΜΑΓΓΑΝΑΝ ἰταλοὶ ὀνομάζουσι, ἔστιν ἐν τῶ ΓΑΥΛΟΣ. Cum μαγγάνα non sit utque mere graecum vocabulum, ut editores Thesauri gr. recte dicunt, μαγγάνα graeca, *magganum* latina forma esse videtur. Suringar. ex Glossar. Cangian. T. IV p. 730 et Supplem. T. II, 1216 et 1259 *Migeria* uel Megeria eruit, quae tam de mensura frumentaria quam liquidorum dicebatur. d*y*ota rmfh. rell. d*i*ota. 1) *cuncta* Abγ, r, om. mvafh, qui habent: omnes soll. ord. num. deb. comm. *dicit.* 2: *Cetera* dicit omn. soll. o. n. d. comm. C; *permitte diuis* c.] omn. soll. *alias* comm. ord. numinum. 2) moment*um* AγR, r. rell. moment*o*. 8) *Fors* omnes fere codd. Acr. et Hor., *sors* rmva. I*d* est A. 9) *Ordo* — *futurum* om. Aγb2RBφC. 11) qu*ae* magis Aγb (qu*em*), fh. qu*od* mag. 1R, rmva. quae quanto plus de futuro cogitamus *tanto magis* C. Non lacuna (Suringar. 109: quae quanto plus de futuris cogitamus, tanto magis) inter *quae* et *magis* explenda est; simplicius *magis* pro uehementi*us* dictum puta. conf. Hor. Carm. I, 25, 11. 12) *inquisitione* AγbCr. rell. quae*s*itione RG, va. quaestione, quaestionem. 14) dabit *sors* R1, rmva, dab. fors b. dabit tibi fors γ. *sors* dabit Afh. habe lucr*um* γ. 17) *Tibi scil.* om. A. Recepi *uiridi*, aetatis bonae. uiridi aetatis bono Aγ. tibi iuueni et adhuc (om. *uiridi*) aetatis bonae C. Dicebatur et *aetas bona* Cic. Sen. 14 et *mala* Plaut. Men. V, 2, 6. Vulg. lectio: uiri*dis* aetatis *homini.* tibi scil. iuueni et adh. uiridis atatis *homo* 2. 18) *quae* Aγ. qu*i* b. qui*a* r. qu*od* rell. qu*onium morosos* homines reddit malosque mores habentes Bφ. Inde mvafh: *morosum* t. d. faciat. AγbR2G: *totum* t. d. f. tot*am* r. Quod cum ferri nequeat, *tetricum* (ad mores) potius quam *tetrum* (ad speciem) uel *torpidum* uel *morum* (Plaut. Tr. III, 2, 43) sublatere mihi uisum est. 19) locus *et repetantur ab inferioribus subaudis* mvafh. om. R2C. s. repet*a*tur γb. *substantiae* repet*a*tur r.

21—24. *Nunc et . . .* Ordo est: *Nunc et gratus risus proditur puellae latentis ab intimo angulo repetatur* (a te).

20. *Composita.* Statuta.

21. *Latentis . .* Tale est illud *Vergilii* (B. III, 65): *Et fugit ad salices et se cupit ante uideri.*

*Proditor int.* Manifestator. *Verg.* (A. II, 127): *Tectusque recusat Prodere uoce sua.*

23. 24. *Pignusque dereptum lacertis Aut digita male pertinaci.* Pignus, id est, armilla de brachio et anulus de digito: causa ueniendi ad constitutum locum: et subdole, nam fingunt puellae se retinere, quod uolunt sibi adimi, ut habeant iustam causam ueniendi. *Dereptum.* Abstractum. *Male pertinaci.* Male tenente, male in tenendo perseuerante. Puellam dicit sibi gratam, quod saepe meretricio ritu manibus elabitur amatoris, hanc autem dicit repetendam.

## PORPHYRION.

1. 2. *Vides ut alta . . Soracte.* Thaliarchum ad laetiorem uitam hortatur, ut lusibus adulescentiae, quamdiu aetas permittat, utatur. Notandum autem, quod neutro genere Soracte dixerit, cum uulgo Sora*x* dicatur. Est autem hic mons in Phaliscis.

1. *Stet.* [autem] plenum sit, significat, ut *Ennius* (Ann. VIII, 45 Spang., fragm. 592 ed. Vahlen): *Stant puluere campi* et *Verg.* (A. XII, 407. 408): *Iam puluere caelum Stare uides,* et in Bucolicis (VII, 53): *Stant et iuniperi et castanae hirsutae.*

3. 4. *Geluque . . acuto. Acuto* ad sensum frigoris pertinet, quod uelut uitrum pungit.

1) *Ordo — te* om. A2. a te γbR1GrC. abs te mvafh. 3) haec gl. ext. in Aγb. rell. om. *stata constituta* C. (Porph.). 4) Tale est illud (Porph.) Aγb. rell. om. Totum schol. om. 2. 6) schol. om. Aγb2,r. int*u*mo Parr. EBHς. 8) schol. om. A. Ordo scholiorum mutatus in γ: pignus — ueniendi. pignus autem d*i*reptum lacertis aut digito male tenente. puellam dicit sibi gratam. quae saepe m. r. manibus *labitur* amatoris. hanc autem dicit *repetere.* In mvafh sic se excipiunt: Puellam sibi gratam dicit — man. *ludit* (cum Asc., *labitur* γR12G.rv). hanc a. t. *im*peten*dam* (mva, *rep*etendam RG.r). *Pignusque*] Pignus — dat*us* (dat*ur* bς) — uel*i*nt (fh. uol*u*nt γb1, rmva) — ueniendi. *Direptum*] abstractum. *male pertin.* male — perseuerante. Pro manibus *labitur* scribendum sentio aut *e* man. *labitur.* Curt. III, 13. Tacit. Ann. V. 10, aut manibus *elabitur.* a*n*ulus γb12, rmva et uett. codd. Horatii, Bς etiam in glossis, a*nn*ulus Cfh. Dereptum Bς (cum glossa man. 1: pro *di*reptum) et A in cod. Horatii. conf. C: *contrectant manns amatorum* cum *ludit* in afh.

PORPH. Ad Taliarcum R. 17) Thaliarchum M2, Ca. *Tal.* rvfh. 18) permit*tit* codd. et edd. permitti*tur* M (om. uta*tur*). dic*i*tur rvfh. 20) *fa*liscis M2. *autem* omn. libri. om. C. 25) *Utrum* ad sens. codd. et edd. Repetiui *acuto.* pung*it* rvafh. pung*at* M2G. pu*gn*at R. omisi alteram scholii partem, quae sic se hab. in rvafh: an quod *frigus.* uelut uitrum. acutum sit. M: an quod *fretum* u. u. a. sit. R. om. *uitrum*: an quod *fretum* uel ut *utrumque* acutum sit. Bς: quia cum sentitur frigus quasi pungit uel propter glacies.

5. *Super foco.* Super *focum* uidetur dicere debuisse, sed frequens est in hac figura *Horatius*, ut (III, 1, 17): *Destrictus ensis cui super impia Ceruice pendit.*

8. *Diota.* *Diotam* amphoram dicit, quod ansae eius uelut aures sint, ergo graeca appellatione hoc dicitur.

14. 15. *Quem . . adpone.* Ordo est: *Quemcumque dierum Fors dabit, lucro adpone.* Perquam grate dicit unumquemque diem uitae nostrae nos de lucro computare debere eo quod mors cottidie possit accidere.

15. 16. *Nec dulcis u. sp. . . puer.* Pro: dum puer es, noli spernere.

17. *Donec uirenti canities abest Morosa.* Id est, senectus difficilis; nam morosi dicuntur (homines? malorum?) morum inter se contrariorum.

20. *Composita.* Pro constituta.

21. 22. *Nunc et latentis . . angulo.* Grate dictum; sic enim puellae solent uerecundiam sexus cum libidine miscentes abscondere se sequentibus amatoribus, et rursus ut inueniantur, risu se prodere. Tale est illud *Vergilii* (B. III, 65): *Et fugit ad salices et se cupit ante uideri.*

24. *Male pertinaci.* Belle *male pertinaci,* quia fingunt se retinere, cum uelint sibi adimi, ut istas habeant causas, propter quas ueniant.

## CARMEN I, 10.

### ACRON.

1. *Mercuri facunde nepos Atlantis.* Mercurium laudat ab arte [ut idem ad *Iulium Florum* Epist. I, 3, 23—25: *Seu ciuica iura Respondere paras seu condis amabile carmen, Prima feres ederae uictricis praemia*] et a genere [ut *Verg.* A. II, 606: *Qui tanti talem genuere parentes*].

2. *Qui feros cultus.* Id est, qui incompositos hominum mores tua eloquentia [ab ipso exordio] domuisti.

1) *est* om. rvafh. 2) *dist.* afh et Bφ in scholio. 4) d*y*ota rvafh. amf. M. rell. amph. 6) *Ordo — adpone* om. R. *Per quam* omn. libri. per qu*ae* incule. nuper. Scripsi *perquam grate,* id quod, ut ex scholio Porph. ad Carm. I, 11, 7 patet, ubi idem sensus est idemque aduerbium *grate* omissum, orationi enarratoris nostri magis consentaneum uidetur. conf. u. 21 et I, 13, 11. 9) dulc*es* afh. rell. dulc*is.* 11) Vulg. lectio omn. librorum *nam* m. d. *multorum* m. non sana est, nam *mores* non dicuntur *multi,* neque etiam *senes morosi* uerbis *multorum morum inter se contrariorum* recte definiuntur. 13) dic*unt* vfh. rell. *dictum.* grat*us* dic*it* Asc. *Si* enim M. 14) *se* om. MR2G, rva. 15) *est* om. rvafh. 17) Se fingunt retiner*i* R. se fingunt se retinere B. 18) *cum* uel*int* MR2G. *quod* nolunt afh, *relut,* om. *quod,* rv. (*quod uolunt* Acr.). *propter* MR2G, *per* rva, *ob* fh.

ACRON. Ad Mercurium A, inscr. Acr. et Hor. Ymnus mercurio tetracolos γ. Hymnos (gl. i. e. laus) mercurio tetracolos Bφ. Ode ad mercurium hymnus. metrum sapphicum endecasyllabum. R. ymnus ad mercurium tetracolos b. 22) Merc. laud. om. A. Merc. om. γb. Locos Hor. et Verg. om. Aγb. Laudat ab arte et a genere laudat br (om. *et*). Laudat mercurium ab arte. a genere 2. 24) praemia *palmae*l R1G, mv. idem iulium R. 26) *id est* incomp. Rr, rell. *qui* inc. hom. mor. Aγ RbCr. rel. mor. hominum.

3. *Voce.* Composita eloquii ratione. *Catus.* Doctus.

4. *More palaestrae.* Exercitio eloquentiae, siue quia ab ipso dicitur inuentum exercitium huius certaminis [hinc *Verg.* A. IV, 559: *Et crines flauos et membra decora iuuentae*].

6. *Nuntium.* Interpretem. [Sic *Verg.* A. IV, 356 de eodem: *Nunc etiam interpres diuum Ioue missus ab ipso. Lyrae parentem.*] Ipse enim dicitur lyrae inuentor et Apollo caducei.

7. *Callidum.* Ingeniosum, doctum. *Iocoso* dulci, ut *Verg.* (S. VI, 346): *Dulcia furta.*

8. *Condere.* Facere. *Furto.* Adulterio. *Iocosum* autem *furtum* uocauit artem praestigiatorum, quam ipse inuenit. Praestigiator [uero] dicitur ab eo quod praestringit aciem oculorum. Et mire moderatur dicendo *iocoso,* ac si diceret: non illo, quod ad auaritiam et fraudem spectat.

9. *Te boues olim nisi reddidisses.* Sensus [iste] est: Abegisti boues Apollini pascenti pecus Admeti regis, et cum tibi minaretur sagitta, nisi eas reddidisses, uolenti telum proferre e pharetra praestigiatura ademisti. Ordo est: *Nisi reddidisses boues olim amotas per dolum, Apollo uiduus pharetra, dum terret te puerum minaci uoce risit.*

13. *Atridas.* Agamemnonem et Menelaum. Ordo est: *Quia et diues Priamus, relicto Ilio, te duce fefellit superbos Atridas et Thessalos ignes et castra iniqua Troiae.*

14. *Diues Priamus.* Priamus, duce Mercurio, iuit ad Achillem relicto Ilio et petiit corpus filii sui Hectoris. (Hinc *Verg.* A. I, 484: *Exanimumque auro corpus uendebat Achilles.*

1) *ratione* γ1, rfh. *or*atione AR. oratione 2, om. comp. eloquii. eloqui oratione G, om. comp. eloquio. ratione mva. eloquentia et oratione C. glossam *catus* doctus om. 1G. 2) exerc*itio* Aγb, rell. exercita*tione*. exercitati*onis* r. schol. non corruptum uidetur. *hinc* — *iuuentae* om. Aγb2,r. 5) *Sic* — *parentem* om. Aγb2,r. 6) *ipso* R1G, *alto* Cfh, ut Burm. Ipse *namque* C. *ut* Apollo fh. Lyrae, om. ipse enim, inu. fuit mercurius. apollo caducei 2. Rell. scholia ad h. o. om. A. glossam ad *callidum* om. γ. *ut dulc. furta* γbR,r. schol. om. 2. 10) gl. facere γb. adulterio γb. *autem* om. γb2,r. *per*strigiato*rium* 2. rell. praestigiato*rum*. prest. quem γ. *uero* om. γbR2,r. iocose dicendo 2 b. *quasi* diceret Bφ. 13) illo qu*i* γRBφ,r, ill*e* qu*i* bGv (quo). illo qu*od* 12, mafh. ad fraudem auari*tiae* Bφ (Porph.). *dulcia furta*, id est, *adulteria*. iocosum autem nominat propter praesti*giorum* inuentionem, quae inuenit in bobus Apollinis ablatis. C. Non enim *ille qui dat* auari*tiae* fraudem spectat. dicendum esse docet quid sit iocoso furto R. 14) *iste* om. C. Apolli*nis* pascent*is* C. 16) e*os* R2. *e* pharet*ra*, praestigia*tura* Nannii net. exemplar Misc. III, 5. Grut. Lamp. 1264. *f*aretra praes*tigi*atura γ rell. pharet*ram*. praestigia*tam* R,mva. rell. praestigia*tura*. utraque uox inusitata. 18) terret *te* puerum γ et C: dum terret minaci uoce *te* puerum. B: Ordo et sensus talis est. dum *te* puerum olim minaci uoce terret nisi — risit. Rell. *risit te.* boues olim γRG,r. 19) Agam. et Men. RBφb,Cr. thes. ignes γb,r. et thes. — Troiae om. R1G, mva. Ordo — Troiae om. C. 21) *Troiae* datiuus est γb. Eorundem glossae *pias* iustas (C) et *leuem* uanam *peccatricem* Christianum scriptorem sapiunt. ua*nam* om. b. uanam *umbratilem* C 23) pet*ii* γR. peciit r, petit b. rell. peti*uit*. Loc. Verg. om. γb2,r.

17. 18. *Tu pias laetis animas reponis Sedibus.* *Verg.* A. VI, 292: *Tum uirgam capit, hac animas ille euocat orco Pallentis alias sub Tartara tristia mittit.* Virgam autem dicit caduceum, quod primo Apollo habuit et donauit Mercurio lyra sibi tradita. Huius autem uirgae haec ratio est: Mercurius et orationis deus dicitur et interpres deorum, unde uirga bellantes diuidit, id est, bellum. Nam bellantes interpretum oratione sedantur, unde secundum *Liuium* (XXVI, 17; XXXII, 11, XXXVII, 45, al.) legati pacis caduceatores dicuntur. Et inde graece Ἑρμῆς dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, sicut contra per feciales bella sumebantur.

*Laetis sedibus.* Elysiis campis. *Leuem.* Vanam [peccatricem].

## PORPHYRION.

1. *Mercuri facunde nepos Atlantis.* Hymnus est in Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta. *Facundum* autem Mercurium dixit, quia orationis inuentor est, *nepotem Atlantis*, quia Maiae filius est, Maia autem una ex Atlantidibus.

3. *Voci formasti.* Notum est, Mercurium inuentorem existimari sermonis, palaestrae, lyrae et furtorum.

5. 6. *Magni Iouis et deorum Nuntium.* Σχῆμα λέξις. Hoc et *Verg.* (A. VIII, 103): *Amphitryoniadae magno diuisque ferebant.*

7. 8. *Iocoso furto.* Bene *iocoso;* non enim illo, quod ad auaritiae fraudem spectat; deinde ipse docet, quid sit *iocoso furto.*

9—12. *Te boues — Apollo.* Fabula haec autem ab Alcaeo ficta, et iterum Mercurius idcirco traditur furandi repertor, quia oratio, cuius inuentor est, animos audientium fallit.

11. *Viduus pharetra.* Belle pro *uiduatus pharetra,* id est, priuatus.

14. *Ilio diues Priamus relicto.* *Diues* Priamus oportune (per?) epitheton nunc dicitur, quia tantum scilicet auri habuerit, ut filii corpus exemerit.

1) Totum schol. om. Aγ2b. 10) *eleseis* γ. *heliseis* 2 (om. *campis*), eli*sis* b. eli*siis* r, *helius* Bφ. rell. elysiis. glossam om. mva (ex Porph.)

PORPH. 15) *est* om. R.rvafh. 15) *est* MAR2G.a. rell. om. fil. *est* MAR2G. 19) σχημολέξις M2G (2. man.) r. σχηματξις v. σχῆμα λέξεως Cafh. *ut* et fh. *ut*, om. *et*, C. 20) fere*bat* v et ed I. Verg., M et rell. fere*bant*. 21) *Bene iocoso* om. 2. illo *qui dat* R.rv. illo *quod* afh. 22) *deinde* om. M. *ipse* M2. *ipse* om. rvafh. 23) Verba quae ordinem indicant in rvafh. [Aliter. Boues lun nisi reddidisses amotas per dolum te puerum apollo *olim* ... *dum* afh. — minaci uoce terret. pharetra uiduus risit] M tamquam lemma significauit sic: Te bobies *solum nisi reddidisses amotas faretra niduus risit.* ficta MAR2Bφ. rell. facta, om. C. iecirco 2G. 25) audien*dum* v. *ad* audiendum fh. rell. audien*tium*. 27) oportune επιθετον. M2G (*opp.*) R lacunam gr. uoci relinq., om. rv. Oportune epithet*o* minus placet quam *per* epitheton. *epitheton* autem ex margine introd. uidetur. 28) *quod* afh. M et rell. *quia*. *quod* fil. corp. exe*mit* M2. auri *humeris* habueris M *quantum* f. e. exemit R. quo — *redemit* r. *quod* — redemit va. quo redim*eret* fil. corpus fh. Priamus Mercurio duce per castra Graecorum uenit ad Achillem, *a quo redemit*

[*Mercurio* autem *duce* dicitur ad Achillem uenisse, qui custodibus somnum misit], uel quod aurum sub tutela sit Mercurii.

15. *Thessalos ignes.* Cum ad Achillem uenit propter Hectoris corpus redimendum.

*Iniqua Troiae.* Pro eo quod est inimica.

17. 18. *Laetis Sedibus.* Elysiis campis.

18. 19. *Leuem co. turbam.* Umbras scilicet.

*Auras uirga.* Id est, caduceo.

# CARMEN I, 11.

## ACRON.

1. *Tu ne quaesieris scire nefas. Nefas* malum.

2. *Leuconoe.* Vocatiuus.

2. 3. *Nec Babylonios Temptaris numeros. Temptaris* pro temptaueris. *Babylonios,* qui conantur comprehendere finem uitae suae numeris.

3. *Ut melius.* Subaudi *possis.*

4. *Seu plures hiemes.* Hiemis tempus posuit pro anno, [synecdochicos] a parte totum. (Et est sensus:) Licet cognoueris, quae res commoueat mare, ut bibendo hanc reseces curam.

5. *Debilitat.* Commouet.

corpus filii sui Hectoris C. Scripsi *ut* -- exem*erit* cum B, qui habet: quod tantum auri habuerit, *ut* f. e. exem*erit.*

1) dicitur ad achill*en.* Ve*nit* qui MG,r (achille*m*). *Ad ach. uenit* ex schol. seq. sunt. verba parenthesi inclusa transferenda videntur ad finem et sic ad verum ordinem redigenda: Mercurii. *Mercurio* autem *duce,* qui custodibus somnum misit, Priamus dicitur (ex *Pr.* factum est dr = dicitur) ad Achillem uenisse. 3) achille*n* MG. 5) *Troiae* post *inimica* om. MR2G,rva. in Cfh. *Troiae* lemmati non adiunctum est, hinc *inimica Troiae.* inim. *troianis* Bφ. 6) Glossa *Elysiis campis* (om. fh.) sic legitur in a et v (el*is.*). elis. camp. *contra leuem turbam* r. *ae*lisiis camp. *contra leuem umbram scilicet* M. elys. *camp. contra leu. umbram turbam scilicet.* G, cuius ope iterum nuper edita sunt haec omni sensu carentia: Elysiis campis *contra* leuem turbam cum nota: ‚fort. *lacuna* statuenda est‘. Minime. *Contra* ortum est ex compendio *co* = *coerces.* Scribes ergo: *Elysiis campis. Leuem co. turbam.* umbr*as* scilicet. *Turbam leuem.* umbr*as* scilicet AR.

ACRON. Ode IX ad leuoconoē suadens omittendam esse mathematicam R. ad leuconoe*n* suad. om. math. 1. pracmatice monocolos ad leuconoen suad. om*it.* math. γ. 14) malum *est* γb, rell. om. *est.* totam gl. om. 1G,mva. *nefas* tmesis, id est malum C. 15) *Leuconoe* uocatiuus est A, qui ad h. o. praeter hanc glossam nihil nisi schol. ad u. *sapias* u. 6 habet, rfh, rell. om. 16) pro temptaueris γbBφ pro tent. R,r, rell. om. *babylonios* qui (om. *ut*) con. compreh. f. u. s. numeris1,v. 17) *ut qui* con. — numeris afh. nihil excidit, neque *Chaldaeorum* neque *Mathematicorum.* Mathematicos quod C addidit, ad Porph. pertinet. 18) *subaudi* R, s. (scil.) γ2, sup. C. subintellige fh. glossam om. G,va. 19) Hi*ems* tempus Rr. scripsi hie*mis.* synecd. Cmva. συνεκδ. fh. *et est sens.* om. γb2Bφr. 21) *hanc* γbR2r. rell. om. res. *spem* r. *reseces*] *necesse est* bibendo *omnem* curam pellas C. *Ultimam*] unam tantum γb. 22) gl. *commouet* om. γb1G, Cmva.

6. *Sapias.* Pro si *sapias*; deest enim si. *Liques.* Consumes, potando proferes. *Spatio breui.* Propter breue spatium. *Reseces.* auferas.

8. *Carpe diem q. m. c. postero.* Fruere praesenti die, nil credens postero diei. *Quam minimum.* *Paene nihil* significat.

## PORPHYRION.

*Tu ne quaesieris.* Leuconoen adloquitur, quae sollicita de uita sua mathematicos consulebat. Suadet autem, [ut] omissa cura futurorum, unumquemque diem de lucro computans, laete exigat.

2. 3. *Babylonios numeros.* Mathematicam intellege; Babylonii enim astrologiam inuenisse traduntur, per quam genesis colligitur.

6. 7. *Et spatio br. s. l. reseces.* Grate; id est, cum spatium uitae breue sit, noli in longum spes tuas porrigere.

3. *Ut melius quidquid erit pati.* Hinc uidetur alter sensus incipere, ut sic claudatur: ut possis melius pati quidquid erit.

6. 7. *Sapias. uina liques.* *Ergo* subaudiendum. *Sapias* pro: *Si sapias* ueterum consuetudine dictum.

7. *Quae nunc . . mare Tyrrhenum.* Suauiter dictum, quia inlisi fluctus in saxa debiles redduntur, hoc est, uires amittunt.

8. *Carpe diem q. m. c. p.* Μεταφορικῶς. [Primo quoque, inquit, die fruere.] Translatio autem a pomis sumpta est, quae scilicet ideo carpimus, ut fruamur.

# CARMEN I, 12.

## ACRON.

*Quem uirum aut heroa lyra uel acri.* In hac ode uelut propositio est cuiusdam incerti carminis; nam dubitat, quid primum uel quid potissimum dicat, ut cum deorum caelestium laudes an Romanorum diuorum et fortium

1) deest *erit* A. deest *enim si* γG2. rell. om. *enim.* consumes p. proferes γR,r. 2) s. mva. silicet fh. s. non spatio, nam *spatio breui* in Hor. est. *auferas* γb. rell. om. 3) *nil* γR,r, rell. *nihil.* post *diei.* γbR2,Cr et Bφ. 4) significans 1.

PORPH. Ode XII ad leuconoe*m* R. 7) a*d*loq. M. 8) *ut* fh. *uitam* exigat fh. 10) mathematica R. mathematicos vafh. et C (vide ad Acr.) *metaphoricos* int. r. Scholia ad reliquam h. o. partem alio ordine se excipiunt in MR2G,rva, quam singulorum uersuum consecutio exigit, utpote quae in fh obseruata est. Equidem malui librorum sequi ordinem, qui ad sensum sententiarumque coniunctionem spectare uidetur. 12) *Grate, id est,* MAR2G,rva, om. fh. conf. supra ad I, 9, 14. 14) *hinc* MAR2G, rell. *nunc.* claud*i*tur R2. 15) possis mel. MR2, rell. mel. possis. 18) i*d*lisi M. rell. il*l*isi. ill*u*si R. 19) hoc – omittunt om. R. 20) metaf. MG. metaphorice edd. Verba inclusa om. M.

ACRON. De laudibus deorum atque hominum. inscr. Acr. et Hor. Ad laudem deorum atque hominum et maxime caesaris augusti ode XII prosphonetice tetracolos R. 26) ueluti R. quid *proprium* γ. *uel* quid pot. Aγ, rafh. *aut* quid 2. *et* quid R. uel quo*d* vm. 28) rom. *diuorum* et fort. AγR2r. rom. *uirorum* C. (ui*u*orum?). *diuorum* om. mvafh.

ducum, omnes tamen laudat, cum se fingit ancipitem, per oratoriam παράληψιν. Verum maiore intentione in Augusti laudes contendit, quem secundum a Ioue uult esse in terris.

1. *Quem uirum.* De uiuis. *Aut heroa.* De mortuis iam semideis. Ordo est: O Clio, quem uirum aut quem heroa sumis celebrare lyra aut acri tibia? *Acri.* Graue sonanti. Hero*a* graecus accusatiuus est.

2. Quem deum? Scilicet sumis celebrare? Ordo est: *Cuius iocosa imago recinet nomen, ut in umbrosis oris Heliconis aut super Pindo, aut in gelido Haemo, unde siluae temere secutae sunt uocalem Orphea morantem lapsus rapidos fluminum materna arte et celeres uentos blandum ducere auritas quercus canoris fidibus?*

3. 4. *Iocosa nomen imago.* Echo; *iocosa* autem *imago* bene dixit, quasi quae uoces nostras imitari uideatur.

5. *Heliconis oris.* In Parnaso monte Musis consecrato.

6. *Aut super Pindo.* Pindus mons Thraciae, ubi quondam Orpheus cecinerat. *Gelidoue in Haemo.* Haemus mons Thessaliae.

7. 8. *Unde vocalem — Orphea.* Vocales homines summae uocis dicuntur.

9. *Arte materna.* Musica scilicet, nam filius Calliopae dicitur.

11. *Blandum.* Pro blande. *Auritas.* Sensum audiendi habentes.

12. *Ducere.* Ad se ducere, oblectare.

13. *Quid prius?* Scilicet dicam? *Dicam.* Illum scilicet (qui temperat res hominum ac deorum).

13. 14. *Solitis Laudibus?* Aut quas ego dicere soleo, aut quas omnes.

1) *quoniam* se fin*xerit* R. pa*rre*llemsin A. para*llemp* sin γ. paralempsin 1. paralensim R. parallepsim 2. parali*p*sim rva. παράληψιν Cmfh. 2) *quem — terris* om. 2. *quod* sec. Aγ. maiore Aγ2. *con*tentione 2. studio C. 4) *iam semideis* om. 12G, mva. de mort. iam. semid. om. r. 6) hero*a* — est γ. et est graecus accus. fh. rell. om. 7) *Ordo est Clio — fidibus* om. A. 2,r transeunt a u. *sonanti* ad schol. *Iocosa* etc. Relicui verborum ordinem sequentes interponunt schol. ad *Quem deum* etc. O Clio γC. *bene* son. 2. *acute* son. C. *scilicet* γ. *sub* — est r. subaudis b. 8) recinet r ut K aliique, re*t*inet γ [in ipsa oda reci*nit* al. retinet 1 m.] 1Gv ut E aliique, recinit mafh. 9) *in*secutae fh. rell. secutae, id quod glossa ut blande γbRI, mrva pro bland*um* Cfh. 10) flum. et cel. uent. mat. arte et bland. fh. *nomen imago* (i*mm*ago A) AγRG, mva, *autem* om. fh. dixit bene γ. bene dicit R. 13) *in*mi*tt*ari A. quasi quae A, rfh. quasi uoces, om. *quae* γ. *quasi* om. mva. *quod* uoces R. *ut* uoces 2. 14) Hoc schol. habent Aγfh. Parnasso monte Musis sacro in Boeotia C. Parnaso Aγfh. 15) mon*s* Aγ (traciae). *Pindus* addidi. Hoc et seq. schol. om. R1b, rmva. mon*te* fh. *Thessaliae* monte C. 16) mo*ns te*saliae φB (tess. monte fh. *Haemus* anteposui. monte *Thraciae* C. mons *traciae* Bφ. 17) *homines* A. conf. Ouid. Fast. II, 91. Propert. II, 34, 37. Ouid. Met. III, 357. rell. *omnes*. dic. summae uocis mvafh. 19) *per* music*am* scil. γ. calliope Aγ. callio*peae* b. ca*l*io*pae* r. caliopes v. rell. Callio*pes*. schol. om. 2. 21) *ducere* pro *ducebat* γ. 22) Illum — deorum om. A. illum scilicet γ, om. rell. 24) Serua duplex *aut* cum codd. et edd. uett., *uel* quas omnes afh. *dicere soleo* AγR1,r. quasi ego γ.

16. *Temperat.* Distinguit, diuidit uel regit. *Horis.* Quibus, uelut chordis, temperatur annus per uer, aestatem, auctumnum et hiemem; traxit enim *temperat* a lyra.

17. *Unde.* A quo, ut *Verg.* (A. V, 801): *Unde genus ducis.*

18. *Nec uiget quidquam simile.* Quasi diceret Jouem super omnia sine comparatione. *Aut Secundum.* Secundum aruspicum dicta uel disputationes (eorum?) qui Jouem primam, secundam et tertiam partem caeli solum uolunt in fulminibus tenere.

19. 20. *Proximos illi tamen occupauit Pallas honores.* Proximam Jouis honori Mineruam dicit, hoc est, uirtutem et sapientiam Deo uicinam. Nam nulla quaestio est, cum supra dixerit: *nil* Joui *simile aut secundum,* et in sequenti Mineruam proximam posuerit.

21. *Proeliis audax.* Nimia enim uini potatio lites generat et audaciam. *Nec te silebo.* Neque te transeam.

22. 23. *Inimica uirgo Beluis.* Diana studiosa uenandi.

23. *Nec te.* Scil. *silebo* a superioribus.

23. 24. *Metuende certa Phoebe sagitta.* Apollinem dicit *sagitta metuendum* (propter Amphionem, qui cum filiis peremptus est), nam sagittae

1) gl. om. Aγb. dist. *et* regit. C. *horis partibus* quibus fh. *horis* a quibus G, ma. *horis* quibus AγR12,rv. *horis anni partibus,* vere. aest. etc. C. *temperat* dist. et tractum est a lyra. *horis* quibus uelut *cordis* temp. ann. 2. recte; *cordis* enim pro *chordis* omn. fere uett. codd. Horatii habent. 5) quasi dic*eret* AγR1,r. om. C. quasi dic*at* mvafh. *ioue* γ ref., ad u. 17: ipso. Male editum est: quasi diceret: Jouem etc. 4) Ex illo qui cuncta temperat uel rmvafh. om. A1. *uel* om. γ. alterum Verg. loc. om. Aγ,r (adi Porph.) . *unde* a quo. Virg. unde — Latinum C. 6) aruspicum AR1, mvafh. *auruspitium* γ. conf. haruspicium auspicia Cic. Acad. IV, 33. *auspitium dicit* uel. *eorum* disp. qui iouem primam *substantiam* et tert. r. iuxta Aruspicum responsa. qui Jouem fulminis in caelo uolunt primam, sec. et tertiam tenere. C. 10) *Nam* nulla A. rell. *Unde* nulla. 11) cu*m* supra r. rell. *cur. et* secund. A. *et in* sec. γ. *et* sec. *in* 1. mineruam *proximam* pos. A. *prox.* rell. om. Nam — posuerit om. 2 C. 13) schol. om. A. pot. uini fh. lit*es* γR, rfh. lite*m* 1, mva. 14) Neque te transeam γ. s. transeam b. Quae in fh huc posita sunt uerba *Quasi* in superiori*bus* (a superioribus G) ad *nec te* u. 23 manifeste pertinent. Ex C. inculcata nuper est glossa: *transitio rhetorica.* silebo a sup. R1, mva. s. silebo γ. rell. om. 17) Nann. in Misc. III, 6. Grut. Lamp. 1, 1265: Apollinem — ad feriendum sunt sagittae. *Vetus:* propter *Niobem,* quae cum filiis. interemta est. nam Apollini et Dianae certae et inevitabiles ad feriendum sagittae. Propter Niobe*n* quae c. f. i. est. Apollini autem et Di. c. et ineu. ad fer. sag. sunt ut numini C. *Propter Niobem* in nullo cod. offendi pro Amphione eius marito. Propter *Amphionem* AR, mvafh, om. 1G,r et γbφB. hi quattuor nihil habent nisi glossam etiam in 2 C obuiam *certa ineuitabili* cum additamentis quae sequuntur: Apollinem sagitta metuend*am* cum quibus *phiton* peremptus est. γ. quia mox ut natus est *pithian* interemit bφ (*phitium*) B (*pithium*). Sub his non *Tityus* sed *Python* latere uidetur, propter cuius interemptionem Apollo πύθιος, πυθόκτονος, κλυτότοξος uocatus est. Atque de Apolline solo, non de ultione matris hoc loco a poeta dici patet. Apollinem (om. *dicit*) sag. Aγ. perempt*is* A. ineuit. *sunt* γ. ad ferendum fh. sunt *sagittae* R1. mvafh. *sagittae* om. Aγ,r *numinis sicut est* omn. praeter C: ut pote numin*i*. *unde*. *af*fuit cum Seruio A. II, 632. XI. 896. G. II, 98. Heins. Heyn. et Ribbeck. rell. *ab*fuit. *af*fuit Aγ,r in uett. codd. Horatii Epod. V. 6 est pro *ad*fuit.

Apollinis et Dianae certae et (i. e. ?) ineuitabiles et ad feriendum sunt. *Certa sagitta.* Utpote numinis, sicut est *Verg.* (A. VII, 498): *Nec dextrae errandi deus afuit.*

25. *Alciden.* Herculem.

*Puerosque Ledae.* Castorem et Pollucem, Ledae filios.

25. 26. *Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem.* Amatorem equorum Castorem dicit, ut est *Verg.* (S. III, 89): *Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis,* [Cyllarus]. Pollucem *pugnis* non bellis ualentem, ab eo quod pugilis fuerit, ergo pug*nos* dixit, ut *Terent.* (Phorm. V, 9, 95): *Pugnos in uentrem ingere. Hunc equis.* Id est, equestri proelio. *Illum pugnis.* Cestuum pugna uel pedestri proelio.

28. *Stella.* Signum Geminorum.

27. *Alba.* Id est, serena; [nam frequentius, dum oritur, tempestates facit, sed hic prosperam posuit].

29. *Defluit saxis agitatus humor.* Laus stellae a tempore, nam uerno tempore nascitur, quo et niues resoluuntur, ut *Verg.* (S. I, 43): *Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Agitatus.* Resolutus.

30. *Considunt uenti.* Fugantur (mitigantur?), ut est *Verg.* (S. II, 339): *Et hibernis parcebant flatibus Euri Fugiuntque nubes.* Fugantur, *Verg.* (A. I, 193): *Conlectasque fugat nubes.*

31. *Qui sic uoluere.* Scilicet dii uel pueri (filii?) Ledae.

32. *Unda recumbit.* Sternitur, quae uento tumuerat.

33—36. (*Romulum post* hos prius. Catonis n. l. Ordo est: *Dubito an prius memorem post hos Romulum, an quietum regnum Pompilii, an superbos fasces Tarquinii, an nobile letum Catonis*). *Romulum . . Tarquini fasces.* Ad hoc Romanos duces et nobiles praetereundo commemorat, ut Augustum

4) glossam om. A1G,mva. 5) *Ledae*] s. dicam γ. 6) *amatorem* omn. fere codd. et edd et Dousae Auct. p. 689. am*ore* b. Nuper iterum inculc. est *domitorem*, corr. ex *domitus* loci laudati, magis recte ad Verg. et Hom. quam ad Horatium. namque Acron *bella* intellegit, equestre *proelium*, in quo Castor *non equos suos* (ἱππόδαμος Hom. Od. XI, 299) sed hostes *equis* superare (domare) nobilis dicitur. Castor *amator equorum* est id quod Hor. Sat. II, 1, 26 dicit: *Castor gaudet equis*, nihil amplius. Aliter res se habet in Acr. ad Carm. I, 15, 25. 8) *Cyllarus* om. AγG1. 9) pugi*lis* ARb,r. rell. pugil. Scholia ad *Hunc equis* et *illum pugnis* om. Ab. castorem equestri proelio, pollucem pedestri b. 12) gl. om. Aγb2. *Alba*] Serena, signum Geminorum, id est, nam freq. fh. *id est* om. libri. *dum oritur* libri. Vide supra ad I, 3, 2 Porph. 14) prosp*erum* (signum) fh. tempestate*m* R. 16) ut uirg. AγR,r. 18) *Fugantur* libri. *cessant* C. ad sensum *remittunt*, ad literas *mitigantur*. Locum Verg. cont. fug. nubes om. 1G, Cmva. 20) conl. fugan*t* nu*bibus* γ. 21) qui sicut (non *sic* sed sič) uet. Bern. K. d*i*i omn. codd. et edd. *dii uel filii* γ. dii *seu pueri* C. rell. dii uel pueri. sic placuit geminis E. 22) qu*ae* AγR,r. rell. qu*od*. *in*tumuerat C. *minax* uento erecta γb. 23) *Ordo — Catonis* om. Aγ. totum schol. om. b2. 25) Ad hoc autem A,fh. ad hoc rom. (om. *autem*) γ. *ad* om. R1,a. ad *haec* autem C. ad hoc enim φ man. 2. hoc autem ad rom. 1,mv. hoc autem rom. R. *hos* autem romanos a. Legendum puto: *At* hoc Romanos. Erunt quibus magis probetur: *post hos*] Ad *hos*.

cunctis praeferat. Nam *Romulus* urbis Romae conditor est, Numa *Pompilius*, a Curibus Sabinis ad regnum euocatus [est], sacrorum inuentor.

34. 35. *Tarquinius* quoque rex uirtute magnus, se hic Priscum posuit, non Superbum: nam *superbos fasces* [hoc est] nobiles dixit.

35. *Cato* dum, mortuo Pompeio, apud Uticam obsideretur, amore libertatis manu sua sese peremit, unde et Uticensis uocatus est.

37. *Regulus* [autem] cum Afros uicisset, ab iisdem paucis captus est; quem dum Carthaginenses Romam pro commutatione captiuorum misissent, adquiescentes Romanos suo consilio reuocauit. Hunc Poeni, dum sacramenti memor reuertisset, sectis palpebris, uigiliis necauerunt.

38. *Paulus* et Terentius Varro Coss. aduersus Hannibalem missi sunt. Hi apud Cannas, Apuliae uicum, grandi exercitus Romani clade superati sunt. Paulus posteaquam tantam uitio collegae suorum uidit stragem, se perimendum hostibus dedit.

40. *Fabricius* quoque magnis praemiis a rege Pyrrho temptatus, dum nimis pauper censu esset, corrumpi non potuit, de quo *Lucanus* (III, 160): *Quo te Fabricius regi non uendidit auro?*

41. *Curius* paupertate clarus de agro ad consulatum uocatus est, qui numquam totondit caesariem propter iniuriam praeturae.

42. *Camillus* de exilio reuersus uictores Gallos urbe pepulit et ad internecionem cecidit uictorque sua sponte in exilium rediit.

34. *Quietum Pompili regnum.* Magna enim pax fuit eius temporibus. *Superbos.* Aut nobiles aut reuera superbos.

35. *Fasces.* Honores.

37. *Regulum.* Scilicet *referam insigni camena* [Regulum]. 38. *Poeno.* Africano.

39. *Insigni.* Nobili. *Camena.* Musa aut poemate.

37. *Et Scauros.* Nobiles Romanos, qui et censores et consules fuerunt.

1) num*mo* γ. 2) euocatus (om. *est*) AγR.rmfh. est *reuoc.* 1. est uoc. m. uoc. est a. 3) *rex* uirt. AR1,rva. rell. *ex* uirt. 4) fasc. sup. fh. *hoc est* om. AγR1G,r. 6) sese A. *eu*ticensis γ. 7) *autem* om. Aγ. *his*dem A. *is*dem γ. rell. *eis*dem. 8) *dum* γ,r. rell. cum. car*th*agin*en*ses A1, rmv (*chart.*) afh. car*to*ginenses γR. alii Carthagin*ien*ses. Scriptura car*t*ago in uett. codd. Hor. III, 5, 39. IV, 1, 69. 8, 17. Epod. VII, 2. IX, 25 et Satt. II, 1, 66 frequentior est quam *Kar*tago, rarior *carth*ago et *Karth*ago. 9) ad*q*. Aγ,r. 10) uigiliis *perpetuis* C. *ph*alp*h*ebris A. 11) Pau*ll*us C. *H*annib. Bern. K. alii Annib. et Anib., *H*asdr. et Asdr. 13) poste*a*quam Aγ1, rell. post*q*uam. tanto uitio C. 15) Fabri*t*ius γR.r. pirro A. 17) reg*no quo* R1,Crma (G?). om. *quo* fh. reg*no* R. *regi non* γ. 18) *a*uocatus 1. *re*uocatus va. rell. euoc. tot*u*ndit mv. cont*u*ndit r. 21) internec*io*nem A. internec. Ca. intern*it*. γR1,rfh. inte*rempt*. vm. 22) Pompil*ii* γ. *enim* om. γ. tot. schol. om. A,r. 23) schol. om. A,r. est in γR, fh et mva, qui lemmati addunt *fasces*. 24) om. A1G,rmv. *superbos*] nobiles Bφ. nobiles et *magnificos* (Porph.) etc. C. 25) s. ref. ins. cam. γr, om. Regulum. Referam, inquit, ins. cam. Regulum mvafh. — *poeno* africano γ. 27) *ins.* nob. γ. Musa aut po. γ.

38. *Prodigum.* Contemptorem uitae.

39. *Gratus.* Aut delectabilis, aut libens, aut gratiam meritis debens.

41. *Hunc et incomptis Curium capillis* etc. Ordo est: *Hunc et Curium incomptis capillis et Camillum utilem bello tulit saeua paupertas.*

43. *Auitus apto cum lare fundus.* Conueniens fundus et domus [eius] tenuitati.

41. *Incomptis.* Impexis.

42. *Utilem bello tulit et Camillum Saeua paupertas.* Ut *Lucanus* (I, 165): *Fecunda uirorum Paupertas.*

43. *Saeua.* [Magna] ut *Verg.* (A. I. 99): *Saeuus ubi Aeacidae telo iacet Hector.*

45. *Crescit occulto uelut arbor aeuo.* Incrementa enim arborum, nisi posteaquam creuerint, non uidentur.

46. *Fama Marcelli.* Marcellum Octauiae dicit filium, sororis Caesaris [Augusti], qui puer mortuus est; de quo *Verg.* (A. VI, 883): *Si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris.* Aut illum (Marcellum) commemorat, qui primus Hannibalem apud Nolanam ciuitatem in fugam compulit et ab eo postea occisus est.

47. *Iulium sidus.* Ut *Verg.* (B. IX, 47): *Ecce Dionaei processit Caesaris astrum.*

47. 48. *Velut inter ignes Luna minores.* Pulchra comparatio.

49. *Sentis humanae pater atque custos.* Apostropha ad Iouem (est autem periphrasis).

51. *Fatis.* Per fata.

51. 52. *Tu secundo Caesare regnes.* Id est: sit secundus a te, scilicet ut tu in coelo, ille in terris regnet.

53. 54. *Ille seu Parthos Latio immin. Egerit.* Parthis in Latium [nec

u. 40. *Fabricium*que] Hic Fabricius ad prime (ad prime *ue* Bφ a prima iuuenta s. aetate?) pauper uirtute (*a* uirt. Auct.) et fide nobilis fuit hic Pyrrhum (pyr*r*um Bφ) Regem Epirotarum bello superauit. nec noluit mille pondera auri accipere ut a praelio abscederet (*r*eced. B). Quin etiam medico. Pyrrhi poscenti praemium ut ueneno eum extingueret non consensit. Auct. p. 689 et Bφ, 3) *Curium*] consul fuit γ. 5) schol. om. A. *id est* — *tenuitati* om. γ. Verba *et auitus* — *lare* non ordinem significant sed novum lemma et scholion. *eius* Cfh. rell. om. fundus domus (om. *et*) Aγ,r. *fundus* patrimonium illi congruum Bφ. 10) *Magna* Bφ. om. Aγ,r. — *ut* AγR1G. Hic Camillus (B) gallos senones apud alli*a*m (non: Alli*u*m conf. Liu. V, 87. Verg. A. VII, 717) fluuium ex maxima parte interemit et capta signa romanorum cum triumpho reducit. Auct. 689 et Bφ. 12) *enim* Aγ, Crfh. rell. om. arbo*ris* 1G,r. nisi *quia* crea. r. *ubi* posteaquam crea. 1G. *in*creuerint C. rell. creue*rint*. 15) *Augusti* om. AγR. sor. Aug., om. Caes., mvafh. 16) *aut illum* (om. Marc.) AγR,r. 17) no*i*anam AγBφ, m. *tro*ianam G. no*lam* 1, rvafh. no*la*nam RC. ab eo*dem* fh. rell. ab *eo*. 19) schol. om. 1G. quod micat inter omnia ut uirg. γ. 21) schol. om. A. 22) Apostroph*a* AR2. apostroph*am* γ. apostroph*at*. r. rell. apostroph*e*. *est autem* (*aut* R1) *periphr.* om. Aγ,r. Periphrasis Iouis *per apostrophen* C. u. 50. *cura* s. sit γ. s. est. Bφ. 24) gl. om. A. 25) schol. om. A.

uenerunt] nec temptauerunt uenire, sed quia di*lata*tum est imperium Romanum, *Latium* uocauit, quod sub ditione Latii erat, ut *Verg.* (G. II, 172): *Inbellem auertis Romanis arcibus Indum* [i. e. a ditione Romana].

54. *Egerit.* Subegerit.

*Domitis* — *subjectos?* — Subiugatos.

*Orae.* Regionis.

56. *Seras et Indos.* Populi sunt: subaudi a superioribus: *regnes secundo Caesare.*

57. *Aequus.* Justus.

*Te minor laetum reget orbem.* Ordo est: *Tu quaties Olympum graui curru, tu mittes inimica fulmina parum castis lucis; ille aequus minor te reget laetum orbem.*

58. *Quaties Olympum.* Id est, honore numinum frueris.

59. *Castis.* Inpollutis.

59. 60. *Parum castis inim. m. Fulm. lucis,* Secundum pontificum et aruspicum documenta, qui dicunt numquam fieri fulmina nisi in locis pollutione aliqua alienis.

## PORPHYRION.

*Quem* — Clio? Hoc a Pindaro sumpsit. Continet autem haec ode laudes deorum ac principum Romanorum.

3. 4. *Jocosa nomen imago.* *Imago* dicitur quasi imitago, et *h*oc (legas *ioc.* = *iocosa*), quia uelut ludens respondet.

5. *Heliconis.* Helicon (autem) mons et Boeotiae Musis sacer.

6. *Pindo.* Pindus Thessaliae mons. *Lucanus* (VII, 482): *Pindus agens gemitus.*

1) *nec uenerunt* om. Aγ2,r. 2) qu*od* Aγ. qu*ia* rmvafh. di*latum* r. la*tu*erat AγR1, mvafh. Pro *latuerat* scripsi Lat*ii* erat. *totum* lat. erat r. *Ditio Latii* dicitur ut *ius Latii* Tac. Ann. XV, 32. De origine lect. *latuerat* uide Verg. A. VIII, 322. et Fast. I, 238. 3) verba incl. om. AγR1, r. *ind.* A. auert*es* A. Loc. Verg. om. 1G. 6) *orae* (ore A) regionis Aγ. 7) ser*es* ra. Ser*as* fh. *Populi sunt* om. mvafh. subau*di* vafh. subaud*is* G,rm. subiunges R. s. = scil. γ. a soperior*i* γR. 8) secund*o* Caes. γR,r. secund*us a* Caes. vafh. schol. om. 1C. 9) gl. om. γ. 10) *Ordo — orbem* om. A. tot. schol. om. 1. l*a*tum fh ut plurimi et opt. codd. Hor. letum γ in schol., l*a*tum in lemm. *lae*tum R. et rell. 13) quatie*us* 1G,r. schol. om. γ. 14) *parum castis*] non castis γ gl. i. non mundis Bφ. pollutis C. *in*pollutis Aγ,r. i. poll. R. i. e. poll. 2. rell. om. i. e. 16) *Aru*sp. Aγ1,rfh. harusp. mva. *auru*sp. R. *au*spicium 2. 15 17) locis A, mva et sic *in scholio* legendum. Quidam iungunt *castis lucis* i. siluis eo quod in ipsis antiquitus mundicia castitatis pollueretur. nam siluas (l. lucis) i. e. uitae ut quidam nolunt intelligas. inimicus. tibi sum. dicimus. B. man. 2. glossa in Bφ: *lucis* uitae.

PORPH. Ode XIII. in laudem octauii caesaris R.

20) *hoc* MR2G. *haec* rmvafh. 22) Imago *autem* MR2G. et *hoc* MR2G, vafh. *iocosa* nomen imago autem dicitur r. *quia* om. 2. *uel* *in*ludens M. 24) *autem* codd. et edd. mons *est* MRG, rell. om. *est. boeotiae* M. rell. boetiae.

7. *Temere insecutae.* Quid est *temere?* Utrum inordinate et passim atque confuse, an uero sine cunctatione et facile?

9. *Arte materna.* Id est, musica; Orpheus enim Calliopae Musae filius.

11. 12. *Blandum . . ducere quercus. Blandum ducere* sua figura dixit ut (Carm. I, 10, 7): *Callidum quidquid placuit, iocoso Condere furto.*

*Auritas quercus.* Audenter dictum, relatum tamen ad id quod cantu mulcerentur.

13. 15. *Solitis p. laudibus.* Utrum *mihi solitis* an uulgo?

17. *Unde . . ipso . Unde* aut ad Iouem aut at mundum refertur; *unde* autem ita positum, ut *Verg.* (A. I, 6): *Genus unde Latinum,* pro ex quo.

21. 21. *Neque te silebo, Liber.* Attende quod promittat se dicturum de his, non tamen dicat.

25. *Puerosque Ledae.* Graeca consuetudine pueros pro filiis Castorem et Pullucem significat.

27. 28. Alba . . refulsit. Nunc candida et benigna, ut e contrario illud *Verg.* (A. IV, 514) dicitur: *Nigro cum lacte uenenum.*

29. *Defluit . . humor.* Saxis litoris scilicet, quae inundantur (scilicet) fluctibus se in ea inlidentibus.

31. *Qui sic uoluere.* Pro: *cum* uoluere.

32. *Recumbit* autem pro eo quod quieta est et silet, dictum est.

34. 35. *An superbos Tarquini fasces.* Ineptum est, si, quia *superbos* dixit, Tarquinii Superbi intellegamus; Tarquinius enim Superbus dignus non est, cui laudes inter deos et hos quos nominat principes dicantur. *Superbos* erga magnificos intellegamus, ut Tarquinii Prisci fasces dicat, non Tarquinii Superbi.

35. *An Catonis.* Eius qui se Uticae interemit.

2) confus*ae* 2. insecut*ae* uel confus*ae* seu sine cunctatione uel indifferenter c*a*ptae nouitate dulcedinis Bφ. glossa: inordinate Bφ. 3) *cal*iopae M, rv. caliope 2. calliopae Bφ. calliop*es* R,afh. 6) *ar*denter r. *tamen* MA2G, rell. *autem.* — *ad* om. rv. mulcere*ntur* MAR. mulc*ere*tur 2G. mulcetur rafh. mulc*ent* v. Audax metaphora etc. C. 8) solitis paren*tes* M. in lemm. sol. paren*tum* Bφ. Quem deum prius laudem nisi illum quem soliti sunt *parentes mei* laudare Bφ. 10) *a* quo fh. 11) promit*tat* MR2G. promit*tit* rvafh, dicat M2RG, rv. dic*it* afh. 16) uene*num* codd. et edd. omnes. 17) *in*undantur MR2G. edd. rvafh ex compendio ĩundantur fecerunt et propagauerunt *fun*dantur (non: fun*dat*). alterum *scilicet* in omnibus fere libris est, om. R. *in* lid. MRBφG. 19) *Quia* sic uoluere pont*um* M (pont*o* *un*da?). Qu*ia* uoluere pro *con*uoluere R. *quod* uolo. pro *con*uoluere 2,r. quod u. q. *cum* uolu. vafh. *quom,* quod iterum intrusum est, in codd. Hor. nusquam offendi. pont*um* G. 20) *autem* MR2, rva. quieta *est et silet* d*i*ctum *est* MAR2, pro quod quie*tat* et silet dictum (om. *eo. est*) r. pro eo q. q. *sit* dictum, om. *et silet,* afh. 21) Si *quia* MR2G *dubium etiam siquidem* rv. *dubium est an* siquidem a. dubium est siquidem *superbos fosces* dixit *an* Tarq. fh. dignus *non est. Non est* cui M. 23) inter *deos et hos quos* MR2, rva. inter *hos deos et* quos fh. nomi*nat* MR. *principes* nomin*abat* rva pr. nomina*bant* fh. nomi*nant* pr. 2. Super *h*os ergo M. 24) tarquin*ii* pr. f. d. n. tarquin*i* superbi M. alterum *tarquini* (G tarqui*nii* R2) om. rvafh. R habet constanter tarqu*ini* et tarquin*us.* 26) uteeae M, rell. ut*i*cae.

37. 38. *Animaeque magnae Prodigum Paulum.* Aemilium Paulum dicit, qui uictus ab Hannibale apud Cannas, Apuliae uicum, maluit perire quam exemplo collegae Varronis fugere. *Animae* ergo *prodigum* contemptorem uitae intellegendum: *prodigi* enim dicuntur proprie, qui bona sua a se disperdunt, quasi *porro* ea ab se *agentes*.

40. *Fabricium.* Luscinium scilicet.

43. 44. *Apto cum lare fundus.* *Apto lare* et (i. e.?) conueniente gratus fundus intellegendus.

46. *Marcelli.* Claudium Marcellum significat, Octauiae, Augusti sororis, filium, cuius interitum *Vergilius* in IV. libro (A. u. 856 sqq.) deflet. *Occultum* autem *aeuum* occulte procedens intellegendum.

47. *Julium sidus.* Gai Caesaris stellam dicit.

51. 52. *Secundo Caesare regnes.* Quasi occultus sensus; hoc autem dicit: ita regnes, ut neminem secundum abs te uelit esse quam Caesarem.

53—60. *Ille . . lucis.* Grata conceptione loquitur; nam dum rationem inducit pro incolumitate atque imperio Augusti, mire illi honorem indulget, dicens: siue Parthos domuerit siue Seras atque Indos, nihilominus tibi Olympi regnum, et tonitrua atque fulmina, permittet.

58. *Tu Olympum.* Hoc secundum uulgarem opinionem dicitur.

# CARMEN I, 13.

## ACRON.

2. *Ceruicem roseam.* Pulchram, ut *Verg.* (A. I, 402): *rosea ceruice refulsit.* *Cerea* Aut mollia aut cerae (colore?) similia.

3. *Vae.* Interiectio dolentis [est].

1) *Contemptorem uitae* hemilium paulum dicit φ (conf. Auct. 689). 2) qui *praelio* uictus fh Auct. rell. om. *praelio*. *exemplo* coll. uarr. fug. MBR2G,r. compendium *exō* fons lectt. *ex eo* coll. uarr. etc. v. *uitis* coll. uarr. afh. 3) *Animae* ergo MBR, rell. om. *animae*. 4) *uitae* om. rvafh. a se 2. 6) Luscinium M2G,C. lusc*inum* Bφ,fh, *luci*um R. *lyci*nium r. *lici*nium va. 7) *et* apto lare et vafh. 9) Cl. Marc. *significat* MR. *Dicit* Cl. Marc. fh (Acr.). rell. om. *signif.* et *dicit*. Octa*ui* ro. augustae MG. 11) procedens *intellegendum* MR (intel*lig.*) rell. om. *intell.* 12) *Ga* MB *Cai* G. rell. C. 14) *ita regnes* ut MAR2G. *magis* ut rvafh. abs te sec. R. 15) dum *ratio*nem inducit omn. libri. recte. *oratio* ad Iouem iam inducta erat 4 vers. praecedentibus. nunc *ratio* inducitur pro eo quod incolume sit Augusti imperium: hic domet Parthos, regat te minor orbem, tu uero quaties Olympum. 18) et tonitru*are* atque fulmin*are* MR2G. edidi et toni*trua* atque ful*mina*, cum tonitru*are* non sit uerbum Latinum. B: Siue inquit domuerit parthos seu eras et indos. nihil *ho*minus tibi olympi regnum et toni*trua* fulminaque permittet. Se*res* afh. nihilo minus φ.

ACRON. Ad lydiam meretricem A (inscr. odae: Ad lydiam) A. R addidit: herotice dicolo, ode XIII. carpit lydiam meretricem nimium adamantem telephum iuuenem poteruum 2. 20) loc. Verg. om bG. 21) *cerea* a colore (cerae albae H) uel mollia Bφ. aut mollia, aut in modum cerae *flexilia* C. 22) ue RBφbγ [*ue* in oda. *uae* ante glossam]. uac*h* a. ue*h* Pith. *est* om. γR2b,Cr. totam gl. om. A.

4. *Difficili.* [Hoc] Epitheton iracundiae [est], quae inplacabilis fit. *Bile*. Iracundia. *Iuuenalis* (VI, 432): *Atque oculis bilem substringit opertis (Plautus* in Amphitr. II, 2, 95: *Atra bili percita est).*

5. *Tunc nec mens mihi nec color certa sede.* Voluor uariis cogitationibus, et color in diuersa mutatur.

6. *Humor et in genas furtim.* Secretae lacrimae amoris (nimietatem prodentes).

7. *Arguens.* Demonstrans, ut illud *Verg.* (A. IV, 13): Degeneres animos timor arguit.

8. *Penitus.* Interius. [*Macerer.* Consumar.]

*Lentis.* Mollibus, ut *Verg.* (A. VI, 66): *Est mollis flamma medullas Interea.*

9—12. *Uror, seu tibi* . . Adspectu crucior, quoties aut uino per rixam aut per libidinem certe amoris alterius in corpore tuo signa conspexero. [Ordo est: *Uror, seu tibi immodicae rixae turparunt candidos umeros mero, seu puer furens inpressit memorem notam labris dente*].

10. *Turparunt.* Liuore reddiderunt deformes. *Immodicae.* Immensae.

*Mero.* Ebrietate, id est, per ebrietatem.

11. *Furens.* Scilicet impatientia amoris.

12. *Memorem notam.* per quam amoris recordatio seruaretur. *Notam.* Vulnus.

13—16. *Non si me satis audias.* [Ordo est: *Si me satis audias, non speres*

1) *Hoc* mvafh. om. AγR2, r. ponit *hoc* epith. irac. *quae sit* impl. C. *est* mvafh. qu*ae* Aγ2,Cr, rell. qu*ia*. i*n*pl. Aγ,v. *fit* 2. rell. *sit*. 2) bile *autem* mvafh. bile*m* autem R. *autem* om. Aγb2. iracundi*a* b2, rmvafh. iracun*dam* R. *bile*] *bilem*. iracundi*am* A. iracundi*am*, om. bi*lem* γ. loc. Iuuen. et Plauti om. 1G, loc. Plauti Aγb,r. *ut* ante *Iuu*. om. Aγb. 3) *o*pertis AγbR,Cva. *a*pert. rmfh. — perc. *es* fh. 4) tu*nc* b,Cmvafh. om. r. *tum* al. tunc γ. tu*m* vett. codd. Hor. fere omnes. totum schol. om. Aγ. *Voluor* — *color* om. 5) *diu* uoluor (*diu*oluor?) R. in diuer*so* R. mutatu*s* 2. uariis *agitur* cog. et . . C. *cor* in diu. mut. b. Bφ ad u. 4: inflatur iecur. *cor* prae ira. iecur *pro corde* Porph. v. 6: sede manent] nam fluctua*nt* γb. 6) totum schol. om. γb. est in AR,Crmvafh. *nim. prod.* om. 2. *furtim*] subito γb. 8) totum schol. om. Aγb2, loc. Verg. om. r. *arguens* probans Bφb. ostendens 2. 10) gl. *interius* om. 1R2G, rm. penitus *autem* interius γb, uterque ad u. *macerer* — *interea.* intus, interne C. intrinsecus Bφ. 11) gl. om. Aγb2. — pro quantum oculte uenientibus (occ. *saeui*entibu*s* Porph.) b. occulte serpentibus Bφ. *lent.* — *ignibus*] tenacibus b2. 13) *uror*] tristor. gl. in γb. tristor, asp. cruc. C. *a*sp. libri. — per om. γ. aut libidi*ne* a. cer*ti* am. fh. certe om. r. co*mplexe* (del.) inpre*x*ero (inpressero?) 2. 15) *Ordo* — *dente* om. Aγb. seu tibi immod. Cmvafh. seu tibi cand. R2, r. 17) schol. om. γR12, rmva. — gl. om. γR12, r. 18) gl. ad *mero* (γb, fh) om. A, rmva. per ebrietatem C. 21) om. A. *feruens*] furens. Scil. impat. am. γ. *scil.* om. C. imp. am. scil. mvafh. 20) qu*am* AγbR2, C. gl, *vulnus* γ, quod 1, rmvafh. — se*rua*tur 2. *scruta*retur r. 22) Ordo hic est: Non speres. Si me audi*as* amatoribus esse perpetuam A. Ordo si me satis audi*es* non speres perpetuum laedentem barbare dulcia oscula. r. Utrumque hoc schol. habent, inverso tamen ordine, γ, mvafh: Ordo est — oscula. *Aliter* (*aliter* om. γ) ordo hic est. Non — perpetuam. b. Ordo est (om. *hic*) Non speres si me audi*es* (audi*as* in Hor.) am. perp. esse dulcedinem. Scholion editionum

*perpetuum laedentem barbare dulcia oscula.* *Aliter* Ordo] Sensus hic est: Non speres, si me audies, amatoribus dulcedinem esse perpetuam.

14. *Speres perpetuum.* Illum qui dulcia laedit oscula.

[*Barbare.* Crudeliter.]

16. *Quinta parte sui Nectaris imbuit.* Luxuria sui amoris repleuit. Quinque partes Veneris, id est, libidinis esse dicuntur: uisus, adloquium, tactus, osculum, concubitus.]

17. *Felices ter et amplius.* Multoties, secundum illud *Verg.* (A. I, 94): *o terque quaterque beati.*

18. *Quos inrupta tenet copula.* *Copula* (proprie) dicitur cuiuslibet rei duplex numerus. Unde tractum est [ut] et *matrimonii copula* [diceretur].

18. 19. *Nec malis Diuolsus.* Ordo est: Nec amor diuolsus malis querimoniis soluet citius suprema die, id est, quorum amor ante diem mortis iurgiis et litibus non soluitur, debere felices uocari.

## PORPHYRION.

1. *Cum tu, Lydia, Telephi Ceruicem.* Ad Lydiam amiculam haec scribit, a qua riualem suum Telephum laudari moleste ferre (se) testatur.

4. *Iecur.* Pro corde, ἀφελῶς, id est, simpliciter. *Difficili bile.* Non (prae ira?) difficili bile concipio, sed dura et cruciabili, unde etiam difficiles homines dicuntur, qui duri et inexorabiles sunt.

Aliter — perpetuam] quod om. R1G et C, qui habet: Ordo est, si me satis audias, non speres perpetuum laedentem dulcia, oscula barbare, *hoc est,* non speres *scilicet* illum perpetuum qui dulcia oscula dedit crudeliter. bene se habet, nam aliud est ordo, aliud sensus. Sequens *hoc est* in C et ordinem codicis γ et morem codicis A scribas *Sensus* pro altero *ordo* atque retineas *audies,* quippe quod ex scholio in nonnullos Horatii codd. transiit. Verba *illum — oscula* ad seq. schol. pertinent. 31) glossa *crudeliter* Bφφfh. rell. om. *humor*] lacrimarum bBφ.

5) Totum schol. om. Aγb, quinque — concubitus om. 1RG,rmva. Nannius Misc. III, 7. Grut. Camp. 1265 exclamat: quis hoc credat esse Acronis! Audi nunc Blandin. codicem: "Quinta parte — est!" At haec non Acronis sed Porph. esse infra uidebis, Codd. atbuc edd. habent glossas: *quae*] s. oscula γb,r. *quinta parte*] luxuria γRC. *nectaris*] amoris γ. s. amoris b. — amoris R. amoris siue ardoris C. *imbuit*] *r*epleuit γbRφ,Cr. *im*pluit vafh in scholio. 8) multoti*ens* rmvafh. multocies γ. multocie*ns* b. om. A. 9) o om. AbB. 10) proprie om. γR12. *copia* nuptie. haec proprie est duarum rerum C. cuius*que* 2. 11) matrimo*nii* AγR. ma*trimo*bili b. rell. matrimoni*um*. Copula neutraliter et pluraliter tantum proferuntur de coniugio. — autem copulas feminino genere unum dicimus. Copula autem proprie dicitur cuiuslibet rei duplex numerus. Unde tractum est *hoc* ut *etiam* matrimonii copula diceretur Bφ. *Tractum* — ellenismi ut Plin. H. N. V. 24, hinc ne scribas *factum*. 12) diuolsus ut EBφ, et in Hor. — A γ, item auolsos Serm. I, 1, 58, utroque loco Bern. K. et Ambr. diu*u*lsus et au*u*lsos. 14) In scholio scribe *debere* cum AγR,r pro *debent* (mvafh). *deb. fel. uoc.* om. 2.

PORPH. Ode XIII. ad lidiam R. 17) Teleti M. — amic*u*lam MAR2, rell. amic*am* — om. MR2,cv t. *haec* MRG, rell. *hae*. telefum M. 19) ἁπλῶς h. 21. *numquam* diff. M2. — quam diff. G. rell. *non*. quam diff. difficile conc. MA2G. rell. difficil*em* conc. Vox *quam* — ex *quam lentis*, quorum uerborum expositio in ed. Rom. hoc scholion inuerso ordine sequitur. Eadem uox in subseq. scholio editores multum uexauit.

6. *Humor et in genas furtim labitur.* Decore dictum, quia *humor genarum*, hoc est, larimae conuincunt interiora pectoris mei amore flagrare: *lentis* autem *ignibus* diserte, quasi occulte saeuientibus. Quale illud est *Vergilianum* (A. IV, 67): *Et tacitum uiuit sub pectore uulnus.*

12. *Inpressit . . notam.* Grate: *memorem notam dente inpressit*, quoniam dolor morsus memorem facit eius qui momorderit.

13. *Non . . audias.* Ordo: *Non speres perpetuum, si me satis audias*, et subaudiendum extrinsecus *amatorem*.

15. 16. *Quae Venus . . imbuit.* Eleganter, quia in quinque partes amoris fructus esse partitus dicitur: uisu, adloquio, tactu, osculo, concubitu, unde et *Terentianum* illud est (Eun. IV, 2, 12): *Tamen extrema linea amare haud nihil est.*

7. *Felices ter et amplius.* Sensus: satis felices existimo eos, quorum inter se amor ita consentit, ut non ante ultimum uitae diem resoluatur. Attende elocutionem *citius suprema die*, quod significat: ante diem supremum.

18. *Quos inrupta tenet copula.* Ἀλληγορικῶς hoc dicitur. Significat autem eos, qui ita amoris uinculo inter se constricti sunt, ut numquam discerni possint.

# CARMEN I, 14.

## ACRON.

1. *O. nauis.* Scilicet per allegoriam ode ista bellum ciuile designat, ut *Quidam* uolunt, *Alii* rempublicam; certius tamen est, quod Sestum Pompeium, filium Pompei, moneat, qui, posteaquam foedus cum triumuiris fecit,

1) Scripsi cum MAR: decore dictum *quia* hum. gen. h. e. lacrim*ae* — flagrare. dec. d. *quam* h. g. h. e. lachrim*arum* (lacrim. G) — flagrare. 2G,r. decore *magis* dictum *quam* — lachr*ymarum.* fh. 3) disert*ae* M. — illud est M. est illud R2. *est* om. rvafh. 5) Grat*em* memorem nota*u* dent*em* pr*ae*ssit qu*em* dolor*i* mors*um* communem facit e. q. mom. M. dent*em* pressit (mafh) ortum ex dent*e* *in*pressit. *quoniam* (qm̄ ra) dolori mors*um* communem facit 2. quoniam dolori *mortem* communem *morsus* facit r. quoniam dolor*i* *memoriam* communem *morsus* facit v. quoniam dolor*is* *memoriam* com. mor. facit afh. 7) *Ordo* omn. libri, 8) *in*trinsecus 2. 10) fructus partitus *est* Bφ. fructus *diuiduntur* Pith. ad marg. ed. Med. 1479 in biblioth. Paris. *ad*loq. MA. eloquio fh. rell. alloq. concubit*o* M. Accusatiuos ui*sum* — concubi*tum* Pith. l. l. Haec lectio per simplicitatem ueri speciem prae se fert, sed ablatiui librorum praeferendi uidentur, quia non partes sunt, sed gradus potius, quibus oritur amor et progreditur quibusque amor*is* fructus efficiuntur. Ideo pro *esse part. dicitur* non legendum est *diuiditur.* Quae in Acrone leguntur *ueneris* s. *libidinis partes*, ex hoc Porph. loco in eius libros translatae a quopiam librario sunt cum nominatiuis. 11) illud *est* MR, rell. om. *est.* 12) *aut* nihil M2G, r. 14) consensit MR. 15) *At*ende elo*quut.* cit. su*b*pr. die — su*pp*remum M. 17) in*ter*rupta MR2G, rv. *ir*rupta afh. *hoc* om. vafh.

ACRON. Ad bellum ciuile A inscr. scholiorum, ad rem publicam tetracolos A inscr. odae. In nauim de sexto pompeio reparante bellum. tetracolos R. in nauim reparante de bruto bellum ciuile. ad rempublicam tetracolos l. in nauem de bruto r. b. c. ad rep. paranetice tetracolos b

bellum ciuile denuo reparare uoluit. Secundum autem ciuile bellum gestum est inter Augustum Caesarem et Cassium et Brutum, qui fuerunt Gai Caesaris interfectores, sub quibus Horatius militauit. Metaphoram autem sumpsit a naui, ex (sub?) cuius armamentis et milites et diuersas uoluit ad ministrationes intellegi.

2\. *Fluctus. Fluctus* bellum ciuile uocauit.

3\. *Portum.* Pacem, ut *Terentius* (Andr. III, 22, 480 Fl.): *In portu nauigo.*

3\. 4. *ut Nudum latus.* Scilicet est, nudatum fuga Cassii et [a] missione exercitus.

5\. *Et malus.* Arbor quae tenet uelum, et est masculini generis. *Celeri saucius Africo.* Graue bellum intellegi uoluit per [Africum] uentum tempestuosum, ut *Verg.* (A. I, 85): *Creberque procellis Africus. Malum* autem summitatem (sublimitatem) arboris dixit, ut *Verg.* (A. V, 829):

19) Scilicet A, rell. om. Per alleg. — rempublicam γ. in odem istam bell. ciu. *dicit* 2. *designat* γC. rell. *Significat.* ode ista bellum significat ciuile *in qua* quidam uolunt *quod moneat* remp. mvafh. odeu istam bellum ciuile *in qua* quidam uolunt alii remp. Ab (in quodam). uterque om. *designat* ut r qui pro *in qua* habet *intelligi.* in qua quidem R. Liberius C.: Haec ode nihil quam ἀλληγορικῶς per nauem designat Rempubl. Rom. quae Bruto duce bellum pro libertate reparat contra Augustum. Alii uolunt etc. 20) cer*tum* 1G,mva. *est* om. b. est *quia* 1. *ut* sext. b. fil. Pomp*ei* AγbR. fil. Pompe*ii* rmv. Pomp*ei* fil. fh.

2) aug. cass. (om. caes.) 2. aug. *et* ces. b. aug. cass. et (*caesarem* expunct.) brut. R. — brutum *erat* qui γ. br. *fuit* qui mvafh. *fuit* om. Ab. ga*i* Aγ. ga*ii* b. C (= Caii) R,mvafh. milita*uit* omn. libri, nullus milita*uerat.* 4) metaf. γb. ex *quibus* 2. et mil. diu. 2, et mil. om. b. admin. *reipublicae* C. Nauis metaphoricos accipitur, *per* cuius *ornamenta* et mil. C. vide infra ad u. 6: *funibus.* 9) s. est γ. nudatus *ex* amiss. 1. nudatum ex amiss. G,mva. *nudum latus*] nudatum latus f. c. et *missione* exerc. R. *nudum*] fuga cassii 2. *cassi* Aγ. Vocem sollemnem *missione* posui (Liu.) uulder *ab* illis. Ouid. Tr. I, 5, 7. 11) Ordo in libris est turbatus, in uett. codd. genus confusum. Verba enim *arbor — generis,* secundo Vergilii loco post u. *malos* adnexa sunt in fh, uoce *malus* ex lemmate interposita, sic: *Malus arbor est — generis.* Contra Quidam, post Vergilii locum primum *cr. proc. Africus* pergens: Malus *autem* arbor est . . *sed* arbor *fructifera* (cum C) . . poma *uero* . . et omittens uerba neque superflua neque suspecta *Malum autem* summitatem *arboris dixit,* quibuscum Vergilii exemplum (*attolli malos*) melius congruit, simplicem sententiarum ordinem peruertit, id quod ipse sentiens simpliciter profitetur: Locus profecto est non nihil turbatus. Post u. *malos* mva plane omittentes illa verba *Malus arbor est quae tenet uelum et est masc. generis* pergunt: *sed arbor feminini est, poma uero neutri.* Pro foem. siue fem. habet A: sed arbor generis masculini . . . sunt. γ: sed arb. *masc. gen. est.* Ecce confusionis originem! Recte R: sed arbor *fem.* gen. est, poma uero neutri. Idem, ut γ, verba *arbor quae ten. u. et est masc. generis,* omissa in AG, ad u. *malus* principio ergo scholii posita praebet. 12) Et malus cel. saucius Africo] *Malum saucium* graue bellum 1G,mva. *mal. sauc.* om. A,fh. γ: Et malus celeri *actus* africo] Saucius gr. bellum — africus. malum autem summitatem — malos. Sed arbor etc. — *actus* leg. etiam in Bγ a man. 2 cum glossa *uel saucius. confractus uel impulsus.* sublimitatem R,r. pom*um* uero fh, rell. pom*a.* r: Et malus . . . generis. *Saucius* afr. gr. bell. — africus. Malum autem sublimitatem . . . malos. Sed arbor gen. *masculini* est *pro ligno nauis.* pro fructu uero *neuter.* Ut aure*lia* mala. Ex *fructu* fecit C: arbor autem *fructifera* est fem. generis. Liberiore suo more C: *per malum saucium* gr. bel. intelligitur, *propter* Africum uent. temp. ut c. p. Africus. *malum* autem *arborem in naui* dixit, cui *in summitate uelum annectitur,* et est masculinum, ut iubet . . . malos. poma uero *ipsius* neutri, ut . . . misi.

*Iubet ocius omnes Attolli malos.* Sed arbor (ipsa?) feminini generis est, poma uero neutri, ut *Verg.* (B. III, 71): *Aurea mala decem misi.*

6. *Gemant.* Fragore scissionis. *Verg.* (A. VI, 413): *Gemuit sub pondere cumba subtilis.*

*Ac sine funibus.* Aut sine ministratoribus intellegendum aut sine expensis et pecunia.

8. 9. *Imperiosius Aequor.* Id est, uiolentum et cuius nimietati (uehementiae?) obsisti non possit.

9. *Non tibi sunt integra lintea.* Id est, integer cursus sine exercitu uel auxiliis. *Lintea* uero *uela,* dixit, ut *Verg.* (A. III, 686): *Ni teneant cursus certum est dare lintea retro.*

10. *Non di.* In hoc deos uult iratos intellegi, quod denuo de bello ciuili cogitetur.

*Iterum pressa uoces malo.* Sicut sub Gaio Caesare obpressa malis rogauerat.

11. *Quamuis Pontica pinus.* Ac si diceret: magnae originis et nobilitatis, sed per metaphoram aut rempublicam adloquitur aut Cassium uel Pompeium, cuius pater de Mithridate Pontico triumphauit.

14. *Nil pictis timidus nauita.* Dicit stemmata et diuitias (σχήματα diuinitatis?) necessitati ultimae non prodesse.

15. *Tu nisi uentis Debes ludibrium caue.* Id est, ne uictus turpitudini ludibrioque subiaceas. Ordo est: Tu nisi caue *debes ludibrium uentis,* id est, eris exercitium uentorum. *Caue* pro caueas.

3) Totum schol. om. A, loc. Verg. om. γ1RG,mva. fragor*es caesaris sicut iouis* r. fragore *et uentorum impetu,* ut, g. s. p. c. *futilis.* C. 5) ministra*to*ribus γ. administra*to*ribus A. rell. administra*tio*nibus. 6) *ex*pensis Aγ2,r. *spen*sis R. *im*pensis mvafh. *expensis et* om. C. *aut* pec. r. *funibus* principibus b. *carinae* exercitus b. 7) uiolen*tius* 2,*r*. seuius uiolencius b. translate pro saeuius et *uiolentius* et cuius *uehementiae* obsisti non possit C. *potest* 2, Pro *nimietati*, quae lectio est omn. librorum, ex C petiui *uehementiae*, propter sensum ac lit. similitudinem. 9) Totum schol. om. γ. *id est* om. rC. *uel inter* cursus R. 12) In hoc *enim* mvafh. *Non dii*] *quos* iratos uult intelligi C. s. sunt b. quod Aγ. *propterea* quod C. rell. *quia. denuo* om. 2. *pressa*] oppressa γb,C. *uoces*] *in*uoces γbC. Sicut *sub* gaio ces. γ. sicut *ib* gaio ces. A. Sub*audi* sicut. C. caesare oppr. r. Sicut *a* C. (gaio G.) Caesare G,mvafh, Sicut *sub* C. I. Caesare oppressa malis *Deos orauit* C. Subaudi *sunt* C. Caes. R. 14) roga*u*erat A. ro*gat* γ,r. rell. roga*uit*. *malo* i. aduersitate 2. 15) *Quamuis* s. ab inferioribus *iactes* γ. Qaa*n*uis] s. sis ab inferiori iactes b. *nomen inutile*] te esse b. s. iactes te esse γ. *et* Pomp. mvafh. mi*t*rid. pont. trium*phat* γ. 18) *tu*midus γ ut cod. Leid. (Scalig.). i. *sce*mata Aγ. Si ad lemma *Nil pictis* etc. haec expositio pertinet, scribendum arbitror σχήματα s. *schemata*, non στέμματα s. *stemmata*, utpote quae sunt coronae uel proauorum imagines. tunc enim *figurae deorum* intellegendae sunt sub pictis puppibus, non '*imagines* quae comitarentur gentilicia funera . . *Stemmata* uero lineis discurrebant ad *imagines pictas.*' Plin. H. N. XXXV, 2. *Dicit stemmata* uulg. lectio est *recc.* codd. et omnium fere editionum. Quae non potest defendi, nisi antec. uersus 11. 12. 13. toto hoc scholio explicari statueris. Schol. om. r. C: ἀλληγορικῶς ait nihil prodesse in bello *stemmata* et nobilitatis ornamenta. conf. Porph. 20) *Caue* pro caueas γb. in rell. haec gl. est in mixta Ordini, quem et h. l. om. A. 22) *experimentum* uentorum γ.

17. *Nuper sollicitum quae mihi taedium.* Se posuit pro naui. *Quae.* Nauis siue respublica, quae sollicitudinem ex suis malis induxerit, ne iterum sicut sub Caesare trepidaret.

19. *Interfusa nitentis.* Absolute locutus est, ac si diceret: uites aequora (fusa) inter nitentes Cycladas, id est, longe apparentes, ut inter iniqua loca et tempestuosa uada, te custodias et sis alienus a belli consiliis. *Vergilius* (A. III, 127) de iisdem insulis: *Sparsasque per aequor Cycladas.*

## PORPHYRION.

1. 2. *O nauis . . noui fluctus.* In hac ode ad M. Brutum loquitur, qui apud Philippos, Macedoniae urbem, ab Augusto fusus, uidebatur rursus instruere se ad pugnam. Merito autem poeta per allegoriam metuere se pro eo testatur, quoniam sub ipso militauerat, qui tamen (ex) proelio Philippico fatigatus, receptus ab Augusto ueniam ab eo meruit.

3. 4. *Nonne . . remigio latus.* Manifestea llegoria est, per quam significat ex parte iam debilitatum exercitum Bruti et uires partium eius minutas esse.

7. 8. *Vix durare carinae possint imperiosius Aequor? Durare aequor* mira figura dicitur pro *sustinere uim aequoris. Imperiosius* autem translatiue pro *saeuius.*

10. *Quos iterum pressa uoces malo.* Non *iterum pressa* sed *iterum uoces pressa*, ἀμφιβόλως.

11. *Quamuis Pontica pinus.* Haec ad nobilitatem Bruti referuntur. (ἀλληγορικῶς — nobilitatis? uide u. 14).

12. *Siluae filia nobilis.* An *siluae nobilis* an *tu* nobilis, ἀμφιβολία per casus.

14. *Nil pictis tim. nau. puppibus.* Ἀλληγορικῶς ait, nihil prodesse in bello ornamenta (stemmata?) nobilitatis.

1) *Quae*] Nauis siue resp. Aγ (r. p.). Se pos. pro naui sine republ. mvafh. 2) ind*i*xerit A. ind*u*xer*at* γR.r. rell. induxer*it*. *mihi*] s. erant γ. s. er*at* b. 4) *est* om. R. *fusa* mvafh, rell. om. uad*as* et sis 2. Schol. om. b, loc. Verg. om. 2. *nitentes*] longe *a*parent*is* b gl. cyclad*es*, in lemm., cycl*a*d*as* (man. 1 mut. *e* in *a*) γ. cicl*a*d*as* et cycl.A. 7) *e*isdem γ,r. iisdem AR, Cmvafh. *Nunc*] s. sunt γ.

PORPH. Ad M. Brutum R. *In* hac MR2,rv, rell. om. *in*. 11) ab Augusto omn. libri. 12) *se* om. MBγb2,r. 14) *fatig*atus MRG, rell. *fug*atus. 15) manifest*ae* allegoriae rvafh (G?). At qui cum una tantum allegoria sit, scribendum ad literas codicum duco: manifest*e* (non manifest*a*. cont. u. 17) allegori*a est*. manifest*e aut* allegori*ae* M. manifest*e* allegori*e* R, manifest*e* allegori*e* 2. Ex plurali supposito, adsumpta lit. s ex subseq. u. *significat* ortum est *per quas* MAR2G. posui *quam*. 16) *minutas* MR,r. minu*t*atas 2G. rell. *im*minutas. 21) amfibolos M. ἀμφιβολογία (non ἀμφιβολία) fh. cont. ad I, 6 supra. 22) Haec ad nob. *et originem* referuntur, *aut reipublicae aut* Bruti C. ad nob. bruti *pertinet*. Bγb. 24) ἀμφιβολογία afh (non ἀμφιβολία). *per casus* om C. 26) Quaeritur utrum hoc schol. pertineat ad u. 14 an praeced. u. 11. 12. 13. adnectendum sit; etenim *pictae puppes* ornamenta quidem (nauis), non ornamenta nobilitatis sunt, atque de nobilitate modo dixerat. Sensus: quamvis iactes nobile genus, inutile est: non

17. *Nuper sollic. q. m. taedium.* Ecce hic manifeste ostendit se poeta partium Bruti fuisse, quarum affectione sese teneri ostendit propter ipsius Bruti miserationem.

19. *Inter fusa nitentis Vites aequora Cycladas.* Hic sensus per se accipiendus et subaudiendum hic *suadeo*, ut sit: *Suadeo uites aequora inter Cycladas nitentes fusa.* Sed hoc per allegoriam intellegendum. [Maria tamen angustiora periculosiora sunt: nam inde et *freta* dicuntur, quod semper ferueant (fremant?) id est, inquieta sint.] Per hoc ergo suadet Bruto, ne se artioribus periculis committat.

# CARMEN I, 15.

## ACRON.

Sub persona Paridis exponit imminentia Ilio [mala].

2. *perfidus.* Quia in fidem amici receptus hospitalitatem uiolando facinus commiserit.

3. *ingrato otio.* Aut uentis aut Paridi. *obruit.* Mitigauit, compressit.

4. *caneret.* Diuinaret, praediceret, ut (*Verg.* Aen. VI, 76): *Ipsa canas oro.*

pictis (deorum) imaginibus, non schemati diuinitatis alicuius, diis ipsis nauta in naufragio fidit. Hinc uocem *nobilitatis* interpolatam suspicor pro *nauis*, aut uerba *ornamenta nobilitatis* glossae loco adscripta alicui uoci graecae, siue στέμματα siue σχήματα, atque serius translata et Porphyrionis scholio inserta. Conferas C: — *in bello stemmata* et (i. e.?) *nobilitatis ornamenta*, et schol. utique uersui 11 adiungendum tibi uidebitur. *ἀλληγ.* om. R. *ἀλλ.* rv.

5) Subaudiend*us* rvafh. Ut sit: Suadeo om. rvafh. Verba *Maria — inquieta sint* in omnibus libris h. l. posita ad carminis subseq. initium (*per freta*) spectare manifestum est. Item patet *fremant* pro *ferueant* esse legendum contra omnium quos noui librorum auctoritatem atque Etymol. Vossii; nam maria, undae, uenti, ripae *fremunt* potius quam *feruent*. *Aestu* quidem *feruet* pelagus Stat. Silu. IV, 5, 16, *littora flammis* Verg. A. IV, 565 *feruetque fretis spirantibus* i. aestuantibus *aequor* Verg. G. I, 327, neque ignota sunt *freta aestusque marini* apud Ciceronem et ipsius Horatii nostri *freta aestuosa.*

ACRON. Ypothetice tetraeolos ad paridem alexandrum. sub cuius persona exponit imminentia ilio γ et Pith. ad Med. 1474. ipoth. tetrac. sub persona *paridis* exp. imm. i*ll*io b. ad alexandrum paridem A. inscr. od. et scholl. Sub pers. par. exp. imm. ilio hipotetice tetracolos. ode XV R. Sub p. p. e. i. i. *pro*potetice tetrac. 1. Argumento carent Ar. 10) *Paridis* omn. libri praeter C, qui hab. *Nerei. mala* fh. 11) schol. om. Ab. Quia in fid. am. hospit. uiol. commise*rit* γG, mva. commise*rat* 1r (amici *et* hosp.) fh et C (hospitalite uiolata). Verba *receptus* et *facinus* ex R petiui. Expectamus enim absolute dictum *committere contra fidem*, ut *contra legem*. Cic. Orat. 12, siue *committere in hospitalitatem*, ut *in legem*. Cic. Verr. I, 43 et Pandect. XLIIX, 10, 10, siue *in fidem et hospitalitatem* (om. *uiolando*). Liberius 2: quia (om. *in fidem*) hospitalitatem amici uiolando *infidelitatem* commis*it*. 13) uen*ti* γR. uent*os* r. rell. uent*is*. gloss. ad *obruit* om. γ. *op*pressit 2. impediuit uel coercuit Bφ. 14) Totum schol. om. A. *praediceret* om. 1G, mva. *diuinaret* om. γR2, r. *ut praedicaret* γ (rell. om.); diuinaret ut — oro mva. diuin. praedic. fh.

5. *aui.* *Aui* pro aue posuit, id est, malo auspicio; ergo non *mala* [fata] *ducis* sed *mala aui* intellegendum est.

6. *quam.* Helenam. — *repetet.* Requiret. *multo milite.* Multo exercitu.

7. *coniurata tuas.* Inter *coniurare* et *conspirare* hoc interest, quod conspirare interdum bonorum est, malorum coniurare. Apud Aulidem enim promuntorium ab omnibus Graecis ad excidium Troiae euntibus iuratum est, quod unanimiter dimicarent, ut est (*Verg.* Aen. IV, 425: *Non ego cum Danais Troianum excindere gentem Aulide iuraui.*

*rumpere nuptias.* Hoc ideo dicitur uel propter amantis Paradis animum, cui praedicebat, ut doleret, si legitimam uxorem perderet, uel ex Veneris promisso, quae pro percepto malo eius iudicio nuptias mulieris pulchrae promiserat.

9. *heu heu quantus equis.* Significatio cladem futuram dolentis, ut (*Verg.* Aen. VIII, 537): *Heu quantae miseris caedes Laurentibus instant!*

10. *Sudor.* Bellicus labor. *moues.* Commoues.

11. *Iam galeam Pallas.* Bene primum Mineruam irascentem posuit adulterio utpote deam castitatis, aut certe quia in iudicio superata est, corrupto Paride [munere] Veneris ipsius promisso. *Aegida* autem scutum Mineruae dixit. *Vergilius* in Troiae euersione ut eam monstraret inimicam, ait (*Aen.* II, 615): [Iam summas arces] *Tritonia, respice, Pallas Insedit, nimbo effulgens et Gorgone saeua.*

2) *fata* om. Aγb2,r. 3) *quam* helenam A,fh. s. helenam γBφ. *quod* helene*n* r. rell. om. gl. *Requiret* om. Aγ1G,mva. — *multo exerc.* om. Aγ. *multo* om. R. *magno* exerc. C. 5) *mal. coniur.* Aγb,r. rell. coni. mal. C: - - interest quod *conspirare* numquam (legas: *nonumquam*) sit in perniciem alicuius, *coniurare* autem semper. φ: — interest *quia* consp. *interdum* ad bonos pertinet. coniurare uero *semper* ad malos. 7) *enim* Aγb,rC. rell. om. Promu*n*ctorium Aγb. prom*un*torium G. rell. prom*on*torium. legitur etiam promu*n*ct*u*rium in Par. A et pro*mu*nt*u*rium in M ad III, 4, 28, ubi γb promunctorium habent. 8) dimicarent, *donec Helenam nacti essent* ut est C. ab *hominibus* graecis rmv. est *quod* Ab,RG,Crmva, est *ut* γfh. ut Non, om. *est.* AγbR,r. *ut est Non* GCmvafh. ut uig. b. 9) exc*i*dere 1C. esc*in*dere b. ex*inde* regentem γ. rell. exc*in*dere. 10) *ideo* om. fh. (G?). 11) *uxorem* om. AbR1,rmva. legitim. ux. γfh (G?). *perdiderit* γ. 12) *malo* om. A. *prope recepto* γ. pp (propter) rep*er*to malo eius iudit*iam* b. pro *precepto* R,v. pro perc. eius *iud. malo* fh. quae perc*ae*pto e. i. malo pul. mul. nupt. *illi* prom. φ. C nihil ad *nuptias* nisi haecce: *cum Helena illicitas.* Verba *eius iudicio* suspecta aut superflua uidentur. 14) *Eheu* A (ante schol.) γBφR, ut EOP, Graeu., al. *heu heu* A (in Hor.) ut uet. Bern. K, rmvafh. al. *eu*heu, *et* heu. — futuram dol. AγR,r. *a*ffuturam dol. mva. affuturam. *Heu dol.* fh. dolen*ti* A, rell. dolen*tis*. Schol. om. b. *Eheu* dolentis ut — instant C. Cum sensus sit: significatio dolentis cladem futuram, punctum post *futuram* ineptum est. 16) commones Ab,Cfh. *pro* comm. γR,r. om. 1G,mva. 18) adulter*io* AγR1G,rmv, adult*ero* Cafh. Schol. om. b. promiss*um* A. muner*e* ipsius promisso R, mune*ris* ipsius *ueneris* (om. *promisso*) Aegida r. rell. et codd. et edd, *muneris* ipsius promisso. Edidi: *Veneris* ipsius promisso, quae lectio praestat huic: *munere ipsius Veneris* promisso. 19) aegi*dam* A. euersion*em* A,r. *ait iam summas arces,* om. γR,r. 22) *n*imbo libri, non *l*imbo. conf. Ribbeck.

12. *currusque et rabiem parat.* Pro belli furore posuit rabiem.

13. *nequiquam.* [Frustra; ordo est: nequiquam pectes caesariem] Vel amoris aut Veneris praesidio ferox es: unde in exprobrationem Veneris dictum est (*Verg. Aen.* X, 92): *Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter? Aut ego tela dedi fouique cupidine bella?*

15. *grataque feminis Inbelli cithara.* Quae nihil bellicum sonet nec aliquid prosit in bello, sed per amatorias cantilenas uoluptatem feminis praestet.

*diuides. Subaudi ne quiquam* a superioribus.

16. *Thalamo graues hastas.* Graues propter disiunctionem copulae; *Vergilius* (Aen. VII, 322): *Funestaeque iterum recidiua in Pergama taedae.*

17. *et calami spicula Gnosii.* Cretensis; de canna enim sagittae fieri consueuerunt, ut (Aen. VII, 499): *perque ilia uenit harundo.*

18. *celerem sequi Aiacem,* Ad sequendum [celerem]. Aiacis uirtuti etiam celeritatem dedit, ueluti quem sequentem fugientium nullus euaderet.

19. *heu, serus.* *Serus* aut [ad] eorum dolorem dixit, qui eius causa perierunt, aut certe eius, qui quantum ad inertiam suam tarde perierit.

20. *cultus puluere collines.* Hoc est: procuratam capillorum pulchritudinem puluere inquinabis, ut (Aen. XII, 99): *foedare in puluere crines*

21. *non Laertiaden.* Singulos uelut exitiales minatur duces, Vlixen et

1) belli fur. A,rv. rell. fur. belli. Schol. om. γb. glossae: bell*a* furorem et (sic) b. belli furorem et amentiae φ. pro fu. be. *ponit* ratiem C. 2) Schol. dedi ex A. *Nequi*quam γ. *nequic*quam A. nequ*i*q. et nequicq. b. al. nequicq. et nec quicq. nequ*i*quam] id est nequiquam pec*tis* ces. uel am. *aut* ueneris praesidio ferο*ces*. unde etc. γ. pectes] Id est. Nequ*a*quam p. ces. uel am. *aut* praesid uen. ferox *es*. unde b, *Nec quiquam*] i. *ne* quicquam p. ces. uel am. *aut* uen. pr. ferox (om. *es*) unde r. glossam *frustra* hab. b,mvafh. C: frustra. ordo *autem* est: nequicq. p. c. praesidio ferox uel am. *uel* ueneris. spart*h*am γb. 6) *in*belli ARφ etc. *id est quod* R. i. qu*i* r. rell. *quae*. 7) bell. *fo*uet mv. schol. om. γ. 9) schol. om. Aγ,r. Subaudi n. a. sup. R. s. nequi quam Bφ. nequicq. a. sup. mva, a sup. fh. *Nequiquam*] hoc loco pro *non* accipitur γ. 10) Grau. pr. disc. cop. om. A. loc. Verg. om. 1, mva. propter incestas nuptias C. 12) *G*nos. non *C*nos. codd. Hor. et Acr. — *enim* om. b. namque C. 14) ad seq. *celerem* RG, rell. om. *celerem*. ad seq. *uelocem* C. uelut γbG,mrva. om. A, rell. uelu*ti*. 15) fugient*um* A. fugient*em* b1Gv. quem *sequentem* fugi*ens* null. R. rell. om. *sequentem*. 16) *serus* aut eorum dolo*re*, om. *ad* A. dolo*re* eorum, om. *aut*, b. *serus*] *serus* aut *eius* dolo*re* γ. aut *ad* eorum dolore*m* mvafh et 1 (colorem). aut eorum *laborem* r. 17) perie*rit* Aγ,ma. rell. perie*runt*. Inte*r*posui *eius* et pro uulg. lectione qu*ia* scripsi *qui*. 18) *Cultus* Acronis lectio est. γbBφ. glossa in Bφ: ornamenta. Vetusta var. lectio *crines* γφ, cultus *uel crines* ex *capillorum pulchr.* atque ex locis Vergilii et Homeri orta uidetur. c̄lines A. = co*n*lines, rell. co*ll*. 19) u*t et* fedare Aγb, ut gl. in Bφb. ut — *crines* om. RG,r. *cades* et cap. (om. *proc.*) C. 20) *singulos* omn. libri. *multos* nuper incule. ex C: *multos* minatur exitiales duces *ei futuros*, Ulyssem etc. ulix*en* Aγ, ulix*em* bR,r. rell. uly*ss*em. nestorem *pylii filium* A1. nest. filium pylii γ. glossa: *pyli*um] filium *pilei* γ. fil. pylei r. fil. pilii b1G, rell. *Nelei* filium. Simplic. ratio esset: *et Nestorem*. 22. *Pylium*] *Nelei filium.* nam Nestor ipse nostro loco et alibi ut Ouid. Am. III, 7, 41 *Pylius* vocatus est.

Nestorem [Pylii], Nelei filium. [Vlixes enim Astyanacta praecipitem muro dedit.]

23. *te Salaminius Teucer.* De Salamina [Cypri] ciuitate, Telamonis filius, frater Aiacis.

24. *Sthenelus.* Filius Capanei. Bene (Nereum) uaticinantem ut praesentia uidere [scire] facit futura. *Lucanus* (I, 685): *Hunc ego flaminea deformis truncus harena. Qui iacet agnosco.*

*sciens pugnae.* Doctus ad pugnandum.

25. *Siue opus est imperitare equis.* Est etiam insignis domitor equorum.

26. *Non auriga puer.* Auriga Diomedis fuit, qui corpus Patrocli cum Aiace et Antilocho liberauit.

27. *ecce furit te reperire atrox Tydides.* Et hoc [etiam] inertiae Paridis adsignans (ait?) tantam moram esse, quae eum faceret inueniri. Sine certamine eum uelut in bello [imbellem] esse periturum dicit, unde [et] eum ceruo ad timoris similitudinem comparauit.

28. *melior patre.* Vel fortior, quia et numina uulnerauit, uel fortunatior. quia hic ad patriam uictor reuersus est, quod patri eius non contigerat.

29. *quem tu ceruus uti.* Ordo est: quem tu mollis fugies sublimi anhelitu, ut ceruus immemor graminis uisum lupum in altera parte uallis [fugit].

31. *sublimi fugies m. anh.* Aut ὑπαλλαγὴ figura est pro sublimi parte

1) Vlixes — dedit om. γ. *Autem* C, rell. *enim.* 3) Salamin*e* 1C, rell. Salamin*a.* Cypri fh, rell. om. 5) fil. cap*erei* Aγb (caper*et*), rell. fil. cap*anei.* Καπανεὺς, non Καφηρεὺς pater Stheleni fuit. A: sciens futuri bene uatici*natur ut* praesentia uidere facit futura. Luc. — agnosco. mvafh: bene uatici*natur et* praesentia uidere *scire* facit futura Luc. — agnosco. Suspecta modo apparet glossa *scire* adscripta uerbo *uidere.* itaque locus facile sic erat emendatus: Bene uaticinatur (Nereus) *et ut* praesentia uidere facit futura. *ut* praes. AγbR12,r, om. *scire.* facit uider*i* R, uidere facit 1G. bene uaticin*antem* ut praesentia *uidere facit* futura γb,r. Nereu*m* bene uaticin*antem facit* Horatius, nam futura ponit quasi praesentia C. 7) *harena* AγR,r. qui iac*it* γr. 8) schol. om. A. ad pu*gnam* 2. peritus praelii bBφ. 9) schol. om. Aγb. hic *domitor.* supra (I, 12, 25) *amator* equorum. *ut* est *insignis* r. rell. *est etiam* ins. 10) Aur. diom. fuit AγbR. Diom. fuit aur. mafh. auriga om. r. Diomedis comes C. 12) et hoc *etiam* R1,mvafh. *etiam* om. Aγ. totum schol. om. b. *de*signat γ. *as*signat 1 (G?) mvafh, assig*nans* r. *adsignans* A. tant. mor. esse AγR,r. 13) *quae* γ. qu*anta* AR,mvafh. quan*tam* 1r. 14) *in* bello γR,vmr. *dicit* om. A,r. esse *eum* periturum R. uelut *imbellem* 1,afh. 15) *et* eum Aγ1,rmvafh. et *eum* v (G?). *et* om. R. compar*auit* Aφ. rell. compar*at.* φ man. 2: *furit reperire*) Furit re*pp*erire te. hoc inertiae paridis *poeta adsignat. dicens* illum (inbellem. i. e.?) sine ullo certamine. Unde ad similitudinem timoris ceruo eum comp*arauit.* et est ordo. quem tu mollis fugies sublimi anhelitu ut ceruus immemor graminis fugit lupum uisum in altera parte uallis. Comparatio pulchra. Nam diomedem ceruo. paridem uero lupo compar*at.* 16) *Vel* fort. A. rell. om. *uel.* uel *fortunatior* γ. rell. *uel quia. et* num. AγbB. rell. om. *et.* *uiolauit* b, quo uerbo poetae pro *uuln.* utuntur (Ouid. Met. III. 712). *uictor* om. b,r. 19) *Ordo* — *fugit* om. A. 20) *fugit* lupum uisum φ. *fugit* om. γb.rC. rell. uis. lup. — fugit. 21) *aut* om. 1G,mva. *Aut* ypallage fig. est A. *aut* hipalage est fig. R. *aut* hypalage fig. (om. *est*) r. *aut* ypallage (om. *fig. est*) γ. rell. *uel.* schol. om. b. per ὑπαλλ. C ad|Porph. ex quo prior scholii pars prof. est.

corporis, id est, ore edito, uel quia ipsa anhelitus natura summa petat potius quam ima. *Mollis.* inbellis.

32. *non hoc pollicitus.* Vt fugeres scilicet. *Tuae.* scilicet adulterae. [quam diligis, ut (*Verg.* B. V, 51): *Daphnimque tuum tollemus ad astra.*]

33. *iracunda diem proferet Ilio.* Quae non tempus uelut propitia aut amica porriget sed in paucos dies differet uindictam. Ordo est: iracunda classis Achillei proferet diem Ilio et matronis Phrygum.

34. *Achillei.* Veteres declinationes ista habent: Achillei et Vlixei.

35. *hiemes* Συνεκδοχικῶς pro annis posuit, ut (*Verg.* A. I, 266): *Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.* Nam et aestates similiter posuit, [ut (A. I, 756): *nam te iam septima portat Omnibus errantem terris et fluctibus aestas*].

## PORPHYRION.

1. *Pastor cum traheret per freta.* Hac ode Bacchylidem imitatur; nam ut ille Cassandrem facit uaticinari futura belli Troiani, ita hic Proteum.

3. *ingrato celeris obruit otio uentos.* Ingratum esse otium uentis ait quia feroces sunt et semper saeuire cupiunt.

5. 6. *mala ducis aui domum q. m. repetet Gr. mil.* Malo auspicio ducis, ad quam repetendam omnis Graecia armabitur.

13. *nequiquam Veneris pr. fer. p. caes. grataq. inbelli cithara c. diuides.* [Cuius] sensus hic est: nec pulchritudo tibi nec scientia cithara canendi bello proderunt, hac enim deliciae mulieribus magis aptae sunt. *Diuides* pro dispones.

1) ipsa *hanelitus nabulosum* summa A. Ipsa *anhelitus uenabuli* summa γ,r (anheli*tus*). ipse anh. *uenabuli* summa R. ipse hanelitus *nebulo* summa G. ipse anh. (hanael. mv) summa mvafh, om. *nebulo.* Ex *uenabuli*, nabulosū et *nebulo* euadit lectio: *uelut* nebul*a*. Scribi potest *ipsa* anh. *natura* aut: *ipse anh. natura sua. potius* om. 1G. 2) *in*bellis A. *im*bellis b. gl. om. rell. eneruis Bφ. conf. Porph. 3) s. adulterae γ. 4) *Quam diligis — astra* R1,mvafh. om. Aγbr. 5) Vulg. lectio: Non temp. — *proferet* (*proteget* mva). *Iracunda*] pro que non temp. — *proteget* — differ*at* uindictam A. que n. t. — *porrigit* — differ*et* uind. γ. *proteget* AR1G,rmva. non *in* temp. R. priorem scholii partem om. bC. Duas scholii partes inuertit r: Ordo — matronis phrygum. Qu*as* non *thetis* u. p. a. a. *Proteget. proferet* (sic) sed in paucos dies i. differet vindictam 8) uli*x*ei AγbR1G. *ut* et A. 9) totum schol. om. γBφ. syneed. om. AγR,r. 10) Nam et aesta*tes* AγCr (tempestates). *nam* om. C. *sic* posuit C. aesta*tem* mvafh. *ut — aestas* om. Aγr. *ut* om. AγR1,Crmva. te *e*tiam C.

PORPH. Ode XVI sine inscr. R. 15) Bacch*il*. MRG,vafh. casandram M. 16) *f*ecit R. Protheum G,v. 17) otium *inquit* uentis *aut* fh. ot uent. *aut* rva. ot. uent. *ait.* MR2G. sunt *aut quia* semper rvafh. sunt *et* semper MR. fero *ces*sunt M, non: *s*ero ces*sa*nt. 20) arma*b*itur MRBφ,rva. armab*a*tur fh. 22) *Cuius* MR2G,r. om. vafh. Sensus autem est C. scienti*ae* cithar*ae* M. scientia cithara can. AR2. om. *cithara* rvafh. nec canendi scientia proder*it*, *namque* hac del. C. *in* bello Ba. haec M (G?) rell. h*ae*. del. enim vafh. enim del. MARB2. 23) proder*unt* MBAR2, rell. proder*it*. mulie*b*ribus M.

27. *ecce furit reperire.* Pro: furit ac per hoc decurrit, ut te repperiat.

29. *quem tu ceruus uti uallis in altera uisum parte lupum.* Ordo est: quem tu fugies uti ceruus lupum in altera parte uallis uisum.

*Mollis* autem inbellis atque eneruis.

31. *sublimi anhelitu.* Per ὑπαλλαγὴν dixit pro sublimi parte corporis edito, quod est (scilicet) ore.

32. *non hoc poll. tua.* Helenae scilicet.

34. *classis Achillei.* Achillei et Vlixei uiteres dixerunt ad similitudinem fortassis dici et faciei.

# CARMEN I, 16.

## ACRON.

*Hadriano.* Hanc oden Horatius in satisfactionem fecit amicae suae, quam iratus carmine laeserat, promittens abolenda, quae de ea scripserat, imitatus [est] Stesichorum poetam Siculum, qui uituperationem Helenae scribens caecatus est, at postea responso Apollinis laudem eius scripsit et oculorum adspectum recepit. Cuius rei et in Epodon libro poeta meminit (XVII, 42): *Infamis Helenae Castor offensus uice Fraterque magni Castoris uicti prece Adempta uati reddidere lumina.*

*o matre pulchra f. p.* Id est, comparatione formosa formosior. Comparatiuus enim et superlatiuus [pro] positiuo praeferuntur, ut *Verg.* (A. I, 72): *Quarum quae forma pulcherrima Deiopeiam*, et (B. V, 44): *Formosi pecoris custos, formosior ipse.*

2. [*Quem criminosis cumque.* Tmesis est pro *quemcumque.*]

1) *decurrit* M. rell. *disc.* re*pp*erire — re*pp*eriat M. *te* om. R. 4) *autem* om. fh. *in bellis* rv. rell. *imb.* *eneruis* MR2G, rell. *inermis.* 5) *hane*litu M. *ane*litu RG. rell. *anhe*l. 6) edit*a* G. rell. edit*o* et (v) *ae*dito. corporis *ae*dito quod est *ae*dit*a* ore r. quod est *scilicet* afh. rell. om. scilicet. edito i. ore Bϙ. 7) *Scilicet* om. vafh. helenae *soluet* r. ulixei MR. ul*y*xei G,rv. ul*yss*ei afh. dici fort. 2.

ACRON. Tindaride (non Tindarid*i* ut Vanderb.) satis facit A ante schol., Ad tindari*den* A ante odam. Tyndarid*i* satis facit 1,m. Tynd*ari* satisf. vafh. XVI ode. Palinodia cratidiae tindaridis R ante odam. Palinodia cratidiae (man. 2 mut. c in g) uel tyndaridis R ante scholia.

10) Horatius Aγ2G,mv. Oratius R1,r. om. bD,afh. Hanc o. *composuit* oratius B. fecit AγbR1G,r. *facit* 2,mvafh. *cum* iratus b. scripserat. Imit. libri. Imitatus *est* nuper incule. Q. 12) Stesichorum Cafh. ste*r*sicorum AγR, *ter*psicorum B,m. tersicorum 1. 13) *est postea* 2. ce*n*atus est *et* γ. *et* omn. C: qui quod uitup. *scripserat* Helenae, *ob*caecatus est, *sed* postea — scripsit et *risum* rec. lumina. 14) Scripsi *in Epodon libro.* contra morem Acronis est in *Epodo idem poeta* R1Cmvafh. in epod*o*nide po. A. in epodon *idem* po. γ2r. *etiam* in 1. *et* om. r. *eius* rei R. 15) uic*e* AγR,r. uic*em* Cmvafh. 17) pulc*h*ra in Hor., pulcra in schol. Aγ,r. 18) formos*a* AR2,r. formos*o* γ. formos*ae* mvafh. facit comparationem formosae ad formam meliorem C. 14) prae*fer*untur Aγ (pref.). rell. pr*o*f. AγR.r. om. *pro* ante *pos.* et: *pro ipse formosus.* 21) schol. om. Aγ,r. *th*mesis R, *t*mesis mv. rell. tmesis.

3. *Pones iambis.* Quibus uersibus eam laeserat; ipsi enim aptiores iniuriis sunt. *Siue.* Siue uis ponere modum.

3. 4. *Siue flamma Siue mari.* Hoc est, in satisfactione pro delendo carmine. Illud *Vergilianum* secutus est (A. II, 36): *Pelago Danaûm insidias suspectaque dona Praecipitare iubent subiectisque urere flammis.*

*Adriano.* pro Adriatico.

5. *Non Dindymene. — Non Liber aeque.* Amoris se fatetur furore peccasse, et probare uult, sic iram moderationem non recipere in animis hominum, quem ad modum alieno furore bacchantes. *Dindymenem* a monte matrem deûm dicit, ut *Verg.* (A. IX, 617): *Ite per alta Dindyma. Pythium* a Pythone [serpente] Apollinem appellauit. *Liber* [*aeque* i. etiam] Bacchus, qui simili sacerdotes uexit suas furore.

7. *Acuta aera.* Aut a tinnitu acuto (acuta), aut sonora, ut *Verg.* (G. III, 94): *Pelion hinnitu fugiens inpleuit acuto.*

8. *Corybantes.* Ministri matris deorum.

9. 10. *quas neque Noricus Deterret ensis.* (Emphasis est). In ipsis enim locis (l. Noricis) et probatum ferrum est et optimi gladii fiunt, et

1) schol. om. Ab,C. ipse enim [γ. rell. ipsi. *eam* om. γ. *uersibus* om. 2. Transponendas censui scholii partes. 2) glossam petii ex γb.C: *supple* uis p. m., in uindictam. 3) in satisfactionem rv. rell. in satisfactione, recte, non *in vindictam*, ut in argumento. 4) *crimine* mvafh, ex *criminosis* iambis ortum pro *carmine*AγbR,r. *dixit* illud secutus Virg. mvafh. secutus *est*, om. *dixit* Aγb,r. Pro *hoc* scripsi *hoc est* cum r. 5) Pelago Aγb,r. rell. *Aut.* pel. — *Suspe*ctisque γb. *Libet*] placet γb. 6) adriano pro hadriatico γ. adriatio, punctis sub tota gl. positis. C addit spec. pro genere (Porph.), — *flammis. Amoris se fat.* etc., inferius ponentis glossam: A monte m. d. dicit, Aγb.r (dixit). *Non Dind.*] A monte m. d. dicit Cmvafh. bachantes. Dindymenem — dicit bγ (om. *dicit*). dindymene] a — dicit ut uerg. (A. IX, 617): *ite per alta dindima.* phithiam a pithone apollinem A. dindimenem — dicit, ut uirg. ite p. a. d. pithium a pithone apolline b. dind. — dindima. *pithius* a pithone apollinem γ. — ite per alta dindyma dicit virgilius r. alieno furore γ2,Cr. rell. alieni furoris. iram *ob amorem* non recip. mod. C. glossa in γb: *dindimene*] mater deum (deorum b) a loco. in Bφ: *dindymene*] mater magna i. cybele. 11) *liberum* etiam qui *simili* (simul b) sacerdotes uexet (uexit γ) suos furore Aγb. *Liber aeque*] Liber etiam qui similiter sacerdotes suas uexat furore afh. qui similiter sac. uexat suo furore r. sac. uexat suos furorere R. *Pythius* Apollo a Pythone *serpente* a se interfecto. *Liber.* Bacchus qui similiter suos sacerdotes furere *facit.* C. *serpente* om. Aγb1G,rmva. a pithone *serpente apellauit* R. *Pythius* a Pythone *serpente* Apollo fh. 13) aut (om. praepos. *a*) tinnitu acuta aut sonora AG. *acuta*] acuta a (a. = aera?) tinnitu aut sonora γ. a tinnitu acuta (accuta 1) *aut* sonora 1.mv. a tin. acuta *autem* son. a. *aut* a tin. acuta aut son. fh. Qui schol. non intellexit, scripsit: a tinnitu acuta [aut] sonora. r: id est tinnitu acuto (ex Verg.) aut sonora. b: acuta aut sonora. 14) hinnitu A,ma. *in* nitu γ. *huma*nitu v. totum schol. om. b. locum Verg. om. r. tinnitu Cfh. C: *acuta.* sonora, a tinnitu metaph. Virg. pelion tinnitu etc. 15) schol. om. AR,r. *chorib.* γBφ. *chorib.*] cytharedi (cita redi φ) matris dm̄ = deorum (non *domini* G?). V. 9. *Tristes* s. quatiunt mentem hominum γ. s. q. mentes hominis b. Rell. om. hoc scholion. 16) *Emphasis est* om. Aγ,rC. enfas. 1. 17) lo*ois* omn. libri. Scribendum *Noricis* aut *Norici locis.* conf. Porph. Plin. II. N, XXI, 7: *Pannonia hunc gignit et Norici Alpiumque aprica.* Aγ,r: laudauit. *ut* et norica s. q. c. optimi *enses* fiunt R. opt. glad. *sunt* r. conf. Acr. ad I, 1, 13; 15, 17. *ut* om. Cmvafh.

ideo ex prouincia ferrum laudauit (Est autem Noricum pars Illyrici), ut *Verg.* (G. III, 474): *Et Norica si quis Castella.*

10. *nec mare naufragum.* Naufragia faciens, quasi nau/fragum. *Verg.* (A. III, 553): *Et naufragum Scylaceum.*

11. 12. *tremendo Juppiter ipse ruens tumultu.* Terrorem tonitrui dixit, unde *Verg.* (I, 330): *Et mortalia corda Pergentes humilis strauit pauor. (ille flagranti Aut Athon aut Rhodopen aut alta Ceraunia telo Deicit).*

12. *Juppiter ipse.* Aër pluuius. *Ruens.* Impetuose saeuiens.

13. *Fertur Prometheus addere principi Limo coactus particulam.* [Belle de fabula sensus praesenti intentioni necessarius conceptus est. — *Porph.*] — Aiunt [autem] Prometheum, cum limo hominem fingeret, iussum ex omnibus animalibus particulas, prout erat eorum natura, homini adponere, *uim leonis stomacho ad*posuisse, idcirco quod iracundia magis accendamur. Timorem a lepore ponunt, a uulpe astutiam caeteraque a reliquis. Ordo est: *fertur Prometheus coactus addere principi limo particulam desectam undique et adposuisse nostro stomacho uim insani leonis.*

13. 14. *Principi limo.* Quo primum homo factus est.

14. *Undique.* ex omnibus animalibus [Quasi ex multis hominem composuerit].

17. *Thyesten.* Atreus [autem] et Thyestes fratres fuerunt. Thyestes

3) naufrag*i*um faciens 2. naufrag*i*a patiens r. quasi nau*i*frag*um* Aγa. quasi n*au*fragum G,mv. quasi nau*i*frag*i*um 1,fh. qu*ia* naufrag*i*um r. quasi nau*is* fragum R. *naufragum*] s. facit quasi naufragum b. quasi nauifr. om. 2. Caulonis que arces (Aulonisq. 1,Cmva) om. AγRr., *sy*laceum A. *sil.* 1. scill. γ. scileum c. syllac. mrv. *ci*llac. R. Scylacaeum C. scylaceum afh. 5) *terrorem* tonitru*i* Aγb. terror*e* tonitru*i* RG. *tremore* tonitr*us* mvafh. *trem*ore ex *tremendo* ortum. C: propter fulmina, unde est: *et mort.* etc. *trem.*] id est fh. s. = scil. γ. 8) aer pluuius Aγb (pluuiens). aer Bγ. rell. om. h. gl. Imp. saeu. om. A.r. i*n*p. *seuiens uel ueniens* b. imp. *decidens* C. rell. *ueniens.* 10) De fab. sens. AγR,r. *de* om. b. *fab.* om. 1,mva. fabul*ae* sensus fh. Fabula *est.* Prometh*eus* cum ex limo homin*em* fingeret. ex omnibus etc. r: Ordo est — leonis. De fabula etc. R: *fertur Prometheus — leonis.* om. *de fabula — reliquis. Ordo est.* intentione γ. *mentioni* r, rell. *intentioni.* *Aiunt* autem R. aiunt om. *autem* 2. rell. Ait autem. homin*es* mvafh. rell. homin*em.* *ex* limo hom. *formaret* 2. omn. *aliis* anim. R. *visum ex aliis* anim. 2. *visum* r. *ideo* quod a. prout *uidebatur* natur*ae* homines 2. appos*uit* — accendi*tur* 2. appos*uit*, *a lione* uim *sumtum* stomacho, *et ideo* irae. mag. accen*dimur.* timorem *depromsit* a lep. etc. C. iracun. 14) pon*unt* Aγ. pon*it* b,r. pos*uit* mvafh. Post *astutiam* addunt fh: a lupo rapacitatem, ab equo uelocitatem, a columba libidinem, et ex reliquis reliqua. ac per hoc intelligitur nihil grauius esse homine. rell. habent: *ceteraque a reliquis.* Scholia Acronis, Porph. et Comm. Cruq. ad Prometheum spectantia in G. II. Bode rer. myth. Vol. II p. 87 et I, 96 n. 63 inter se conferuntur. 15) *Ordo — leonis* om. A. *Addere* pro addidisse b. 17) *principi limo*] quo prim*um* homo factus est Aγ, qui adcepit: *hic est adam.* b: hic est *adam*, qu*i* prim*us* factus est homo. 18) glossa ex γb. rell. om. (ex Porph.). Quasi e. m. h. composueri*t* afh. *quasi qui* — composuer*at* R,mv. *quasi quod* ex m. h. composu*erit* 1. *quasi ex* m. h. compos*uit* b. schol. om. Aγ2,r. 20) Ἀπὸ παραδείγματος hoc est, ab impii exemplo fidem dat facto suo fh. rell. om. C: ἀπὸ παραδ., id est, ab exemplo impii ostendit quam sit atrox ira et exitiosa hominibus. (Porph.) *Atreus et*, om. *autem.* AγcR1,rmva. *thiesten* γ in Hor. et Acr. thiest*es* Ab1.

uxorem fratris incestauit, hic [ille] filios eius patri epulandos posuit. Quod scelus et sol fugisse narratur. Unde *Verg.* (A. I, 568): *Nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe*, et *Statius* (Th. I, 325): *Et caligantes abrupto sole Mycenas.*

18. 19. *ultimae Stetere.* Extiterunt usque ad euersionem. *Causae.* Condendis atque euertendis ciuitatibus.

21. *inprimeretque muris Hostile aratrum.* Haec consuetudo fuit, ut aratro (signa? muri?) fierent. *Verg.* (A. V, 755): *Interea Aeneas urbem designat aratro.* Iterum de euertenda *Cicero* in Philippicis (II, 102): Ut uexillum tolle*res* et aratrum circumduce*res*. [21. *Insolens.* Tantum modo ira commotus.]

22. *Conpesce mentem.* Id est, noli irascendo me imitari quem paenitet.

24. 25. *in celeres iambos Misit furentem.* Scilicet propter iram.

25. 26. *nunc ego mitibus Mutare quaero tristia.* Hoc est, blandimentis mutare iracundiam cupio.

27. *Fias recantatis amica obprobriis.* Recantantur [autem] obprobria, cum, mutato carmine, repraehensiones laudibus corriguntur.

28. *animumque reddas.* Hoc est, spem mihi redintegrandi amoris facias.

20) fuer*a*nt fh. 1) *Atreus* (sic) uxorem fratris incestauit Aγ. *ille* Aγ. *thyestes uero* fr. ux. inc. 1G,va. incestauit i. uiciauit *ille i. atreus* uxorem fratris sui thiestis. et *ille thiestes* apposuit filios epulandos patri illorum i. fratri suo et *peracto scelere* fugisse narratur. *uero* et *autem* om. AγR,rm. Quod scelus et sol fug. narr. AR1. quod scel. sol fug. *dicitur*, om. *et*, 2. *quo scelere* (peracto?) *et* sol fug. narr. γ. *pro scelere* r. qu*o* scel. d. *ae*pul. *posuit* A. ep. *posuit* γd.r. *ap*posuit bR1,mvafh. *ante*po. Plaut. Rud. II, 6, 26. C post fuer*u*nt, fh fuer*a*nt habent haecce: qui quia in seditione alter alteri nocere non poterat, in simulatam gratiam redierunt. Qua occasione Thyestes cum fatris uxore concubuit. Atreus uero ei fil*ium* epulan*dum* apposuit. Quod scelus et sol. fug. narratur. Conf. praeter Hygin. 88. et Apollod. II, 4 Seru. ad Verg. A. I, 568. Loc. Verg. om. Aγb,r. *unde* uirg. R. rell. *hinc*, om. C. 5) extiter*unt* γRG. extit*ere* mvafh. om. AC, totum schol. om. r. s. ire b. *Causae. In* cond. R2, rell. om. *in.* C: hoc est, haec eadem causa fuit *delendis* urbibus, haec enim consuetudo olim *saepe* fuit, ut tam condendis quam euertendis urbibus aratro *signa* fierent. de condenda *Virg.* Interea — *aratro.* de euertenda *Cic.* — circumduceret. 8) fierent ut *de condenda* Virg. Cfh. *de cond.* om. Aγb12G,rmva. *item Cic. de euert. in* Philipp. mvafh. *Iterum* de AγbR.r. uertenda A. rell. euert. — cic. in phil. AγR,Cr. b om. *Iterum — circumduceret.* 1G om. *ut de* cond. — *circumduceret.* Tolleret *ut* aratr. circumduce*ret* Aγ2,r. rell. toll. *et* ar. circumduce*ret*. Edd. Cic. tolle*res et* aratr. circumduce*res*. 10) gl. om. Aγ,r. C: ira commotus. Bφ: superbus. 12) Schol. om. r. Noli *in* irasc. me A. p*ae*nitet Aγ. 14) Schol. longius *Epitheton — iambeis* om. Aγb,r. 14) Scil. pr. iram γ. pr. ir. sc. mvafh. glossam om. A,r. *feruor*] ira γb. 15) *hoc* est γb. G. om. rell. *id* est. blaudi*endo* C. ir*am* γ. 17) *Recantatis*] i. e. meliore carmine deletis γr12G,mvafh. om. A,rC. meliore carmine b. — *autem* om. Aγ2,rC. oppr. afh. rell. obpr. cum *multo* carm. A1G,mv. *com*mutato carm. r. rell. dum mut. carm. — *repraehensiones* laud. γ. *et* re*pr*ehensiones laud. 2. carm. repreh. laud. corrig*a*ntur r. 20) redinte*gram* Aγ. amorem 1. Schol. om. b,r.

## PORPHYRION.

*O matre pulchra filia pulchrior.* Hac ode παλινῳδίαν repromittit ei in quam probrosum carmen scripserat Tyndaridae cuidam, amicae suae, id est recantaturus ea quae dixerat dicitque se iracundia motum haec scripsisse. Adfirmat autem non magis Matris magnae aut Apollinis numine instinctos furere quam eos, qui iracundia sint incitati, adeo ut nulla ui hic furor deterreri possit.†

9. 10. *Noricus ensis.* Speciem pro genere posuit; non enim Norici tantum enses fiunt, sed sic dicitur, ut *Verg.* (G. II, 451): *Leuis innatat alnus Missa Pado.*

10. *Mare naufragum.* Aliter *mare naufragum*, aliter *homo naufragus* dicitur: mare enim facit naufragium, quasi nauifragium, ut *Verg.* (A, III, 553): *nauifragum Scylaceum.* quod ibi naues frangantur.

15. 16. *Insani leonis Vim stomacho adp. n.* Belle de fabula sensus praesenti intentioni necessarius conceptus est. Ait autem Prometheum limo hominem fingere iussum et ex omnibus animalibus particulas homini adponere, *uim leonis stomacho adposuisse*, idcirco iracundia magis nos incendi quam ulla alia animalia.

16. *Irae Thyesten exitio graui.* Iam hoc ἀπὸ παραδείγματος infert, probans, quam sit ira atrox et exitiosa hominibus.

PORPH. Ode XVII ad Tindaridem R. Argumentum ad M edidimus, quocum fere consentiunt R2G.rva. Plura transposuerunt uel mutarunt fh: Hac Ode Tyndaridi cuidam amicae suae in quam carmen probrosum scripserat, repromittit παλινῳδίαν, id est, recantaturum ea quae … ea scripsisse. 5) *ei* om, R.fh. s*i*nt M2RG. fh. rell. s*u*nt. 7) *haec* MR2.r. rell.*e a.* 8) Adfirm. M.

† Qui in ed. Fabricii secuntur duodeuiginti uersus inde a verbis *Scribit palinodiam* usque ad *Adriano pro Adriatico et posuit speciem pro genere more suo* non Porphyrionis scholia continent sed Christiani LANDINI Florentini explicationes errore transcriptas. Quae non sine magna negligentia a Nic. Hoenigero ad uerbum repetitae sunt in ed. Bas. a. 1580 et nunc temporis a Braunhardo S. II p. XXVII. XXVIII, nuperrime autem ab Editore Pragensi, qui quae de hoc errore in Mus. Rhen. a. 1846 p. 523 et *in* parte prima ed. nostrae p. 32 monueramus, uel in altera editione neglexit. 11) noric*i* enses tantum R. *apud* noric*os* 2 et C. noric*o*, om. m. M,rv. *in* Norico afh (G?). Noricus i. hispanicus uel *baioarius* BφE. 15) facit naufrag*i*um MA2G. facit naufra*gum* R. quasi nau*i* fragium add. G. quasi *nau*fragium M2, om. *ut nauifragum*, Mare enim facit naufragum sillaceum R. Verba *Aliter* — *nauifragium* om. rvafh, qui schol. incipiunt: ut na*ui*fragum (ut *nau*fraginm v) scylaceum (scyll. rv). Scrib. est Scylaceum, Σκυλάκειον, non Scyla*c*eum cum C aliisque. Scyll*a*eum M. 16) frang*a*ntur MBφγ. rell. frang*u*ntur. 17) Porphyrionis et Acronis scholia ad h. l. mixta inter se esse apparet aut alterum ex altero aut utrumque ex fonte communi ortum. 18) *est* om. rvafh. 19) *et* om. M, adpon. adpos. M. 20) *ide.* MBφ,rafh. 21) qua *u*lla M. quam *cetera* anim. Bφ. 22) ἀπὸ παρ. om. R. sine lemma. per paradigma dictum B. παραδιγμ. MG. 23) prob*at* B.

20. 21. *Inprimeretque muris Hostile aratrum.* Hoc est: haec eadem ira causa fuit delendis urbibus usque adeo ut, ubi fuissent muri, aratrum duceretur.

22. 23. *Me quoque pectoris Temptauit in dulci iuuenta Feruor.* Me quoque, inquit, iracundia calore iuuentae magis accensa incitauit in iambos. Jambi autem uersus aptissimi habentur ad maledicendum. Denique et *Catullus,* cum maledicta minaretur, sic ait (conf. 40, 2): *At non effugies meos iambos.*

27. *Fias recantatis amica.* Recantari probra dicuntur, cum contraria probris carmina fiunt in eum, cum maledixeris.

# CARMEN I, 17.

## ACRON.

Et hanc oden [recantando] ad Tyndariden scribit Horatius. Cui ut plene satisfaciat, inuitat eam in fundum suum, quem in Sabinis habebat.

1. 2. *Velox amoenum saepe Lucretilem Mutat Lycaeo Faunus.* Dicit ergo, contempto Lycaeo, monte Arcadiae, uenisse ad Lucretilem montem Faunum, quem quidem Incubum uocant. (Lucretilis autem mons in Sabinis est) Sed hic magis Pana pro Fauno uoluit intellegi, nam et capellas suas cum custodire dicit. Ergo magis ille ordo esse debuit: Lucreti*li* Lycae*um* mutat; sed est ὑπαλλαγὴ figura, nisi exemplo hoc ipso Lycaeo Lucretilis conparatur, quod utrumque saepius commonet.

2) *ira* om. B. adeo usque M. 3) duceretur MR, *de*duceretur 2G, *in*duceretur rva. *in*ducer*ent* fh. 5) iu*b*ente MR2G,rva, iu*u*ent*ae* Cfh. conf. de script. cod. M. p. 14 primae partis ed. meae. 6) iamb*ici* rvefh. 7) *Ast* non 2. 9) rec*antatis* remutatis vafh. om. MR2G. 10) eum cu*m* M. e*a*m G. male dixer*is* MRB2G. rell. maledixer*imus.*

ACRON. Ad t*u*ndarid*em* A, ode ipsa caret inscriptione. initio primi scholii: Ad t*u*ndariden scribit A. Ad tyndariden paranetice 1. Paranetice tindaridi ad eandem meretricem b. Ad eandem meretricem Bern. K. Paranetice tindaridi agri sabini laus et montis lucretilis γ. 15) *Etiam* hanc G. *in* hanc 2. *et* om. b. *recant.* om. γR12,Crmva. 16) ex v. 15 *ad* plen*um* R2. pl*a*ne r. *plene* om. C. *eam* om. C. Hanc oden *cantanda* eidem scribit horacius b. 17) lycaeo *relicto* qui est mons archadie b. arc*h*adie γ1. inc*u*b*um* deum 2. om. deum γR1Grva. conf. Augustin. Ciu. Dei XV, 23: Syluanos et Faunos, quos *uulgo incubos* uocant. Seru. ad Verg. A. VI, 776. in*uu*m A,fh. quidem γR, rell. quid*a*m. Verba *Lucretilis — est* Porph. sunt, cum quo R1: mons est in sabinis. Pan AbR (pati), r. rell. pan*a*. om. γ: se*t* hic pro fauno magis uult intelligi. *ph*aunum quem — pro fauno — b. 21) *ille* om. b. 22) *et* est mvafh et r (sedem = sed ē). *sed* om. C. ypall. fig. Aγ. Lucretilis *per*mutat C, mut*a* A. Verba *ex* hoc ipso in omn. libris obuia correxi: *exemplo* hoc ipso. etenim exō = *exemplo.* 23) com*me*det (comm*en*det?) A. *comtet* (c deleta a m. 1) γ. commo*n*et bv. commo*netur* 1. commo*u*et G. comm*emoret* R,r. comm*u*tet afh. Quis *commutet?* Faunus an Poeta? Faunus quidem saepe Lucretilem mutare Lycaeo dicitur, sed hoc loco de poeta agitur, a quo Lucretilis Lycaeo comparatur. idem in hac oda saepius utrumque montem *commonere* fertur. hinc commo*n*et recepi.

3. 4. *Defendit aestatem capellis Usque meis pluuiosque uentos.* Remouet aestus et frigora prohibet, ut *Verg.* (B. VII, 47): *Solstitium pecori defendite.* Usque] Continuo. *Pluuiosque uentos.*] Pluuiam ferentes, tempestiuos.

5. *Impune.* Sine periculo. *Arbutos*] *Arbutum*, quod unedo appellatur, libentius caprae persequuntur ad pascendum, ut *Verg.* (G. II, 520): *Dant arbuta siluae*, et alibi (B. III, 82): *Dulce satis humor, depulsis arbutus haedis.*

6. *Deuiae.* Errantes, pascentes, ut *Verg.* (B. VI, 40): *Rara per occultos errant animalia montis.*

7. *Olentis.* Grauis enim et hircorum et caprarum odor est. Ergo olentis et foetentis, ut *Verg.* (B. II, 11): [*Allia serpillumque*] herbas contundit olentis, et (G. IV, 270): *graue olentia centaurea.* (*Uxores*) Ἀλλοϱολογία est, ut *Verg.* (B. VII, 7): *Vir gregis ipse caper deerrauerat*, et *Verg.* (G. III, 125): *Quem legere ducem et pecori dixere maritum.*

9. *Martialis.* Martis dicatos tutelae, ut *Verg.* (A. IX, 566): *Martius a stabulis rapuit lupus.*

— *Haediliae.* *Haedilia* septa haedorum, per (synecdochen?) continens id [pro eo?] quod continetur [συνεκδοχικῶς].

2) *Frigora* cum omn. libris seruaui, lemma amplificans. Aliter C: *def. aest.* remouet aestus et prohibet, sic. *Solstit. pecori defendite. usque*] semper, continue. *pluu. uentos*] frigora: pluuiosos. tempestuosos. 3) continuo Aγ1. om r. continue Cmvafh. ualde Bφ. iugiter, ualde uel continuo b. — tempestiuos A, recte, ut Cic. N. D. II, 53 etesias et Justinus XVI, 43 imbres uocat. rell. *tempestuosos.* schol. om. γ,r. *Id est*, remouet h2, r. *ut — defendite* om. 1G, mva. 4) periculo Aγb. rell. damno. sine damno, sine periculo C. gl. om. r. — *quod* Aγb1G. arbu*tas*] arbut*as quod* R. arbutum qu*em* mva. qu*e* fh. Aliquando ope uerborum Plinii II. N. XVI. 31: 'arbutus *siue* unedo' temptatum ibam, pro *uulgo* scribens *unedo*, ita: Arbutum, qu*ae unedo* appellatur, libentius et q. seq., sed neutrum *quod* seruandum iudico, cum unedo et arbor et fructus diceretur, ut Plin. II. N. XV. 34. Utrumque in locis Vergilii habes. 5) persecuntur γG. 8) *occultos* AγR. *incultos* Crmva. *ignotos* b,fh. *ut — montes* om. 12G. 10) *et* hirc. Aγb1G. rell. om. *et*. *est* AγbS1I,r. rell. om. *est*. olentis *et* γR,r. om. *et* A. Cmvafh. ol. i. fetentis 2. *fet.* γbRr. 11) Allia serp. om. Aγ,rfh. 12) alt. loc. Verg. om. 1G, rmva. — *uxores*]. Hoc schol. om. Aγb,r. achyrol. R. acyrol. mva. *ἀκυρολ.* 1GCfh. *dein*rauerat pro de*uia*uerat r. rell. deerr. 15) Martial*is* AγRG ut uet. Bern. K., rell. Martiales, marciales, merciales. mart*i* dicatos, om. *tutelae* et loc. Verg., 2. 17) hedili*ae* BE, haedilia γ (e erasa). ediliae b, haedili*a* Aφ,mv, aedilia r, hoedilia afh. hoed*u*liae C. Vet. Bern. K. ad *haediliae* suprascriptam glossam *mons*, quae uereor ad u. subseq. *Usticae* pertineat. Etenim Bφ habent ad *hediliae* glossam *siluae* et ad Usticae scholion Porphyrionis: Ustica *mons* est in sabinis. Hinc *Haedilia* est silua, quae quidem aeque montana dici potest ac mons siluosus, quem nos in Sabinis morantes uidimus. Cui explicationi genitiui *Haediliae* non tam aliena quam uideri possit est Acronis glossa *septa hedorum* AγRG,mv. saepta aedorum r. septa hoedorum afh. hoed*u*lorum septa C. (neque hoed*u*liae, neque haed*u*lia in codd. est). Namque Acron proprii nominis *Haedilia* etymologiam exponens et ad genitiuum Haediliae scribens uerba *Haedilia septa haedorum* non *haedilia* nominatiuum nominis appellatiui plurali numero et proprio sensu tamquam lectionem statuit, quippe quae et ad uersum et ad rem minus idonea est et potius temporis decursu, ut ueri simile est, ex illa Acronis glossa originem duxit atque etiam in Porphyrionis codices *recentiores* transgressa est.

10. *Utcumque.* Quandocumque siue quotienscumque.

11. *Usticae.* Aut nomen montis aut uallis. *Cubantis*] Depressae, ut *Verg.* (A. III, 689: *Megarosque sinus*) *Tapsumque iacentem.*

12. *Leuia.* Pro leuigata, limpida (ut *Verg.* G. I, 109: *Elicit illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet,* et ibid. *IV*, 45: *Tu tamen eleui rimosa cubilia limo Unge fouens circum*).

13. Dîs pietas mea Et musa cordi est. Et rustitia mea et carmen meum placent diis.

14. *Hinc.* De hoc Sabino fundo.

15. *Manabit.* Abundabit.

16. *Opulenta cornu.* Metaphora a cornu Fortunae, quo dicitur diuitias consuesse largiri.

17. *Reducta.* Secreta, refrigerata (ut: *penitus . . in ualle reducta*).

*Caniculae.* [Canicula] Stella est in ore Canis nimios adferens aestus.

Ex his iam patebit, cur ediderim *Haediliae*] Haedilia septa haedorum, nominatiuum scilicet singularis numeri more Acronis repetens. Verba *per continens i. q. c.* συνεχῶ. afh. om. A. per continent*em* γ,r (om. synecd.) R, synecdochicos per G1,mv (contin*ent idem*). hoed*u*liae septa] *hoedu*lorum septa. metony. continens pro contento C. Ista altera scholii pars serius addita est a grammatico quopiam, qui etymon nominis proprii *H*aedilia pro *haedilia*, nominatiuo plur. a nomine appellatiuo accipiens illis explicuit uerbis, quae sic intellegenda et scribenda uidentur: per *synecdochen* continens *pro eo* quod continetur.

1) quandoc. *siue* Aγ1G. quand. *uel* R. qu. *aut* Cmvafh. schol. om. r. *Ordo — lupos.* om. Aγ. quandocunque. quocunque modo b. personuere R1G. personuer*unt* Cmvafh. metuent R. metuerent 1. 2) aut *insulae* A. totum schol. om. γr. A. om. *et uallis. idem in Epistulis (I,* 16, 5) *de situ eiusdem uallis: continui montes nisi dissocientur opaca ualle*, quae in R1G,mvafh. *uel* uallis R1G. *et* uall. Cmvafh. Ustica uallis ubi fundus erat 2. 3) capsumque A. tassumque R. ta*mpl*umque γ. ta*ps*umque b1,Cmvafh. schol. om. r. *megarosque sin.* om. Aγb. 4) totum schol. om. r. *pro* om. A. *pro* leu. limp. γb. leu. *plana* R1G,Cmvafh. *plana — circum* om. Aγb. 7) *Et — diis* γ. pietas mea] iustitia et c. m. pl. diis C. et iust. mea om. 1. Scholion Id est carmen — honori fh. om. rell. libri. *cordi est.* placet Bφb. pro *ad cor* γb. 9) Et hoc schol. om. r. Ab in lemm. habent *hic*, contradicente glossa: *de* hoc sab. fundo. γ *hinc* id est de h. sab. fundo. *Hic* in Acrone ortum sine dubio est ex iteratione huius uoc. u. 18 et 21: *Hic* i. e. de s*a*b. fundo. *nam loci est* v. *hinc* i. e. — loci est A1,mafh. *Nam loci est* serioris originis. *Hinc ex* agro sab. C. *hinc ex* sab. fundo Bφ. Acron *hinc*, Porph. *hic* leg. uidetur. *ad plenum* habundanter γ. *benigno* largo dono γb. gl. abundabit om. r. *ruris* terrae γb. *honorum* frugum γb. *opulenta* diffusa γb. 11) Meta*f*ora γb. *per* metaphor*am* cornu r. consu*esse* AγbR1,Crmvafh. consue*uisse* 2. 12) *largiri* Aγ2,Cr. rell. ligari. om. bR. C post *Fortunae* interposuit quae ex Porph. petita sunt *quod Hercules — dicitur quo* etc. 13) Schol. om. r. secr. *et* refr. A. rell. om. *et.* b addit: in meo fundo. Bφ. *reducta* secreta. *hic* in meo fundo. R1,Cmvafh adiungunt quae Aγb omittunt: *ut penitus — reducta.* Duos Maronis locos hic lapsu memoriae, ut non raro a grammaticis fieri constat, confusos siue consutos apparet. Etenim uerba *in ualle reducta* ex A. VI, 703 conf. VIII, 609 petita sunt, consarcinatum autem uocabulum *penitus* ex eiusdem libri u. 679: *penitus in ualle uirenti* profectum illisque accommodatum. 14) schol. om. A,r. canicula om. γbR. *est* om. 1. nim. aff. estus γb. *aestus* dies caniculares b. *Sirii* stell*ae* (stell*a* est ?) in ore Caniculae, afferentis nimios *calores* ut — arua. C. u. 19. estifer*i* arua dies caniculares A. f*u*ndit (in A man. 1 mut. u in i) can. estif. arua. dies caniculares *dicit* γ. aestus i. e. nimios calores, ut Findit — arua. dies canic. dicit R. nimios calores om. Aγb. *aestus* ut *scindit* — arua dies ca. dicit r.

*Fide Teïa.* Aut a chordis, hoc est, a fidibus, lyrica, aut a ciuitate [Arcadiae] Anacreontis poetae.

18. *Vitabis aestus.* Id est, ut *Verg.* G. II, 353): *Findit canis aestifer arua,* dies caniculares dicit.

19. *Dices.* Cantabis per citharam. *in uno.* id est, in amore Vlixis.

21. *Lesbii.* Lenis uini, *Lesbii* a loco, ut *Verg.* (G. II, 90): *Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.*

22. *Semeleïus.* Μητρωνυμικόν [est]. Thyone autem mater Semeles dicta est, matris Liberi patris. Dicit ergo per uinum rixam inter se non futuram.

23. *Thyoneus.* Fuit et Thyoneus Liberi filius, qui in Chio insula regnauit, pater Thoantis, Lemni regis, cuius filia fuit *Hypsipyle,* quae, coniuratione aduersus uiros facta, sola parentem seruauit, quam fabulam Statius narrauit in carmine (Theb. lib. V. inde a. u. 240).

24. *Nec metues proteruum suspecta.* Id est, non eris suspecta de eo.

25. Cyrum. Alterius amatoris uocabulum sub uituperatione memorauit [Cyrus hic riualis fuit Horatii sed despiciebatur a Tyndaride].

*Dispari.* Tibi in amore non consentienti.

26. *Incontinentis.* Petulantes ad laesionem, uel ad damna promptas, quas propter amoris furorem quidem habere solent.

1) aut — poetae Aγ (lyri*cis*) b (cordis). *Corda* in uett. Horatii codd. frequentius quam *ch*orda. aut cordis i. a fid. lyric*a* — poetae r. aut chordis h. e a fid. lyric*a* aut a ciu. *arcadiae* anac. poetae. ut in epodo Anacr. teum. mv. aut ch. h. e (om. a) fid. lyri*cis* aut a ciu. *Arcadiae.* An. po. ut in Ep. An. Teium afh. ciu. *arcadiae* etiam rece. codd. R1G. *fide teia* corda nacreontica b. C scholia Acr. et Porph. miscuit: fide Teia *lyrica* seu fidibus lyri*cis.* Teia autem dicta est a Teio An. po. lyrici *oppido* etc. Inde *oppido* nuper in Acr. irrepsit. Vetustiores Acronis codd. u. *Arcadiae* arguunt serioris originis additamentum. Cod. 2: *fide Teia.* Teium est *oppidum phrigiae patria* poetae Anacreontis. *fide* autem cordis aut lyricis carminibus, quibus ille amorem circes et penelopes amorem scripsit. Bφ: *Teia* oppidum *grecorum* est etc. gl. om. 2G,r. *in* am. Aγ. *in* om. mvafh. la-borant*is* in *unam* lemma in A. in uno s. Ulixe Bφ. 6) le*u*is uini lesbii a loco Aγ. le*u*is r. *optimi* uini a Lesbo insula, et est spec. pro genere, mvafh. Lesbium uinum le*n*e est 2. id est leonis (l. le*ui*s) *uel optimi* uini — genere R. 8) *M*atron*i*micon A. *m*atron*o*micon γbR. *matromonicon* mv. *m*atronymi*cum* GC. *p*atronymicon r,afh. *est* om. AγG,rC. matronymicon recipere non abstinuimus, licet uocabulum patronymicon apud Graecos aeque ac Latinos commune sit. *Ti*one Ab. ti*r*one γ, *th*ione R. rell. Thyone. 9) *est* om. A,r. inter se non fut. AγR,r. De re cont. Cic. N. D. III. 23. Apollod. III. 5, 3. Diod. Sic. IV, 25. 10) Th*i*nneus Aγb. Thyoneus autem fil. Liberi fuit mvafh. 11) tho les*bi* regis AγbR1,r, lesb*ii* G, lesb. om. mvafh. hip-ipile A. h*i* ip*h*ile γ. rell. hypsipyle, Hypsiphile etc. 12) adu. uir. facta AγbR12,r. — pa*trem* AγbRG,r. rell. par*e*ntem. *suo* carm. 2,mvafh. schol. om. C. 14) schol. om. AR1G,rmva. est in γb,fh. 15) *cyr*rum 2. *c*irum γbφ. rell. cyrum. — *nomin*auit 2. Alteram scholii partem *Cyrus hic* — *Tyndaride* om. AγR1G,rva. hab. bBφ2,mfh. *Iste* riualis *fuerat* Bφ. 17) *tibi* om. γb2,r. in amor*e u* γR1,r consentient*e* b. *dispari* | amore non consentienti. om. *tibi in* 2. 18) incontinent*is* A in Hor., incontinent*es* in schol., incontinen*tis* in lemm. γ2 ut plurimi uett. codd. Horatii. *pet. uel,* om. *uel.* Aγb,r. incontinentes pronas ad te interficiendam Bφb. 19) *quas propter* 2. rell. *quod per. uel pro* amoris furorem quidam *aberi* solent b.

27. *Coronam.* Pro ornatu muliebri posuit, ut *Verg.* (A. I, 655): *Duplicem gemmis auroque coronam.*

## PORPHYRION.

*Velox amoenum saepe Lucretilem.* Et haec ode ad Tyndariden scribitur, cui plene cupiens satisfacere poeta inuitat eam in fundum suum, quem in Sabinis habebat.

1. 2. *Saepe Lucretilem mutat Lycaeo Faunus.* Ea figura hoc dictum est, qua illud apud *Vergilium* (G. I, 8): *Chaoniam pingui glandem mutauit arista.* Sensus est alter: relicto Lycaeo monte Faunus in Lucretilem uenit. Lucretilis autem mons in Sabinis est.

3. *Defendit aestatem.* Ita dictum est ut *Verg.* (B. VII, 47): *Solstitium pecori defendite*, significat autem prohibete.

7. *Olentis uxores mariti.* [Venuste] capras dicit uxores olentis mariti, quia hirci, quorum uxores sunt, male olent, id est foetent. Olentis ergo non simpliciter accipiendum, sed pro *grauiter olentis*, ut illud *Verg.* (B. II, 11): *Alia serpyllumque herbas contundit olentis.*

8. *Nec u. metuunt.* Λιτότης est σχῆμα. (*locutio* subtilis et tenuis?), cum minus dicitur (et) plus intellegitur, ac si dicas non indoctum hominem, quem uelis intellegere doctissimum.

9. *Nec Martialis Haediliae lupos.* Et hic *metuunt* subaudiendum, quia sic se habet sensus: Nec colubras metuunt Haediliae nec lupos, quos *Martialis* ait, quod in tutela Martis sint.

10. *Utcumque — saxa.* Utcumque pro quantocumque. Sensus enim: Quandocumque cantu fistulae Fauni Usticae montis saxa resonuerunt

1) mulie*ris* b.

PORPH. Ode XVIII ad eandem R. Idem fere argumentum in Acrone. 5) *Et* om. Bφ,vafh. — tyndari*den* MG. pl*a*ne R. 9) *Cha*oniam M,rflp. Caon. R,va. Pro *ea figura* — *Virg.* habet C: Hypallage. ad hunc modum scripsit Virg. Chaoniam etc. 10) Sensus *est alter* RG,rv. Sensus *alter* M. Sensus est *autem* 2,afh. Est ergo sententia C. De u. *alter* conf. Porph. ad I, 11, 3. Contra Quidam: '*Sed* sensus est *aliter* correxi, poteram etiam *sensus est autem aliter* sed facilius *sed* ante *sensum* excidit.' Sed — aliter amend. Lucretilis *autem* mons in Sab. est MR2. est in Sab. Crvafh. Eadem gloss*a* in Acrone. 12) *est* om. rvafh. 14) *Venuste* vafh, om. MR2. *uenisse* capras Mariti ol. ux. d*u*cit b. In B man. 3 adscripsit *uenuste*. 16) *pro* MR2G,v. om. afh. — *atque* illud 2. a*l*ia serpyll. MG. conf. Varro R. R. I, 35 et Cato R. R. 73 serp*u*llum, ut c*u*mba Carm. II, 3, 28. olentis *autem* R. 18) Lemma ad *uiridis* om. MR2. Nec uiri*des* met. colubras *subtilis et tenuis* rva. Nec uiri*des* met. colub*ros*] Viridis, id est, subtilis et tenuis fh. Verba *subtilis et tenuis* non pertinent ad *uiridis*, sed *nec metuunt* locutio subtilis et tenuis uocatur. R: olentes. locutio subtilis et tenuis. Cum minus — doctissimum. λιτότης est σχῆμα MAG. λιτότις est σχημα 2. λιπποτησ cum minus r. λιπποτη cum min. v. λειπτότη: cum min. a. σχῆμα λειπτότη fh. 21) *Nec martialis aediliae* M. nec martialis edili*a* 2G. martiales edili*a* R. *hae*dili*a* rv. *hoe*dili*a* afh. *sub*audiendum R. rell. audiendum. sunt R. metu*e*nt fh. 24) Sensus enim MRG, sensus est 2,rvafh. sonuer*u*nt b.

metu colubrarum et luporum, capreae meae liberantur; Faunus enim eas in honorem meum tuetur.

11. *Usticae cubantis.* Ustica mons in Sabinis est, quem *cubantem* suauiter dixit, ad resupinam regionem eius adtendens.

14. *Hic tibi copia — cornu.* (In?) Sabino fundo scilicet. Ordo est autem: Hic tibi ad plenum manabit opulenta copia benigno cornu, uidelicet copioso et diuite; nam cornu uidetur significare Fortunae, quod Hercules detractum Acheloo uictor dicitur donasse Fortunae, idque etiam uulgo cornu Copiae dicitur.

16. *Ruris honorum opulenta cornu.* Id est, copiis rusticis.

18. *Fide Teïa.* Anacreon lyricus poeta Teïus fuit, id est, ab urbe Teia (*Teio? Teo?*) in *Paphlagonia* (Jonia?) esse *Salustius* (fragm. III, 44) indicat, cum de situ Pontico loquitur. Fides autem cordae (chordae) dicuntur, [unde] et fidicinas Comici dicunt citharistrias. Repromittit ergo amicae in agello suo secum ea lyricum carmen cantaturum.

19. Laborantis in uno. In uno Ulixe scilicet.

20. Penelopen uitreamque Circen. Et utique amore *laborantes.* *Vitream Circen* parum decore mihi uidetur dixisse pro candidam.

21. *Innocentis . . pocula Lesbii.* Ἀντονομασία. non enim uini dixit *In-*

3) est in sab. bRBφ. in sab. est MG, rell. om. *est.* res utinam M. eius reg. Rr. eius om. C. *adtendens* M. 5) *Hinc* tibi cop. mana*n*it (mana*b*it in scholio) ad p. b. f. h. (sic) *Id est* sab. fundo scil. ordo est autem M. i. e. sabino scilicet 2G,r. In Asc. lemmatis ordinisque confusione quae ex aequalitate initii *Hinc tibi* orta est, et uerba *sabino scilicet* et *Ordo est* omissa sunt. *sabino scil.* om. fh. *hinc ex* agro Sabino C. conf. Acron. Mini Porph. *hic*, non *hinc* ut Acron, legisse uidetur. *Id est* autem ex siglo ĩ = in, confusum cum i = id est, ortum puto. fundo Sabino A. 7) *quod — Fortunae* om. R. 9) Cornucopiae afh. cornu copiae bR,Cv. cornu copi*a* M2,r. Bφ: *opulenta* i. e. copiosa fortuna quae cum cornu pingitur quod fertur hercules acheloo detraxisse et fortunae dedisse. conf. Ouid. Met. IX, 88. 10) Ruris hono*rum* omn. fere codd. Horatii. Bφ: fruct*uum* terrae. C: frugum terrae. Ruris hono*re* MG,rv, rell. hono*rum*. Notatu digna iam hic sunt quae man. 2 uetusta in eodem B adscripsit: '*ruris honor* i. copiis rusticis. *quidam codices* habent *ruris honore*, ut sit ablatiuus.' Hunc ablatiuum *honore* mecum putabis ortum ex glossa *copiis rusticis*, quae ut recte intellegerentur, lemmati addidi uerba *opulenta cornu*. 11) Teius om M. eius G. urbe tei*o* b,afh. teio M,Crv. *theio* R. tegi*a* DG. H. Stephanus Emend. in Porph. p. 164: '*fida Teia*] ab urbe Teo. male scriptum est: *ab urbe Teïa*. si tamen quod ibi legitur scholion Porphyrionis est.' 12) pāflag. M. rell. paphlag. si*nu* R. *te* situ M. *unde* om. ‚vet.' A2. 14) cythar*ista* bR. 15) *se in eam* afh. *se* lyr. C. rell. *cum ea*. *decant* Crvafh. 16) Edidi: *in uno Ulixe scilicet*, lemmata disiungens. Glossulae sunt multum uexatae. *Laborantis in uno*] in uno ulixe *scilicet et utique liberatis* MR. liberat*us* 2G (corr.). *ut* utique v. am*are laborantes* rv. in uno Ulysse, scilicet *utraque* amore labor*ans* fh. s. *utraque* am. labor*antes* a. Accusatiui requiruntur. hinc *fuit utraque om. laborans* mittimus, *laborans* et *utraque* omni carent codicum auctoritate, et prior uox ex posteriore manifeste originem duxit. 19) MR h. l. om. lemma. Posuerunt post *uini dixit*. *hic* inn. po. lesbii R,rvafh. *hinc* etc. 2. capu*d* M. Anton. *est* rva, om. fh. *non enim* uini dixit MR2. *nam* uini dix. rva. ἀντωνομασία Lesbii *pro* uini et dixit a Lesbo insula ut Virg. (G. II. 90) Quamue — Lesbos. Innocentis autem pro le*uis* *et* min. cap. onerantis fh. *innoc.* leuis uini et min. cap. *laedentis* C. *innoc.* minime nocentis nec cep. honerantis b.

*nocentis.* id est, lenis et minime caput onerantis. *Lesbii* autem uini intellegendum a Lesbo insula.

22—24. *Nec Semeleius cum Marte confundet Thyoneus proelia.* Thyone Semele a Graecis dicta, unde Liber Thyoneus dicitur. Sensus autem est: nec ebrietate rixae oriuntur.

25. *Cyrum.* Videlicet hunc Cyrum amatorem Tyndaridis. Haec ergo cum in Sabinis secum esse coeperit, non eam suspectam futuram, ne Cyrus zelo imitatus manum ei inferat.

— *Dispari.* In amore non consentienti scilicet inte(llegendum.)

# CARMEN I, 18.

## ACRON.

1. *Nullam Vare, s. u. p. s. arborem.* Scribit ad (Quintilium) Varum, fidum amicum sibi laudans Tiburtinum uinum, et suadet, ut quia (uernum) competens tempus est, [sit] nullam arborem prius quam uitem ponat.

*Seueris.* Posueris, ut *Verg.* (G. II, 319): *Optima uinetis satio cum uere rubenti* [*Candida uenit auis longis inuisa colubris.*]

2. *Mite solum.* Fundum excultum, ut *Verg.* (G. II, 239): *Ea nec mansuescit arando.*

3. *Siccis.* Pro sobriis et ieiunis uel abstinentibus uino, sine quo raro laetitia est, ut (*Verg.* A. I, 734): *Adsit laetitiae Bacchus dator* (*et bona Juno*).

5) ori*u*ntur MR2G,r. rell. ori*e*ntur (confun*del*). 9) *in* amore MRG,v. *i.* amore a. = id est fh. *in amore* om. 2. in ama*tore* non cons. scil. *te.* Extrema uerba *in te* sensu carent et ex compendio u. *intellegendum* (M. intellig. R) orta atque in vafh transgressa sunt.

ACRON. Ad quintilium uarum A inscr. scholl. Ad quintil. uarum fidum amicum suum ode XVIII. R. Ad quint*um* uarum f. Monocolos quintilio uaro summam dicens uini sed cum modo uoluptatem γ. Alloquitur uarum quint*ill*um de uitibus summam d. u. s. c. m. *holuc*tatem paranetice monocolos b. Ad uarum Dφ (Acr.). Varo (Porph.). 14) Quintilium om. AγbR12G,r. 15) *uinum* om. γ. *ut* om. R2,r. ut nullam 2. suadet *ubi* (om. *ut quia uernum*) comp. temp. *est* ut null. C. *est* omn. libri, nullus *sit*, et notandum est in scholiis indicatiuum eius modi locis frequentiorem coniunctiuo esse. uernum om. γ2GCr. 17) Ad hunc uersum nuper Quidam, praeeunte Hoenigero, repetiuit errorem Fabricii ponentis lemma *Vere nouo*, quae uerba neque Horatii neque Acronis sunt sed petita ex duobus locis Vergilii et quidem G. II, 319: cum *uere ru*benti et IV, 306: ante *nouis* rubeant quam prata coloribus. Iidem repetiuerunt Fabricii typoth. errorem *iu*benti pro *ru*benti, id quod codd. et Verg. et Acronis tuentur. Non scholion suppositicium est nec cum antecedente coniungendum: lemma falsum est. De *uere* in ipsa Horatii non sermo est neque in Porph. expositione neque etiam in ea Acronis, in quem glossa *uersum* ex adposito uersu Vergilii ad uerba *competens tempus* inrepsisse uidetur. Facile autem negotium erat, propter u. *satio*, pro quo fh sa*l*io habent, auxilio ueterum librorum Aγb,r, rem constituere, inuerso duorum scholiorum ordine: *Seueris.* posueris, ut Verg. Optima — *ru*benti. Totum loc. Verg. om. R1,Cmva, uersum 320 *Candida* — *colubris* (fh) om. Abγ,r. 19) Fund. excult. om. A. *mite* bene excultum b. Versum Verg. addunt Aγb,Cr. 21) a uino 2. 22) *est* AγbR12.r. *est* laet. C. rell. om. uerba *et bona Juno* 1G, Cmva. om. A,rfh. *dator uini,* om. *et bona* γb.

4. *Mordaces a. d. sollicitudines.* Curae mentem (animum?) mordent et cruciant, ut *Verg.* (A. I, 261): *Quando haec te cura remordet.*

5. *Crepat.* Increpat, accusat. Commemorat, quae sine uino solent esse grauia.

[6. *Quis non te.* deest canet.]

*Bacche pater.* Bacchus laetitiae auctor et pater [ut *Verg.* A. I, 636: *munera laetitiamque dei.*]

*Teque.* Scilicet eligat.

*Decens Venus.* Decora. Bacchus enim et Venus conuiuiis et uoluptatibus [sunt] aptiores, ut (*Terent.* Eun. IV, 5, 5): *Sine Cerere et Libero friget Venus.*

7. *Ac ne quis modici.* [Moderati] parci, moderate uino usi.

8. *Centaurea* m. cum Lapithis r. s. *mero.* Nam post ebrietatem Centauri cum Lapithis pugnauerunt, [ut *Verg.* G. II, 455: *Bacchus et ad culpam causas dedit: ille furentis Centauris leto domuit Rhoetumque Pholumque, Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem*]. Cuius rixae inter bibendum memoriam habendam suadet et monet, ne, sicut ab Sithoniis [Scythis] et ab aliis gentibus, usque ad furorem bibatur. *Rixae super mero debell.* propter uinum facta.

1) quae mordent *animum* gl. γb. q. m. mordent et cruc*ia*nt r. mord*ea*nt et cruc*ia*nt A. mordent et crucient b. mord*ea*nt et crucient γR12G.mvafh. Glossa indicatiuos arguit coniunctiuis priores. *Curae* om. 2. *uirg. quando* γRr. *ut hic* etc. 1G,Cmva. ut quando (om. hic t. f. e.) fh. totum loc. Verg. om. b. 3) *In*crepat iam uet. gl. est. *Crepat* increpat, accusat, Aγ,r. *increp.* accusat. b12G.mva. accusat om. C. *increpat.* accus*ans* comm. etc. fh. Accus*ans* comm. *quae* sine uino *solet.* sano sensu carent. Acron uult hoc dicere: Quis *post uinum* commemorat quae sine uino solent esse grauia i. e. militiam aut pauperiem? Quia Hor. *aut* non *et* posuit, Aγb habent: *quod* sine uino solet. omittentes *graue est*. aut: militia grauis est. Cum duae res sint, scrib. est cum r: quae sine uino sol*ent* esse grauia. mvafh: quae (militia?) s. u. so*let*. C: *crepat.* comm. *quod* sine uino *non* solet (fieri?). immo uero quod *cum* uino non solet fieri. 6) Schol. om. Aγb,Cr. b: *quis* quocumque modo. *non te s.* ueneratur uel eligat. 6) *auct.* et pa. Aγb. auct. et pa. *est* 1. pa. et auct. G,v. om. *est* afh (a*uth*or). et ut eadem pellat bacchus laeticiae auctor. Pater teque dec. etc. r. *et pater* om. r. loc. Verg. om. Aγb,rC. *Bacche pater* supple crepat ét laudat C. s. eligat γ. s. eligat uel reppetat b. *decens* decora te eligat bacchus eu. m. A. *decens* decora bacch. γ.Crmvap. id est, decora b,fh. 10) *sunt* om. Aγb,r. apt. *sunt* 2. uol. et conu. r. *conu.* apt. sunt et uol. Cmva. conu. sunt apt. et uol. fh. 12) *Ac* Aγ (al. *at*) bG,Cv et plurimi uett. Hor. codd. *at* afh. moderati om. A. schol. om. γ. moderati gl. b. mensurati Bφ. parce et moderate *bibiti* C. 13) Laphitis AbR1,v. pugnauer*e* mvafh. Loc. Verg. om. Aγb,r. *hinc* uirg. R1G. 16) *inter* bibendum R, *in* bibend*um* A, rell. in bibend*o*. 17) sicut *fit* afh. ab scithis A. ab scythis r, a scythis mva. a scithis R, a *sit*his 1G. a *Sithoniis* fh. *ab* sithoniis s. et ab γ. ab sithoniis *et* ab b. *uel* ab al. A. rell. *et* ab al. Recepi Sithoniis, quia Scythae bellicosi ab Horatio non simul ebriosi traduntur. 18) Post *bibatur* Aγbr om. scholia: 'Ordo est: Centaurea rixa super mero] Id est, pro mero, ut A. IV, 233: *Nec super ipse sua molitur laude laborem. Debellata*] Cum Lapithis monet, ne quis transiliat munera modici Liberi, et Euius non lenis in Sithoniis monet.' Sic habent fh et, sine nota lemmatis, cum puncto tamen post *debellata*, R1G,mva. C: Ordo est: Centaurea rixa super mero || debellata cum Lapithis — monet. *Super mero*] propter uinum, ut: *nec — laborem. Propter uinum facta* gl. in γbBφ.

9. *Sithoniis.* Thracibus (ut *Ouid.* Her. XI, 13: *Sithoniis Aquiloni*), qui per ebrietatem etiam inlicitos concubitus audent, unde *Iuuenalis* (VI, 300): *Inquinis et capitis quae sint discrimina nescit.*

*Non leuis.* [Litotes] ac si (diceret) grauis et iratus.

10. *Fas atque nefas.* Licitum et inlicitum.

11. *Auidi.* In luxuriam proni, scilicet propter ebrietatem. [*Exiguo fine* Litotetice, id est, nulla differentia].

11. *Bassareu. Bassareus* dictus est Liber pater a genere uestis Baccharum, unde et Bacchae Bassarides dictae. [*Persius* I, 101: *Bassaris et lyncem Maenas flexura corymbis: Euion ingeminat*]. Vestis enim [genus] est usque ad pedes demissa et dicta a Bassara, loco Lydiae, ubi fit. Tali et numina uti solent, ut *Verg.* (A. I, 404): *Pedes uestis defluxit ad imos Et uera incessu patuit dea.*

12. *Inuitum quatiam.* Id est: non plus bibam, quam oporteat. [Aut certe *inuitum quatiam* ideo dixit, quia in sacrorum renouatione commouebantur simulachra. *Verg.* (A. IV, 301): *Qualis commotis excita sacris Thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia.*]

*Nec uariis obsita frondibus sub diuum rapiam.* Hoc est: non arcana naturae uel quae celare uis, in publicum proferam, et uult per allegoriam intellegi, se per uinum secreta non prodere.

13. *Saeua tene cum Berecyntio.* [Reprime, id est, sicut in Berecynto monte reprimitur ebrietas per mysteria matris deûm, sic et tu reprime.] Precatur

1) *tracibus* AγbR. *ut — Aquiloni* R1,Cmvafh. om. Aγb2,r. 2) *propter* etc. 2,r. i*n*lic. AγG. etiam ad illicita ruunt C. 3) *quae* sint Aγb,rmva. *quot* sint fh. 4) Litotes om. Aγb2,r. rell. litotes, lictotes, liptote, litote. conf. ad I. 1, 20. ac si grauis et ir. Aγb.r. grau*issimus* et ir. mvafh. *non leuis* i. e. eratus 2. 5) glossam om. Ar. i*n*l. γR. 6) schol. om. luxur*ia* fh. rell. *in* luxuri*am*. proni scil. γbR12,r. sc. proni mvafh. scil. om. C. 7) Schol. om Aγb,r. *lit*otetice 1. rell. litt. lipt. lipo. fh: ὑποθετικῶς. nulla diff., nullo discrimine C. 8) A: *bassareu i. quod* bassareus. Dictus est etc. Haec legas: bassareu *i*nuitum *qu*atiam] Bassareus dictus est. Loc. Persii om. Aγb1,r. dictae. Vestis enim (bassaris om.) genus est usque ad pedes *et di*miss*ae* A. l*y*die A. l*i*die γ. li*d*iae b. Lydiae Ca, recte. conf. Eurip. Prol. Bacch. — Lib*y*ae r, libyae mvafh. Vestis enim genus est γb. *dimissa* γb. *demissa* 12RG,va. *dimissae* A,rC. *demissae* mfh. De *genere uestis* modo dictum erat. bas*saris* enim uestis genus vaC (gen. uest.). basar*o* b. uti *solent* uel uolunt b. rell. *uti uolunt.* Bassareus bacchus dicitur a genere uestis bacch*antium:* quae usque ad pedes *est demissa* dicta a bassar*ia* loco ubi fit 2. 15) inui*tus* R. opor*teat* AR2, opor*tet* γb,Crmvafh. *aut certe — Orgia* om. Aγb,r. 17) trieterica Ca. tria terica R,mv. Tripterica fh. common. *sacra* C. Thyas R,Cmvfh. thias G,a. 18) ar*ch*ana γb. natur*a* A. *et* om. fh. *se* per A,mvafh. se*m*per γbR. se int. *semper uenus* secr. 2. 21) *Reprime* om. Aγb,r. remoue 2. contine b. *sicut — reprime* om. A, qui habet: precatur lib. — incitamenta quae *se ipsa* [om. *ad*] insaniam *in*cendunt. ut in berecinthio monte per misteria matris deum. Nam timp. strep. pro ebr. posuit. *Sicut — reprime* γbrmva. per mi*ni*steria b. *per* ebrietate*m* b. Nam — posuit Aγb,r. crepitum r. berecin*tho* r. rell. berecinth*io*. Prior scholii pars seriorem originem prodit. hinc alteram reddidi pleniorem, adpositis uerbis *reprimitur ebrietas.* Difficiliora sunt: quae *ipsa se in* insaniam *a*ccendunt R1,a. ip*sa se ad* ins. acc. C. *ipsa se ins.* acc. v. Pro *quae se ipsa ins. inc.* (A) aut *quae se ipsam* ins.

(autem) Liberum, ut contineat ab eo furoris incitamenta, quae saeua ipsam insaniam accendunt, sicut (ut) in Berecynto monte (reprimitur ebrietas?) per mysteria matris deûm; nam *tympanorum* strepitum pro ebrietate posuit. [*Berecyntio.* Phrygio: Berecyntos enim castellum est Phrygiae.]

14. *Caecus amor sui.* Propter ebrietatem nescius sui. [Est autem epitheton amoris perpetuum, ut *Verg.* A. IV, 2: *Volnus alit uenis et caeco carpitur igni,* et G. III, 210: *Caeci stimulos auertere amoris.*]

15. *Vacuum.* Vino uanum.

*Plus nimio.* [Plus iusto] *Plus* sibi adrogando quam oportet [ut idem C. III, 21, 17: *Tu spem reducis mentibus anxiis. Viresque et addis cornua pauperi Post te neque iratos trementi Regum apices neque militum arma.*]

16. *Arcanique fides prodiga.* Perfida et quae commissum uulgat arcanum.

*Perlucidior.* Id est, omnia nudans, sicut in uitro omnia uidentur [et *subsequitur* a superioribus ubique subaudis].

## PORPHYRION.

*Nullam, Vare, sacra uite prius seueris arborem.* Vinum laudat suadens Varo, ut in regione Tiburtina uitem potius (prius) quam (aliam) arborem serat.

2. *et moenia Cathili.* (Et) Supra (ad od. 7, 13) ostendimus, Cathilum et Coram fratres fuisse (esse) Tiburni, cuius nomine Tibur condiderunt.

7. *Ac ne quis modici tr. mun. Liberi.* Ne quis, inquit, inmoderate bibat, exemplo sunt Lapithae et Centauri, qui in conuiuio Pirithoi hac ebrietate pugnam contraxerunt.

*acc.* (γ) scribendum est uel: cum compendiis tipāa. *quae sc. tympana*, (b: quae sc. tymphana. et *tymphana* incitamenta furoris. C: quae tympana) uel: quae sc. = *seua ipsam*, aut quod supra posui. Bϛ: — quae se ipsa ad cupiditatis amorem *insaniendo* accendunt.

4) Schol. om. Aγb,r. Berecyn*thos* afh. berecyn*thios* mv. Berecyn*tus* C. *mons* est Phr. C. est phrig. R1 (frig.). rell. Phr. est. 5) *per* ebr. bR1,r. A,r om. *est autem ep. am. perp.* et duos Verg. locos. 8) uino *uanum* AR1,mvafh. uanum uino b. *uacuum*] stultum 2. 9) plus iusto BϛCfh. om. AR12,mva. 12) *fundit* arc. mvafh. *fuget* arch. r. ful*get* arch. b. *uulget* arch. A. *promit* arc. 2 pro*dit* arc. C. et *quod* b. 14) schol. om. A. Et subseq. — subaudis om. Ab2,Cr.

PORPH. Ode XVIII ad Varum R. 19) *potius* MARb2G. prius rvafh. *prius.* potius, melius C. *aliam* serat arb. al. arb. fh. aliam om. M2G,rva. 21) et m*oe*ni*a* cathi*ll*i MG. Cathi*li*. a. Ca*ti*li Cfh. m*ae*nia Ca*th*illi R. ca*ti*lli *rv*. Moenia in papyris et uett. codd. frequentius quam m*ae*nia. *K*athillus M in schol. ad C. II, 6. Cathi*ll*i plurimi uett. codd. Horatii. cor*am* MRG. *ch*oram 2. rell. cora*c*em. 22) tibur*ti*ni MR. tibur*ti* rvfh. quod falsum esse supra uidimus. Tibur*ni* C. Huc pertinet scholion apud Suringar. III, 166 ex cod. Theuenot. Abiice *Et*, quod libri tuentur ante *supra*, ex lemmate repetitum atque a nostro loco prorsus alienum. M sine lemmate pergit: Ac ne quis etc. inmoderate M. la*phi*tae R, laph. et lamph. b. 24) perithoi R, rell. pirith. (pyrith. rv), recte, quia Πειρίθοος graece scribitur. Hom. Il. II, 741. XIV, 317. Od. XXI, 295. Hes. Sc. 178. Paus. V, 10, conf. Ouid. Met. VIII, 303. XII, 218. Pont. II. 6, 26. Tr. I, 5, 19. Martial. VII, 23. X, 11.

9. *monet Sithoniis.* *Sithonii* Thraces sunt, qui, per uinolentiam inuitati, etiam inlicitos concubitus audent.

11. *Non ego te, cand. Bassareu.* A genere uestis (Baccharum Acr.) Liber *Bassareus* appellatur, unde et ipsae Bacchae *Bassarides* appellantur.

11. 12. *nec uariis obsita frondibus Sub diuum rapiam.* Non proferam in publicum mysteria tua, inquit, latentia alioquin et secreta. Sed per allegoriam hoc uidetur dicere: ea quae fidei meae commissa sunt, numquam ego ebrius factus prodam.

12. *Saeua tene cum Berecyntio Cornu tympana.* Oro te, inquit, contineas a me, o Liber, furoris incitamenta, quae [ad] cupiditatem insaniendi accendunt.

*Caecus amor.* Cupiditas [. . omnium uitiorum . .].

15. *Et tollens uacuum plus nimio gloria uerticem.* Eleganter, quia ex ebrietate plerumque plus sibi adrogant quam debent. *Vacuum* ergo *uerticem* uanum cerebrum accipe.

# CARMEN I, 19.

## ACRON.

*Mater saeua cup.* Hac ode renouari sibi amorem dicit ueneris instinctu (ac uino), adiuuante [hunc] licentia [et Libero]. *Terentius* (Heaut. III, 1, 74): Nam corruptiores (deteriores) *omnes sumus licentia.*

1) loc. Verg. om. Aγbr, *ut* Virg. R1. Tmesis est om. Aγb,r. pro *quaecumque* C. aut amator aut amica b. 3) schol. om. Aγb. non ign. n. *poenitendis* C. *Adurit* infl. γC. 4) schol. om. AγbR, loc. Verg. om. r. 6) *im*pudendo 2.r. *nobili,* non pud. n. er. *sed* laud. C. Scribendum est: Laudando electionem uel iudicium cogit illum fateri, quam diligat. Haec est optima loci uexatioris medela. Conf. Naun. Miscell. III, 10. Electio*nē* uel iudicium A. electio*ne* uel indicio mvafh. electione*m* uel iudicium γ12R.r. Ingenuoque] cogit — diligat b. om. non pud — andicium. indicium cogit AγR.r. Rell. trahunt *Cogit — diligat* ad sq. scholion. *Non — peccatur* om. AγbR12G,mva. Petita sunt a C ex Bφ: Non omnis uenus quecumque (quae C) domat (dominat φ) hominem semper erub. est. Sepius enim amore peccatur. *in* am. C. *non* peccatur Cfh. Non *autem Venus omnis quae* C. 9) Ad schol. antec. haec pertinent. *Dic* om. Aγ,rC. s. dic b. BφR1 et rell. *dic.* coget mva. 10) Id est fid. dep. seru. om. A. 11) gl. om. Ab. *est* om. γR,r. *dolentis* om. γ. A (sine h) γA,M ad Porph. in lemm. et in schol. conf. II, 17, 15 et Epod. V, 71. Sic Martial. XIV, 125 pro *Attrita* legendum: A. trita. Vide quae dixi ad Mus. Rhen. 1847 p. 635 et de cod. Hein. s. Barcell. p. 28. In codd. Med. et Rom. Vergilii eadem est scriptura. Wagner. p. 381. Arntzen. ad Paneg. 605. Duk. ad Flor. 1, 22. Oudenb. ad Front. I, 1, 9 et ad Appul. Met. 525. Kritz. ad Sal. Ing. 53, 8. *ha*] *ridentis* C. proc. et rap. Aγb,rva. rap. et proc. 1. *quod* sic *in* proc. (om. rap.) fh. *uel* scel. AγbR1,m. *uel* om. r. *et* scel. fh. proc. *uel.* R. *exclamat* quasi in a. s. confessus C. et *ridendo* mir. q. in *tam* proc. sceleratam*que et rap.* amor e. inc. C. sibi m. R2. indiceret R.r. 15) meretri*t*ia Aγ. auaritia om. mvafh. noracitate om. AγbR,r. mer. *uor.* et auar. C. 16) carpere Aγ. rell. *capere.* eam et mari Aγ2R,rmvafh. *etiam* R. unde et ma*ris* comper*at* nora*gini* C. *uoraci* b. *minaci* γ. 17) flamma Aγ. rell. om. 18) incantatris γ. di. ab eo AγR12,r. rell. ab eo di. Incant. — pellere om. b. 19) *arcessere* Aγ.rvC. arcescere 1. rell. *accersere.* *arcessita* in Verrii Fl. Calend. ap. Foggin. p. 43. *uenenis* h. l. om. C. Contra γb2,r pergunt: quis magus poterit te solu. ven. quis d. p. pot. te soluere ueneni. uen. om. γ. *te* ter om. b.

22. *Venenis.* Herbis, ut *Virg.* in Buc. (VIII, 95): *Has herbas atque haec mihi Ponto lecta venena.*

23. *Inligatum.* Inplicitum.

24. *Pegasus.* Bellerophontis equus, cuius celeritate Chimaera dicitur interempta, unde et alas habuisse fingitur. *Virg.* (A. XII, 484): *Alipedumque fuga cursum temptavit equorum. Chimaera.* Sicut superius meretricem mari, ita hic Chimaerae conparavit [*triformi?*] quasi multiformi beluae, quae leonis, draconis et caprae capitibus emineret, flammis armata sicut meretrix dolis, vel incitamentis libidinum multiformis. Aut voluit eam hac conparatione intellegi [et] omnibus corporis partibus turpem.

## PORPHYRION.

1. *Natis — scyphis.* Ὠδὴ προτρεπτικὴ est haec ad hilaritatem, cuius sensus sumptus est ab *Anacreonte* ex libro tertio (c. 57. fragm. 64. ap. Bergk.). *Natis* pro factis, ut apud *Lucilium* est (ed. Bip. p. 177. ex incerto satt. lib. n. 62. ed. Gerlach. p. 89. fragm. 61.): *Pudicis Hortensi est ad eam nata palaestra.*

3. *Verecundum — rix.* Id est, uerecunde tractandum. Ita autem figurata elocutio est, ut apud *Verg.* (A. VIII, 73): *Aeneam et tandem arcete periclis.*

5. *Acinaces.* Gladius Parthicus, sed nunc pro omni gladio positum [est].

10. *Opuntiae Frater.* Nomen huius adulescentis non dicit. *Opuntiae* autem: (Opus) Oppidum Locridis est.

11. 12. *Quo beatus uulnere — sagitta.* Graece dictum est *beatus uulnere — pereat,* quod significat τραῦμα.

2) haec mihi po. Aγ,r, rell. haec (hoc 1) po. mi. Ipse ded. moer. om. Aγ,r. γ habet insuper: *saga*] sagae dicuntur incantatrices a sagacitate. b non nisi glossam: *saga* i. e. incantatrix. 3) *in*l. *in*pl. γ. ill. impl. C. ill. *te in illa* imp. fh, rell. om. glossam. 4) beller*of.* Aγ,r. 5) hab. *fingitur* Aγr. *dicitur hab. sicut fingitur* b. rell. *hab. dicitur.* 6) fug*a* AγR1G, rvaC· curs*um* GmvaC. rell. curs*u.* fug*am* cursu rfh. 7) Quaeritur statuendumne sit lemma *triformi*] q. m. belu*a* quae etc. 9) *uel* incit. AγbR,r, rell. *et* inc. — multiform*is* AγbR1,rmv. rell. libidinum. Multifor*mem* etc. *Aut* scripsi pro au*tem.* 10) *et* om. AγbR1,rv. *uult iam* b. *esse* turpem 1,mva, rell. om. esse. turp. *deformem* C.

PORPH. Ode XXXIII. R. Ode hec est ad hylaritatem R. protreptice ode M,va. ode protr. 2. ode προτρ. fh. ,pro*theo*tice ode r. 14) *ex* lib. MAR2, *in* lib. rvafh. *ex Anacr. lib.* 3 C. *sumptus est* 2. tertio *est* 2. ro. est MR2G, rell. om. 16) *pu*dicis MR2G, rell. *iu*dicis. *nata* (Nata rv) omn. libri, om. fh. pal*e*stra M. 18) detr*a*ct. MR,rvafh. detrect. A2G. *de*tr. ex uerecund*e* *tr.* natum. uerecunde tract. C. uerec.] i. e. uerecun*dum.* detr. MRA2,rvafh. temperatum. detrectandum. Bφ. eloq*uu*tio M,rv. 20) accinac*is* :. rell. acinac*es.* *est* om. MRG. ponitur 2. rell. om. est. 21) Seruaui lectionem omn. librorum *Opuntiae autem* tamquam lemma, mittens medelas: Opun*tius* autem *erat*, uel: Op*us* autem oppidum L. est. Non rara sunt scholia, in quibus aliquid suppleudum est ut: quod adtinet ad, atque omittitur nominatiuus subiecti. 22) locri*dis* est MR2G. est locridis 2. locri*dos* est rvafh. — *Graece* omn. libri. Hinc *grate* (bene Acr.) reieci et pro lect. uulg. *quod sign. tamen* scripsi: quod sign. τραῦμα. cf. Chariton. 2. qu. sign. *tametsi* R2, q. sign. *tamen et* G. *est* om. rvafh.

13. *Cessat voluptas.* Bibendi scilicet voluptas, qua negat se bibiturum, nisi frater Megillae amores suos narraverit.

18. 19. *A. miser, quanta lab. Char.* Intellegendum, hic illum in aurem Horatio amorem suum [esse] confessum. Ita hic intulit: *a, miser, quanta lab. Char.*, significans, illam, quae ametur, procacissimam scelestissimamque esse.

21. *Quae saga.* Sagae sunt praecantatrices, quae vel arcessere carminibus mala hominibus possunt vel expellere.

23. *Vix inligatum te.* Vix te, inquit, ab hac Chimaera liberabit Pegasus, sed hoc utique per allegoriam dictum intellegitur.

# CARMEN I, 28.

## ACRON.

*Te maris et terrae.* Haec ode ex prosopopoeïa formata est; inducitur enim corpus naufragi Archytae Tarentini ad litus expulsum conqueri de iniuria sua et a praetereuntibus petere sepulturam. Qui Archyta Pythagoricus fuit, geometriae et asteroscopiae peritus. Pythagorici enim omnia numeris constare dicunt. Ad eius ergo consolationem etiam famosos et diis ortu coniunctos homines perisse commemorat.

1. *Numeroque carentis harenae.* Ut est *Virg.* (G. II, 105): *Quem qui scire velit, Lybici velit aequoris idem Dicere quam multae Zephyro turbentur harenae.*

1. 2. *Terrae mensorem.* Geometram.

*Cohibent.* Continent.

1) *cess.* uoluptas] bib. sc. *uoluptas* MR. cess. uolu*pt*. G,r. rell. omn. uolu*nt*. qu*i*a se negat *ibi* bib. Bφ. 3) *a* miser (bis) M. rell. *ah* miser. labo*ras in* Char. fh in lemm. R,rva om. *in*. quanta la. M. 4) in*quit* rvafh. in*tulit* MR2G. 5) quanta labo*ras* Charybdi MR,rva. labo*rabas* Char. fh. *esse* om. MR2. scele*ra*tiss. fh (Acr.). 7) *arcessere* MR2C. rell. ac*cer*sere. hominibus om. 2. 9) i*n*lig. M. *ac*chimera M. rell. *hac* chimaera. libera*u*it pro libera*b*it M,r. dict*am* fh. intelleg*i*tur M. intelleg*e*tur G. intelligetur r. rell. intell*igi*tur.

ACRON. Architam philosophum alloquitur A. Ad architam philosophum gene*re* tarentinum arte geometren expulsum naufragio γ. *de* naufr. expulsum codd. Horr. EBφCDHR etc. Ad archit*an* ph. gen. tar. a. g. exp. naufrag*iis* b. Ad archit*en* geomet*ren* exp. *de* naufrag*iis* Bern. A. Ad archytã tarentinum Bern. K. XXVIII ode ad architam pithagor*eam* R. Ad architam 1. 15) od*es* γ2,r. ex prosop*oeia* a. conf. Quintil. I, 8. 3. III, 8. 49. 52. XI. 1, 41. ex prosopop*eia* AγR1,rmv. ex pros*opeia* bG. *per* prosopei*am* 2. ἐκ τῆς προσωποποιΐας fh cum C. 16) li*tus* Aγ. rell. li*tt*us. 17) sep. suum 1. 18) asterosc. AG. et art*eorosc*. γ. ast*ie*rosc. 1. asterosep. R. asteros*te*p. r. rell. as*trosc*. — Pyth. *enim* AR12,rmva. *autem* fh. 19) solationem Aγ2. sol*u*tionem r. rell. *con*solationem. 20) *ortu* coniunc*tos* 2. oriun*do* coniunc*tos* AbR1,mr. oriun*dos* coniunc*tos* γ,v. rell. oriundos coniunctos*que*. peri*s*se Aγb,rmva. 22) aequoris, idem: Disc*ere* fha(.). *idem* u. Vergilii, non Acronis esse, ex ipso Vergilii uersu patet. uide Dillenb. Q. II. p. 67. *dicere* Aγ,r. rell. d*isc*ere. 23) trah*a*ntur 1. trah*a*ntur R. Aγ habent t. lit. init., rell. *turbentur*.

3. *Matinum.* *Matinus* mons Apuliae est, iuxta quem Archyta sepultus est, sive, ut *Quidam* volunt, plana Calabriae.

4. *Nec quicquam tibi prodest.* Id est: nihil tibi profuit ad mortalem condicionem, per physicae disciplinam rationem caeli et ipsas rerum perscrutatum [esse] naturas, ut illud *Verg.* (G. III, 525): *Quid laborant benefacta iuuant?*

7. *Occidit et Pelopis genitor.* Tantalus, Pelopis pater, epularum scelere.

*Conviva deorum.* A quibus pro funestis filii dapibus paena perculsus est. [De qua *Verg.* in sexto (A. VI, 603): *Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris epulaeque ante ora paratae Regifico luxu: Furiarum maxima iuxta Adcubat et manibus prohibet contingere mensas.*]

8. *Tithonusque remotus in auras.* *Tithonum*, Laomedontis filium, Aurorae maritum in auras receptum, hoc est, mortuum dicit, unde *Verg.* (A. VIII, 384): [*Te potuit lacrimis*] *Tithonia flectere coniunx.*

9. *Et Jovis arcanis Minos admissus.* Aut quia se Minos praedicabat cum Jove conloqui et ex consilio eius cuncta agere, aut *Jovis arcanis*, hoc est, Plutonis, a quo institutus est iudex pro recordatione iustitiae, ut (*Verg.* A. VI, 432): *Quaesitor Minos urnam movet.*

9. 10. 11. *Habentque Tartara Panthoiden iterum orco demissum.* Nunc Pythagoram significat, qui praedicavit se apud Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse, qui interfectus a Menelao [iterum] revixit factus Pythagoras idque eum cognovisse agnito clipeo, quem in templo Euphorbus fixerat. Hic ante et in Homerum dicitur renatus, postea in pavonem, postremo iam in Ennium poetam esse mutatus, et ideo eum dicit, nervis atque cute mortuum, anima diu vixisse.

10. *Iterum.* Quia saepe mortuus est, transeunte anima eius in alios.

11. *Demissum.* Demissum in inferiora de superioribus dicitur, [ut *Verg.* in secundo Aeneidos (v. 85): *Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.*]

1) *est* om. mvafh. Matinus est *uicus* et mons Ap. C. siue, ut quibusdam placet, *uicus* Calabriae C. nolunt om. γ12,r. prope *lytus*] prope *latum.* amplum b. prope *latum* A in schol. et in contextu odae, ubi man. rec. exp. corr. *litus.* 5) esse om. A1,mva. perscrutat*iones* 2. *pros*cr. f. perscruta*uisse* γ. ut *illud* AγbR,r. loc. Verg. om. 1G,mva. 7) ep. scelere om. 2. 8) pro *ep. scelere conu. deorum* nouum lemma posui. pro functis R,mr. pro *sumptis* 2. rell. fu*nes*tis. percu*l*sus AγR2, percu*ss*us b1G,rmva. *mulctatus* fh. pena AR. perc. poen*am* b. poen*as* luit C. 8) loc. Verg. om. Aγb,rm. 13) rec. dicit. 1. Te pot. lacr. om. AγR1,r. 14) *unde* Aγ,r. ti*t*on A in schol. et in loc. Verg., ti*th*on in contextu odae. 15) quo*d* afh. rell. *quia.* 16) ex om. r. et eius cons. 2. arc*h.* γ,r. hoc est om. rmva. *id* est γ2. Verg. in sexto om. Aγ,r. totum schol. om. b. 20) euforb*i*um γG. forbium b. euforb*u*m A,v. euphorbium R,r. panth*ois* fil. γR1. penth*us* Ar. panth*i* G. 21) iterum om. 2. *ut* reui*ct*us R. 22) *recog*nouisse A. *is*que eum cogno*uit.* 2. 23) Hic *autem* 1C. et om. 2. *iam* in A1,va (om. *in*) *etiam* in b,r. *et* postr. C. *deinde* in R. eum dicit om. 2. rell. dicit eum. anima *autem* 2. 26) schol. om. Aγ. saepius bR,r, 28) loc. Verg. om. Aγb. per refixum clip. R,r (clyp.). *perfixum* clip. γ. *prae*f. clip. b. gl. om. A. rell. *per clip.* (mv) et *clyp.* (Cafh).

*Clipeo refixo.* Id est per refixum clipeum.

12. *Tempora testatus.* Ordo est: *Testatus Troiana tempora refixa clipeo, te iudice non sordidus auctor* naturae et veri, [nil *ultra nervos atque cutem concesserat atrae morti.*] *Nil ultra.* Id est, quamuis non sit mortuus, nisi tantum neruis et cute.

*Testatus.* Id est, recordatus Troianorum temporum.

14. *Iudice te.* Hoc est: o Archita.

14. *Una manet nox.* Hoc est, mors, ut (*Verg.* A. X, 746): *In aeternam clauduntur lumina noctem.*

16. *Calcanda.* Intranda, ut est *Verg.* (A. VI, 268): *Ibant obscuri sola sub nocte* et (v. 128): *Sed revocare gradum superasque evadere ad auras: Hoc opus, hic labor est.*

17. *Dant alias Furiae.* Dicit diversis quidem generibus sed una morte singulos perire.

*Spectacula Marti.* Eo quod in ludum Martis per bellicum praecipitantur furorem.

18. *Avidum mare.* Vorax, quod demersos sorbeat. *Exitio* id est, ad exitum.

19. *Mixta.* Multitudine morientium totius aetatis, ut *Verg.* (G. IV, 475): *Matres atque viri* [*defunctaque corpora vita Magnanimum heroum*], *pueri innuptaeque puellae. Densentur.* conglobantur.

20. *Nullum. Saeva caput Proserpina fugit.* Quae omnes suscipiat, quam nullus evadat. Figura [est] ὑπαλλαγή: n. e. fugit Proserpina pro fugerunt Proserpin*am*, ut illud in *Vergilio* (B. X, 16): *Stant et oves circum, nostri nec paenitet illas,* pro: nos illarum non paenitet.

21. *Devexi rapidus comes Orionis.* Ut *Vergilius* (A. I, 535): *Cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion.* Ortus enim et occasus Orionis tempestuosi sunt: ideo et *comitem* eius *notum* ventum dixit, *devexum* autem in devexa parte caeli positum. Unde *Vergilius* (A. I, 608): *Convexa polus dum sidera pascit.*

2) schol. om. Ab. te *duce* γ. nil — morti om. AbγRG,r. 4) Id est — cute om. Aγ. 6) schol. om. A. troianorum tempor*a* r. 7) *iudice te*] archita b. hoc est. o archita Aγ. rell. om. 8) Hoc schol. leg. in Aγ, rell. om. claudentur γ. *ueri*que ueritatis b. pro ueritatis γ. rell. om. *mori*] nox b. *per umbram* et: *superasque — est* om. Aγ. totos locos Verg. om. bC. et alibi om. γ. 13) Id est AγR,rmva. ait fh. om. b. scripsi *dicit.* diu. qu. gen. AγbR,rm. diu. gen. qu. vafh. 15) Spect. mart*is* γ1. praecipit*an*tur AγR. praecipit*a*tur r. praecipit*en*tur G1,mva. schol. om. b. Eo quod bellicus furor Martis ludus est C. 17) schol. om. R,r. *dim.* γ. gl. ad *exitio* γb, rell. om. *exitio.* perditioni Bφ. Mi*x*ta Aγ etc. mista fh. s. multitu*dine* A. rell. multitu*do.* 19) def. — heroum om. AγR,r. corp. *bello* 1G. conglob*a*ntur (Liu.) γb. rell. om. spiss*a*ntur Bφ. 21) quae Aγ (que) rell. *quod.* schol. om. b. *seua*] ypallage pro nullum caput fugit seuam proserpinam bγ. 22) est om. AγR,r. fug*e*runt Aγb,r. rell. fug*i*unt. in uergilio (ui*r*g. γb) Aγ. *illi* uirg. b. rell. om. 25) Schol. dedi ex AγbR,r. *Deuexi*] In deu. parte caeli positi. ut Virg, parcet. *Rap. com. Or.*] Ortus dixit ut Virg. in Aen. *Cum — Orion, In uada caeca tulit* afh, conf. Cmv. In deu. parte *locati* 2, om. caeli. pasc*et* rmvafhC. d*e*mersit b. *dim.* γ ut ad u. 18. rell. om.

22. *Obruit.* demersit.

23. *At tu, nauta.* Hic quasi Archytam ponit nautam precari, ne remaneat insepultus, ut ei harenam iniciat: nam in sacris et hoc genus sepulturae tradebatur, ut, si non obrueretur, manu plena ter iacta terra cadaveri pro sepultura esset, ut *Verg.* (A. VI, 365): *Aut tu mihi terram Inice namque potes.* Ideo enim et *particulam harenae* dixit. Ordo est: *At tu, nauta, ne parce malignus dare particulam vagae harenae ossibus et inhumato capiti: sic plectantur Venusinae silvae, quodcumque minabitur Eurus, Hesperiis fluctibus etc.*

*Ne parce malignus.* Ne sis malignus parcendo.

26. *Venusinae silvae.* Venusia civitas Apuliae est, confinis Lucaniae, cuius silvas, quia immensae sunt, pro quibuscunque posuit. Admonet ergo, ne, etiamsi tempestas sit, quae tales silvas flectat, omittat sepeliendi curam.

27. *Multaque merces, Unde potest, tibi defluat aequo ab Jove.* Hoc est nec, adtentus ad lucrum, omittat studium iusta solvendi. *Aequo* prospero.

29. *Neptunoque sacri custode Tarenti.* Vel quia *Neptunus* apud Tarentum devotius colebatur, vel quia in Neptuni tutela dicitur fuisse, seu quia Phalantus, Neptuni filius, apud Tarentum Herculi et Neptuno templa constituit, ut fortiter per fauorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret.

30. *Neglegis.* Deest *si.* *Inmeritis* nihil peccantibus.

31. *Fraudem committere.* Seu studio commercandi fraudem, quae retundet in posteros, capiat, seu certe inhumati piaculum eius filios laedat, aut, ne longum putaret, etiam ipsum delicti subiturum paenas minatur.

2) *Hoc* quasi arc*i*tam A. rell. H*ic*. *hic quot* quasi r. remaneat *hei*arena iniciat A. scripsi *ut ei.* ut iam r. rell. *sed* iam. aren*as* R. 3) nam in sacris *et* hoc Aγ,r. rell. nam *et* in sacr. hoc. 4) *ut si* ARb,rmfh. ut et si γ1G,Cva. ob*ij*ceretur R. rell. ob*ru*eretur. interiacta mv. manu plerumque interiecta r. *pro* om. R. *ut* om. 2 in*ij*ci *nanque potes* vafh. ideo *enim* va. inice. ideo *enim* Aγbr. Ideo *etiam* fh. 6) dicit 2. Ordo — etc. om. A. nauta uage in lemmate γ. 10) Hoc schol• est ex γ. rell. om. Idem cod. ad u. 25: si*t* quod] etiamsi. al. sic. ut sit aduerbium adiuratiuum. ut (*Verg* Ecl. IX, 30): *sic tua Cyaneas fugient examina taxos.* *si* quod] coniuracio b. quodc. min.] coniuratio. periculum. Bφ. sic quodc.] adiurantis est C. 11) Venus*ia* AγbRGC. Venus*ium* fh. Venusin*a* 1,m. Venusin*ae* rva. ciu. Ap. est Aγ. rell. *est Ap.* eius silu. r. *inm.* AγB,r. *a*monet b. ergo *ne* etiam AγbR1. ergo *si etiam* r. ergo *ut etiam si* Cmvafh. *p*lectat Cfh. rell. *f*lectat. flect*at* omittat AγbR1. rell. flectat *ne* om. (*a*m. r, em. b). 14) hoc est, *nec* AγR1G,rmva. hoc est *ne* fh. Hoc *dicit* ne C. omitt*as* fl, rell. omitt*at.* a*d*tent. γ. 15) *Aequo* prospero γ. rell. propitio, prospero C. 16) *Vel quia* omn. libri praeter vafh qui om. *Vel quia.* Suring. p. 58 inter*po*latoris manum suspicatur. 17) *seu* quia AγbR,rmv. rell. *uel* quia. *pa*lan*tus* Aγbr. palan*th*us mva. phalanthus C. phalantus fh. Pal. uel Phal. De script. Palantus, Palanthus, Phalantus uide Carm. II, 16, 12. Neptu*nno* — Neptu*nni* — r. Nept. fil. afh. — fu. dicitur C. herc. *ac* nept. b. templ*um* R. 21) gl. om. Ab. id est γ, rell. *d*eest. neglegis] parui pendis. deest *at si* coniunctio Bφ, *inmeritis* nih. pecc. γC, rell. om. — *id est* si γ. gl. om. Ab,r. rell. *deest si.* 21) mercandi γ. rell. *com*mercandi. 23) *aut* ne. rell. *et* ne, schol. om. b. 23) inhum*antis* A. inhum*atis* R. *et* ipsum R. etiam *usum* r.

*Committere?* Scil. cognosce.

33. *Maneant.* Expectent.

32. *Vicesque superbae.* Ut et ipse pari casu insepultus sit.

33. *Precibus non linquar inultis.* Ultionem precibus suis dandam promittit. *Non linquar.* Non ero sine vindicta.

34. *Teque piacula nulla resolvent.* Hoc est: te nullis hostiis expiabis. *Piacula* enim dicebantur, quibus facinus expiabatur admissum.

35. *Quamquam festinas.* Quamquam celeriter abire velis *Non est mora longa.* Ut (*Verg.* A. III, 453): *Hic tibi ne qua morae fuerint fastidia* (vulg. *dispendia*) *tanti*: ut excusationem arceat, dum ne morosum, quod coeperat, ostendat.

36. *Iniecto ter pulvere.* Ut (*Verg.* A. VI, 506): *Et magna manes ter voce vocavi.*

## PORPHYRION.

*Te — terrae.* Haec ode prosopopoeïae forma est: inducitur enim, corpus naufragi Archytae Tarentini in litus expulsum, conqueri de iniuria sui et petere a praetereuntibus sepulturam. Hic autem Archytas Pythagoricus fuit, qui merito geometriae peritus dicitur, quia Pythagorici omnia numeris constare credunt.

*Matinum. Matinus* mons — sive promuntorium — est Apuliae, iuxta quem Archytas sepultus est.

*Nec quicquam tibi prodest.* Nihil tibi profuit adversus condicionem mortalitatis, quod rationem rerum naturae et ipsum caelum sis perscrutatus.

7. *Occidit et Pelops genitor.* Tantalus scilicet. Haec autem ad solatium mortis dicuntur.

*Tithonusque remotus in auras.* Id est, terris excessit, ac per hoc mortuus est.

1) gl. om. Ab.r. s. cognosce γ. *scias* deest R1, mva. deest *scias* fh. 2) gl. om. Ab. expect*abunt* γ. exp*e*tent R. Te maneant] accusatiuus. *expectent* uel manebunt Bφ. rell. ex*pectent.* 3) schol. ex A. pena (penae)pro neglecta mea sepultura Bφ. 5) Schol. ex γ. rell. om. 6) expi*abis* Aγr (Porph.). expia*bilis* C. rell. expia*beris.* schol. om. b. *te* host. r. rell. om. *te.* nulla expiatione purgaberis (l. purgabis) hoc scelus quod in me *com*mittis Bφ. 8) schol. ex γ. celeriter abire uis C. rell. om 9) *fastidia* tanti AγbR,r. rell. *dispendia* tanti. disp. *nostri* C. d. tante l. 10) nec morosum Aγ. nec mo*d*osum b. nec *uituosum* r. *ne* mor*o*sum 1,vm. rell. *ne* mo*r*sum. ne mersum R. quod cep. ostend*am* b. rell. q. coep. ostend*it.* Scripsi: dum ne morosum — ostendat. *Morosus* autem etiam de *rebus* ingratis in usu erat, ut Plin. H. N. XXI, 33: morosa subtilitas al. Ut *et magna manes* AγR,r. rell. ut *manes magna.* Schol. om. b.

PORPH. Ode XXVIIII R. 15) prosopopoi*ae* forma 2. Hec o. prosopope*ia* for*ma* R. *hac* o. Prosopop*ea* for*ma* v. Haec o. prosopopo*e*ia form*ata* M. Haec Ode *de* (Porph.) prosopop*oeia* form*ata* afh. 16) in*di*citur R. *sui* MR2G. *sua* rvafh. *ex*pet. 2. rell. *et* petere. sepul*chrum* R. Arch*i*tae et arch*y*tas M. 19) Const. num. MR.r. rell. num. const. 19) prom*u*nt*u*rium M. prom*u*ntorium G. conf. ad C*a*rm. I, 15, 7. rell. promontor. 21) quem MR2.rva. qu*od* Bφ.fh. 22) Nihil tibi prof. MAR2. rell. Nil prodest tibi. 23) condi*t*ionem libri: aduers*um* R. nat. rer. fh. rell. rer. nat. 25) si*t* 2,r. 26) Ti*ton* rem. R.v. rell. Ti*th.* rem. Tith. *receptus* fh.

9. *Minos.* *Minos*, Cretensium rex, praedicabat, se cum Jove conloqui et ex consilio eius cuncta agere.

10. *Panthoiden.* Nunc Pythagoram significat, qui praedicavit, se ad Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse, interfectumque a Menelao iterum revixisse et, factum Pythagoram, idem conperisse, agnito clypeo, quem Euphorbus habuerat.

12. 13. *Nihil — atrae.* Nihil praeter corpus morti dari.

14. 15. *Judice te, non sordidus auctor Naturae uerique.* Adfirmante te, Pythagoram non esse mentitum de natura rerum, cuius auctor extitit.

21. 22. *Me — undis.* Notum est, ortu et occasu Orionis tempestates concitari. *Notum comitem Orionis* dicit, quod cum Orione ortus sit.

21. *Me quoque devexi. Devexum* [autem] Orionem ita dicit, ut *Verg.* (A. I, 608): *Convexa polus dum sidera pascit*, id est, in devexo caelo positum.

19. 20. *Nullum — fugit.* Nullum Proserpina timet, ac per hoc neminem exceptum habet.

23. *At tu, nauta.* Ad praetereuntes nautas sermonem Archytam convertisse fugit.

26. *Venusinae.* Venusia colonia est inter Lucaniam et Apuliam, patria poetae. Unde *silvas Venusinas* pro quibuslibet posuit.

*Plectantur* autem luant atque experiantur significat.

29. *Neptunoque sacri custode Tarenti. Custodem Tarenti Neptunum* ait, quia praecipue Neptunus ibi colitur.

30. *Neglegis inmeritis nocituram.* Ordo est: *Neglegis fraudem committere;*

1) conloqui M. 2) *et* cons. rvafh. 3) qu*i* 2. rell. qu*ia*. 4) pant*hi* M2Bφ. pan*ti* R. rell. Pant*hoi* s. pant*hoy*. eu*f*orbum M,r. euforb*i*um v. rell. eu*ph*orb*u*m. 5) *id est* comp. MG. *idque* comp. R. id*que se* comp. 2. *Id compertum est* Bφ. *id cognouisse* rvafh. pro *id est* scripsi *idem*. clip. euf. M. 7—10) Facile utique negotium erat haec scholia emendare. Quidam impotens lemmatis distinguendi a schol. uerbis exclamauit: huius scholii tenebris ut lucem afferrem nullis machinis efficere potui; quare optimum uisum est corruptissima uerba ex codice (G) in textum recipere: '*nil ultra neru. ac cut. morti.* Nihil praeter corpus morti dari. Iudice te non sordidus auctor uerique: Affirmante Pythagora. Non eum mentitum de nat. r. c. a. e.' Nihil — dar*i* indic*et non sordidus auctor*. Ad*f*irmante pythagor*a* — existit M. pythagor*a* omn. libri. male, nam Archytas adfirmat, non Pythagoras. Pythagor*am* scripsi. indic*et* = *iudice te* = adfirmante *te*. *aff. te* AR. Pro *eum* posui *esse*. dare A,rv. dar*et* R. ment. natu*ram* afh. ment. natur*a* v. rell. ment. *de* natura. non *enim* ment. 2. 12) noth*um* 2. 19) sit MAR2G, *est* rvafh. 13) *autem* fh. rell. om. — ita dicit ut M. ita di*x*it ut AR2G. *ita* om. rva. *ita dixit* om. fh. 18) sermonem MAR2G. rell. om. Arch. *se* conv. afh. *serm.* et *se* om. rv. 20) *est* MR2G, rell. om. 21) patr. po. MR2G,r. po. patr. afh. patr. om. v. 22) significat MR2G. signat r. si*t* u. sic a. om. fh. experientur M. 23) neptu*m*num R. 25) Ordo — in me committere MAR2,r et G qui om. *fraudem* inter *negl.* et *comm.* vafh: Negligis, id est, fraudem committere facile esse putas.

sensus autem est: neglegis me et fraudem in me committere facile esse putas, atque haec expetet in eos, qui ex te nati sunt, id est, in filios tuos.

34. *Teque — resolvent.* Id est, nullo modo expiabis hoc scelus, quod in me admittis.

32. 33. *Vicesque — ipsum.* Paenae intellegendae, quas pro superbis factis dicit illum esse passurum.

*Precibus non linquar.* Id est: preces meae efficient, ut ultionem huius rei persolvas, quod piaculum in me admittas.

# CARMEN I, 29.

## ACRON.

Ad Iccium scribit, quem miratur philosophia intermisso studio repente se ad militarem vitam contulisse, cupiditate diuitiarum; nam idem Iccius Panaetii, Socratici philosophi, bibliothecam emerat, cuius lectione ad philosophandum fuerat deductus.

1. 2. *Beatis nunc Arabum invides Saxis.* *Arabis beatis* aemulus es, pares divitias cupiendo: *gazas* enim pro divitiis ponit, [ut *Verg.* (A. I, 119): *Arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas*, et in quinto (v. 40): *Et gaza laetus agresti*].

2. *Acrem militiam paras.* Id est, fortem, duram, acerbam. Admonet periculorum, per quae ad divitias gerentes bella perveniunt.

3. *Non ante devictis.* Id est: cum non sint adhuc debellati, tu *nectis* iam *catenas.*

4. *Horribilique Medo.* Forti, crudeli.

2) atq. u. XV (sic) MG. atq. u. 2. atqui u. = enim rv. atque *enim* a. atqui R,fh (om. *enim*). Scribendum censeo *atquin*, quippe quae perbona particula pluribus uariae aetatis scriptoribus in usu erat. Atqui haec luent qui ex te nati *erunt*, id est, filii tui C. — expet*et* M2G,rva. expet*it* R. expet*ent* fh. Cum *haec*, sc. fraus, singularis sit, lectio librorum omni iure seruanda est. — *in* om. fh. 5) *pro* MAR2G, om. rvafh. *dicit* MR2G,r. rell. om. passurum *precatur* afh. Ascensius *precatur* fecit ex (*praecibus. Non linquar* rv) primo lemmatis subseq. uerbo. 6) *esse* MR, rell. om. 7) pr*ae*ces M.ra. ulctionem r.

ACRON. Ad Iecium A1. ut multi codd. Horatii. Alii, ut bBφ, addunt *loquitur*, alii pauci *philosophum*. Ad *H*iccium γ, qui tamen in scholiis *I*ccius et Icius habet, ut b Hiccium et Hiccius in scholio primo, *I*ccium in epigraphe. 13) Ad Hiccium ser. b. *Hicci* beatis] Ad *icium* ser. γ. inuid*ens* 1. interm. phil. stud. γbR12,r. rell. phil. int. st. (Porph.). 14) *idem* om. 2. panet*ri* A. paneti γ. pan*ae*ti bG. rell. Pan*aetii*. socrati γ. biblio*t*ecam γ,r. 17) gazis] *At his* emulus es γ. *Ad this* em. es b. *athis* em. es r. mira lectio, quae ex be*atis* orta uidetur. 18) par. diu. cup. AγbR1,r (*cap.*). m. (*ut* p. d. cup.). *ut* cup. par. diu. vfh: *ut* par. diuitias: *ut* cup. diuitias. Asc. — gaz*a* Aγb,r. rell. gaz*as*. *enim* AγbR,r. rell. om. Loc. Verg. om. Aγb,r. Verg. om. R. 19) *in* om. fh. 21) Id acerbam om. R1G,r. est in Aγr.Cmvafh. 22) periculo*rum* γrR,r. om. Ab. rell. pericul*a*. *per* quae AγR12G. *propter* quae vmfh. schol. om. brC. 23) schol. om. A et b, qui pauca scholia ad h. o. habet. 24) nect*es* fh. *iam* om. 2, qui habet: nectis catenas ut alliges reges. quae fiunt *pluribus* nexibus. 25) glossae extant in AR2,Cmvafh. rell. om.

5. *Nectis catenas.* Aut inligas regibus victis catenas, aut fabricas: mutuis (multis?) enim nexibus fiunt catenae.

6. *Sponso necato.* Id est, nisi occiso prius *sponso*, in servitium captiva non veniet.

7. *Puer q. ex aula.* Regis filius, qui captus pocula ministraret.

9. *Sericas.* Derivativum est ex eo, quod . . *Seres* vocantur. *Seria* gens enim est Parthis vicina, sagittandi arte famosa, a qua . . et *Sericum* vocatur.

*Tendere.* Dirigere, intendere.

10. *Quis neget* etc. Id est: quis rerum naturam neget posse mutari, cum tu studia in contraria verteris, contra omnium opinionem.

11. *Pronos.* Proclivos, nam *proni* dicuntur rivi de montibus effluentes, quia impetuose fluunt.

12. Et *Tiberim reverti.* Ut (*Verg.* IX, 125): *Revocatque pedem Tiberinus ab alto.*

13. *Nobilis Libros Panaeti.* Panaetius stoicus philosophus fuit, praeceptor Scipionis Africani et Laelii, Rhodius natione. Ordo est: *Quis neget, relabi posse rivos pronos arduis montibus et Tiberim posse reverti cum* [uel] *tu pollicitus meliora tendis mutare loricis Hiberis libros Panaeti* undique coemptos et Socraticam domum.

15. *Loricis Hiberis.* Optimae enim et fortes Hispanae loricae sunt.

14. *Socraticam et domum.* Sectam sive libros.

15. *Mutare loricis Hib.* Ordo est: *Socraticam et domum loricis Hiberis mutare tendis.*

*Meliora* autem, scilicet studia, secundum professionem autem suam

1) i*n*lig. Aγ. rell. i*ll*ig. 2) Scribendum est pro *muluis*, quod omni sensu caret: *multis.* Porph. habet *quibusdam.* 3) occiso prius sp. Aγ2,r, rell. pr. occ. sp. 4) uenie*t* Aγ12G,r. ueni*ret* R. ueni*t* mvafh. 5) *ex aula.* rapt*um* a te b. — ministr*aret* libri omnes. recte, nam nondum captus erat. hinc minis*tret*, quod Quidam inculcauit, *a scholio* alienum est. — *unctis.* delibutis γC. 6) Deriu*atum* R, f. rell. deriua*tiuum.* *ex* eo AγR,r. rell. *ab* eo. uoc*an*tur AγR, rva. rell. uoc*a*tur. Ser*i*ca γR1G,mv. Ser*ia* A,vafh. serica — uocatur om. r. gens enim est AγG. gens est enim R1,mv. enim gens est afh. 7) seric*us* 1. rell. seric*um.* 9) gl. ex Aγ. rell. om. arcu] *documento* (exemplo. uirtute?) γ. 11) *tu* omn. libri. — contrar*iam* A (contrar*ium* Porph.) rell. contrari*a*, ut Bφ in schol. Porph. *omnium* AγRG,r. rell. *homin*um. 12) procliu*os*' γR,rvm. procliu*es* A,Cafh. procliu*us* in Lucret. et Plauto, Sen. et Varrone. 13) *efl.* R. rell. effl. qu*ia* γ. rell. qu*i*. *paneti* panetus γ. rell. panaetius. fil. γ. phil. om. C. 17) le*tis* Aγ. l*ae*tis r. *Cecis* 1. Lae*lii* Cvafh lae*li* m. conf. Porph. *rod.* γ. 18) Ordo — Socraticam om. A. riu. posse pronos γ. rell. po. riu. pro' *uel* mvafh. rell. om. 19) tendis γR,r. rell. *con*tendis. mel. tend. mut. γRr (om. mut.). rell. mel. mut. contend. lor. hib. (ib. a) und. co. nobil*is* lib. pan. libros nobil*es* pan. r. socr. et domum va. 21) *et fortes* AγR2,rv. forte fh. hispan*ae* AγR12.r. hispan*iae* mvfh. sunt om. R. 23) Huius scholii prior pars ex Aγ. petita, altera ex iisdem et R,rmvafh. 25) *subaudi* stud. R,r. autem om. va. stud. scil. prof. va. — autem om. b.

poeta philosophiam vult intellegi. Elocutio vera nota est: philosophiam militia mutare.

[16. *Tendis.* Contendis istas, ut *Verg.* (A. V, 21 et 27): *Nec tendere contra.*]

## PORPHYRION.

*Icci beatis — Gazis.* Hanc oden ad Iccium scribit, quem miratur, intermisso philosophiae studio, repente se ad [militare studium] militiam contulisse, per [quod] quam videtur concupiscere divitias Arabum.

1. 2. *Invides — Gazis.* Id est, aemularis Arabes in divitiis habendis, ac per hoc divitias concupiscis.

2. 4. [*et acrem militiam paras — Regibus.* Dativi casus est, hoc est: illis paras militiam, quod est: adversus illos.

5. *Nectis catenas.* Non inicis sed fabricas intellegendum. Est proprie dictum: catenae enim ipsae nexibus quibusdam constant.

5. 6. *Quae tibi virginum Sponse necato,* scilicet, sponso.

1) *et locutio* γ. conf. C: nota *locutio* est. rell. omn. *Elocutio* uero noua est. *Philos. mut. mutare* A add., rell. om. 3) Hoc schol. neque in codd. neque in uett. edd. legitur· Fabricius (fh) maximam eius partem petiit ex C: tendis] contendis, ut: *nec tendere contra*, addens: instas (istas h). Quidam sic edidit: *te* tendere contra. dicens: '*nec* tendere contra *libri*, sed hunc uersus exitum non repperi apud Vergilium.' A. V, 21: Nec nos obniti contra, *nec* tendere *tantum.* u. 27: et frustra cerno *te* tendere *contra.*

PORPH. Ode XXX ad Iccium R: 6) odem R2, r cum linea, v sine linea. beat*us* v non, memorabilis scriptura. sed error typogr. est ut infra: *conspicere* diuitias *rabum.* 7—8) Omnes codd. atque edd. uett. habent *quam*, omnes libri: *militare studium.* Alterum utrum falsum. *quod* afh. Ascensius ergo primus correxit *quam.* Sed alius uidetur esse corrigendi locus. *Militiam* (militarem uitam Acr.) posui. Namque in uett. codd. Bφ duo scholia a 1. m. exarata leguntur: 1: Hanc oden ad iccium reperte ad *militare studium fuisse conuersum* per *quod* u. c. diuitias (om. arabum). 2: Miratur *licium* intermisso phil. studio *se ad militiam contulisse.* Militia autem utrumque continetur, et uita et studium. 9) Id est M,rva rell. om. arab*os* M. Quod temere a Quodam receptum est. arab*us* enim est adi. et plurali numero subst. apud poetas, ut apud Verg. A. VII, 604. arab*as* rva. arab*es* R2Bφ,fh. 12) *Et acrem militiam — paras militiam* ‖ quod est aduersus illos M, om. Datiui — militiam. Paras *diuitiis* militiam rva. 13) *id* est 2. rell. *quod* est. *regibus*] aduersus reges C. id est. aduersus reges Bφ. 14) Scribendum est inicis (Cic. Verr. V, 41) pro *uincis*, quippe quod ex *deuictis* u. 3 et ex sensu opposito *(proprie dictum)* ortum est. Acron: *iniigas regibus uictis catenas.* Commune autem uerbum transitiuum ad uerbum lemmatis requiritur, ut *indere* Plaut. Capt. I, 2, 3, dare Flor. III, 5. Litterae u. *uincis* et *inicis* sibi simillimae sunt. 14) Pro *intellegendum est. Proprie dictum* scripsi: intellegendum. Et pr. dictum. 15) Recte cum Ascensio (afh) distinguitur: caten*ae* enim ipsae. catenae. Ipsae enim M (Ips*a*) G,r. catenae Ipsae v, sine puncto. In Horatio enim caten*as*, non caten*ae* legitur, atque hic casus seruandus est. 16) Sic Fabricius, sic omnes fere libri. permale arbitror. Totum schol. in meliorem ordinem est redigendum et sic scribendum: *Necato*] A te [*necato*] scilicet *sponso*] suo. A lemmate ergo *tibi* est remouendum una cum reliquis uerbis. Nam Porph. coniungere noluit *tibi* cum *necato*, quod sine damno perspicuitatis a scholio abesse potest. Bφ: necato] *a te scilicet. Sponso* autem h. l. aut superfluum est ideo quod h. u. a poeta ante *necato* positum extat, atque hinc *scilicet* ad *sponso* pertinere nequit, aut additamento aliquo indiget. — sponso *suo* R. *sponso*] s. illius Bφ.

7. *Puer — aula.* Hoc est, regius puer, non enim, qui in aula servierit.

9. *Sagittas — Sericas.* Hoc est, Parthicas, a gente *Serum*, qui partis orbis terrae orientis subiectam tenent.

10. *Quis neget* etc. Παροιμιῶδες, cuius sensus est: Quis non credat rerum naturam posse mutari, ut flumina in montes revertantur, unde alioquin descendunt, cum tu vitae studia in contrarium verteris, quod nemo speraverit posse fieri. Tale est autem illud *Vergilii* (B. VIII, 27): *Iungentur iam gryphes equis, aevoque sequenti Cum canibus timidi venient ad pocula damae.*

14. *Panaeti.* Panaetius stoicus philosophus fuit, praeceptor Scipionis Africani et Laelii, genere Rhodius.

15. *Loricis Hiberis.* Κατ' ἐξοχὴν dixit, quia optimae sunt Hispaniae loricae.

14. *Socraticam et domum.* Ut si diceret: Socraticae scholae disciplinam.

16. *Tendis.* Pro contendis. Ordo est autem: *Socraticam* [et] *domum mutare loricis Hiberis tendis. Pollicitus meliora.*] *Meliora* aut absolute dictum est aut *studia* subaudiendum, et *meliora studia* secundum suam opinionem poeta vult intellegi. Nota autem figura elocutionis est, qua dicitur: philosophiam militia mutare, hoc est, philosophia dimissa, militiam sumere, ut *Verg.* (G. I, 8): *Chaoniam pingui glandem mutavit arista.*

# CARMEN I, 30.

## ACRON.

*O Venus* etc. Quasi epigramma est hoc in dedicationem Veneris (in aedem dicatam Veneri?) scriptum, quam ipse consecraret.

1) *quisquis* MG,rv in lemmate. *hoc est* MAR2G. rell. om. *non enim* MAR2G. rell. om. seruiuerit r. regi*bus* M. Non in aula nutritus sed dignus aule regiae. Tale est quasi diceret. regius puer Bφ. *ex aula*] puer regius C. 2) *Hoc* est MR2G. rell. *Id* est. orient*is* MRG. rell. orient*i*. 4) παροιμιῶδες M,a. παροεμιωδες 2G. παροσμιοδες rv. *Sermo* παροιμ. fh. om. R. cuius MA2G. om. R. et edd. 6) d*i*scendunt M. *disce*dunt R. rell. *de*scendunt. alioqui*n* R,a. rell. alioqu*i*. 7) sperauer*it* MAR,rv. sperauer*at* 2, afh. *cogitauerat* C. — Tale est *autem* M. Tale *autem* est R rell. om. *autem*. 8) gr*y*pes M. ·gripes 2. — panetius MR. philosophus MR2. rell. om. lelii gene*r* rv. natione C (Acr.) rell. genere. 12) κατα ἐξοχ. rva. — Hispan*i*ae MG,rv. hispan*ae* 2. hispane R. Hispa*n*icae Cfh. s*i*nt R. optime R,v. 13) scolae R. 14) Te*mn*is pro contem*n*is rv. Ordo est autem M,rva. Ordo *autem* est R. rell. om. *autem*. *Aut* Socr. fh. 15) *i*beris te*mn*is rv. 13) *et* MR (lemma). rell. om. et. Ordo — tendis om. 2. 15) Legendum pro meliora *autem absol.* [MR2G, rva]: meliora *aut* abs. Mel. *autem aut* abs. fh. Namque *meliora* aut absolute intellegendum esse aut *studia* supplendum Porph. dicit. duae sunt expositiones, quae secum coniungi nequeunt, cum interpres alteram acceperit. 16) est om. ra. et meliora om. vafh. stud. *poeta* 2,rvafh. et mel. stud. om. M. 17) dic*itur* MAR2G. rell. dic*unt*. elo*quut*. rv. 18) *missa* fh. rell. *di*missa.

ACRON. Ad Venerem (bis) A1R (Ode XXXI). Eutice ad uenerem pro glicera BφR (Hor.) γ addit: meretrice.

24) epigra*ma* A. *est hoc* AγRr. rell. *hoc est*. *hoc* om. b. epygr. br. in *dedicationem* uener*is* *s*criptum libri omnes (script*am* r). Corruptis uerbis *in dedicationem ueneris* Quidam adiunxit

1. *Cnidi Paphique.* *Cnidus* urbs Cariae est, *Paphos* vero urbs Cypri insulae, utraque Venerem praecipue colens. Precatur ergo, ut, desertis velut propriis civitatibus, adsit aedibus consecratis. Incertum autem, utrum Glycera amica an ancilla sit.

5. 6. *Solutis Gratiae zonis.* Vel liberae, vel quod nudae non cingantur. Bene autem nudae et solutis zonis Gratiae finguntur, quia amicorum animi soluti secum et nudi esse deberent.

7. *Et parum comis sine te Juventas Mercurius que.* *Parum comis,* hoc est, minus elegans [*Juventas.*]

*Sine te.* Hoc est, sine venustate. Sciendum tamen, Venerem non tantum concubitus verum etiam omnium elegantiarum esse dominam. Aliud est tamen invent*as*, aliud iuuen*ta*, aliud invent*us*. Juvent*as* aetatis putatur, iuvent*a* ipsum nomen, iuvent*us* adulescentia.

18. [*Mercuriusque.*] Per *Mercurium* vero quaestum vult accipi, tamquam sine venustate nec lucrum sit.

## PORPHYRION.

1. *O Venus Cnidi Paphique.* Quasi epigramma est hoc in dedicationem

cum in Acronis tum in Porph. schol. *sacelli,* simpliciter confitens: 'hoc schol. et initium schol. Porph. ut potui emendaui: sed probe scio ne sic quidem integra ea esse, altiusque repetendam corruptelae originem.' Omnino. At enim uero non ex suo ingenio petiit Editor *sacellum* sed aut ex Landini Commento aut ex Cruquii Commentatore, qui haecce habet: Dicarat Glycera *sacellum* Veneri in suis aedibus. Horatius autem ei tamquam epigramma scripsit, orans Venerem, ut relictis Papho et Cypro, *in aedem Glycerae sibi dedicatam* migrare uelit. Scilicet Commentator bonae frugi existimandus est. Etenim fieri potest, ut uera inde manet loci emendatio: in ae*dem dicatam* Veneri scriptum, q. i. c. Postrema tria uerba q. i. c. si addita non essent, possemus acquiescere in simplici locutione: *in uenerationem ueneris,* quam offerunt Bγ: Hoc epigramma *in uenerationem ueneris* scriptum est ut glyceram proteruam inpellat ad amorem illius cum mercurio et cupidine. Non dubitandum est, uerba in *dedicationē* et in *edē dicatā* aliquantum habere similitudinis. Ac negantibus discrimen inter *dedicare* et *dicare* paruum tamen inter haec uerba et *consecrare* adgnoscendum esse nobis uidetur cum Graeuio ad Cic. Verr. 48. Ipse poeta 'O Venus, inquit, te transfer *in aedem* tibi dicatam ut adsis consecrationi.' Quod si uerum est, praeferendae sunt lectiones codicum quae coni. imperf. exhibent: qu*am* ipse consecrar*et* γr (quod). quo*d* ipse consecrar*etur* RG,r. Aut aedem iam consecrauerat. qu*am* ipse consecra*uerat* b. consecrar*at* a. consecrar*it* A. Item in Porphyrionis scholio: quam ipse consecrar*it* G (ad marg. *quod*). quam *a se ipso* consecrar*it* MR. quam ipse consecra*uit* 2.rva (q. i. c. om. fh). Aut ergo scribendum est: quam ipse consecrar*et* s. qu*ae* ipsi consecrar*etur*. aut, quia precatur, ut adsit *aedibus consecratis*: quam ipse consecrar*it*.

1) insulae in quibus uenus praecipue colitur 1. uero om. R. 2) Prec. *ergo* AR12,r. rell. autem. 6) uel quod nu. 1. rell. uel nudae quod. Bene *autem* γR2. rell. et bene. 7) *inuicem* fh. *inter se* C. (Porph.) rell. *secum.* aperti C. rell. *nudi.* *Sol. Gratiae zon.*] Gratiae nudae et *incinctae* pinguntur, quia etc. 7) deber*ent* γ,r. rell. deb*ent.* 9) hoc est γR12,rmva. id est G. om. A. fh. Iuventas om. 2. 10) Sciendum est tamen vafh. rell. om. *est* tamen est 2. 11) sed etiam vafh. rell. *uerum* etiam. 12) deam R. aliu*t* A. Aliud est tamen AR,r. rell. tamen est. — Iuuen*tas* aet*atis* Aγ (etatis) rell. Iuven*ta* ae*tas.* iuuen*ta* ips. Aγ1. 13) adu*d*. A. 14) questum A. tamquam *cum* uenustate sit lucrum 2. u. 3. *decoram*] ornatam γ. 5. *puer*] cupido γ.

(in aedem dicatam Veneri?) Veneris scriptum, quam a se ipso consecrarit. Gnidus [autem] urbs Cariae, Paphos autem urbs insulae Cypri, utraque Venerem praecipue colens.

5. *Fervidus — puer.* Id est, Cupido, quod fervorem amoris inferat.

5. 6. *Solutis Gratiae zonis.* Bene *Gratiae* nudae [et] sine nodis finguntur, quia amici animos solutos ac nudos inter se habere debent.

7. *Parum comis.* Id est, minus elegans.

*Sine te.* Hoc est, sine venustate. Scire autem debemus, Venerem non tantum concubituum, verum etiam dominam esse omnium elegantiarum. Sic alibi ipse (A. P, v. 42): *Ordinis haec virtus erit et Venus.*†††)

# CARMEN I, 31.

## ACRON.

1. *Quid dedicatum poscit Apollinem. Vates?* Apollinis templum in Palatio dedicavit Augustus, sed hic *Apollinem* pro templo Apollinis posuit [μετωνυμικῶς], et significat modestiam votorum suorum, negans [se] ab Apolline, quae ad cupiditatem aut avaritiam spectent, petere, sed bonam mentem bonamque corporis usque ad senectutem valetudinem precari cum lyrico studio. Putatur tamen domi suae Horatius Apollinem dedicasse, ad quem hoc scribit.

PORPH. Ode XXXI. Ad Venerem R. 17) cnidique patique M. — *est hoc* MR2.rva. hoc est fh. Lectionibus supra dictis ad Acronis schol. adde *in delectationem* ex ed. Ven.

1) Pro *a se ipso* i. e. sua sponte etiam *ipse* dicebatur. conf. Colum. XI, 1, 5: — rogatus — *a se* instituere consuenerit. Ego uero, inquit, *ipse* institutio. *quam — consecrarit* om. fh. 2) *autem* libri. *C*nidos M. Gnid*os* rv. rell. Gnid*us*. pa*f*os M. paphos R2,rv. urbi est R. est urbs 2. rell. om. est. urbs *intra insulam* cypri R. 4 bene gratiae nudae *si* sine *nude* finguntur M. bene gratie nude sine *nodis* finguntur R. bene *solutis zonis* quia Gratiae nudae *et* sine n. fing. 2. bene gratiae sol. zon. quia etc. Grv. afh om. bene sol. zonis, bene gratiae nudae et *sine zonis pinguntur*, quia amici etc. Bφ. conf. C: Gratiae nudae et *incinctae pin*guntur, quia et q. seq. amici *amicos* R. rell. am. *animos.* 7) co*mm*is M. 9) concubit*um* M,rv. rell. concubit*us*. Scripsi concubit*uum* (Liu. IV, 2: quoslibet concubitus). pluralis enim multo praestantior est.

†††) Ut supra ad Carm. I, 16, sic his uerbis commenta Christophori Landini a Fabricio p. 54 (conf. p. 782) tamquam Porphyrionis scholia adiuncta leguntur. Idem factum est a Nic. Hoenigero p. 284. a Braunhardo P. II p. XLV. atque, in adnotationibus quidem, nuper a Quodam p. 131.

ACRON. Ad apollinem A1. Eutice ad apollinem γb. BφR addunt: ipsi sacrificans uite presentis statum. 14) hic AγbRr,r. rell. om. 15) μετων. s. meton. om. AγbR,r. — se om. Aγb2. *quae* om. fh. 18) spect*a*nt rC. 19) bon*am*que γ,r. bon*um*que b. rell. bon*a*que. — *ualitudinem* γ,r. ualetudi*ne* A. mentem bona*m*que *ualetudinem* (om. precari) C. mentem bonamque corporis uali*t*udinem usque ad ultimam senect*am* Bφ. rell. om. *ualetudinem.* 20) domi suae AR,r. domi. om. suae. γ, dom*us* suae b. rell. *diuerse,* quod ineptum est. fidunt autem qui patent hanc Apollinis consecrationem non ad Palatium sed *ad domum suam* pertinere, ubi Horatius Apollini sacellum dedicauerat. 21) hoc AγRr,b r. rell. h*aec.* scribit hoc γ.

2. *De patera.* Calice, ut (*Verg.* G. II, 192): *Hic laticis, qualem pateris libamus et auro.*

2. 3. *Novum fundens liquorem.* Aut vinum non vetus, ut deos non exquisitis muneribus placari monstraret, aut certe per quod nova instaurabatur precatio: nam et ipsum morem sacrificandi ostendit, ut (*Verg.* A. IV, 60): *Ipsa tenens dextra pateram [pulcherrima Dido.]*

3. *Opimae.* Pinguis et fertilis iumentis.

5. *Non aestuosae. Aestuosa* enim et aptior pecori regio est, ut est (*Lucan.* IX, 185): *Et calidi lucent buceta Matini.*

6. *Aut ebur Indicum.* Indis enim ebur abunde est, ut (*Verg.* G. I, 57): *India mittit ebur [molles sua tura Sabaei].*

7. *Lyris.* Fluvius est Campaniae interfluens urbem Minturnensium, ut (*Lucan.* II, 424): *Et umbrosae Liris per regna Maricae.*

8. *Taciturnus.* Lenis, magnus, altus. Unde *Vergilius* de Tiberis altitudine (A. VIII, 87): *Et tacita refluens ita substitit unda.*

9. *Premant.* Id est, reprimant, putando *vitem.*

*Calena falce.* A loco: *Cale* enim oppidum in agro Sidicino est, ubi optima vina [ut] Falerna nascuntur.

10. *Dives.* Ordo est: *Et dives mercator, carus ipsis diis, quippe ter et quater anno inpune revisens Atlanticum mare exsiccet vina aureis culillis reparata Syra merce.*

11. *Culillis.* Poculis; proprie autem *culilli* calices dicuntur fictiles,

3) sc. *uinum* aut non uet. 2. nou. liq.] *uinum* nouum. ostendit mor. sacr. ut — C. rell. om. *uinum. uinum* recte. hinc *per quod* infra libri omnes. 4) instauratur l. *re*staurab. R. 6) pul. dido om. AγbR2.r. 7) ping. et fert. *instru*mentis A. rell. om. scripsi *iu*mentis. 8) enim et apt. pec. reg. est AγR2.r. rell. enim reg. est apt. pecori. — *est* Aγ. rell. om *est.* 9) bu*c*ceta Aγ. rell. buceta. mathini A. mathinni γ. rell. ma*t*ini. schol. om. b. 10) abunde est AγR1.r. rell. est abunde. moll. s. t. sab. om. Aγ.r. schol. om. b. 12) est camp. AγR1 r. rell. camp. est. *ut* Verg. A. *ut* uirg. Rb,r. rell. Virg. 13) lyris Bφrfh. laris l. rell. l*i*ris. (Λεῖρις Str.) — mari*te* Ab. marice γ. 14) len. ma. alt. AγR. om. b. len. alt. magnus mvafh. len*ius fluens* magnus alt*ior* r. magnus (magnum promuntorium) est altus profundus. Nos dicimus: stille Wasser sind tief. Ergo non altioris eruditionis est temere inculcata Cuiusdam lectio: 'correxi *non* altus magnus'. Si quid temptandum esset, ego proponerem *lentus* pro *altus*, nam lentus est Liris fluuius, aut *mansuetus* pro *magnus* al*tus*, sicuti uel *litora* quieta a Prop. I, 17, 28 mansueta dicuntur. 17) A loco γb. rell. om. Cale AγbR12C,rmv. Cal*es* Cah. Calces f. Cal*os* Bφ. (conf. Porph.) *enim* Aγb,r. rell. om. lopid. Ab,v. op. *est* vafh. sidici*nona* R. sidici nōe — nomine b. se*dia* nomine r. tid. v. rell. sidicino. Notum est *Teanum Sidicinum* siue *Tean. Sidicinum cognomine.* Cic. epist. et ex Plin. H. N. III. 5. cf. Hor. epist. I. 1, 85. uina fal. AγR.r. *ut* fal. vafh (falt.). *uelut* fal. 1.m. ut fal. om. 2. apt. uina *Calena* nasc. C. calos oppidum est campaniae ubi optimum uinum nascitur. quod *calenum* uocatur. hoc ergo dicit. possident pretiosa quaeque. quibus fortuna concessit Bφ. 19) Ordo merce om. AbR2. colloc. inferius, r autem post schol. subseq. sic ordinem habet: Ordo est. Et diu. merc. carus ipsis diis. om. rell. *ch*ar. afh. a*th*l. γ.v. e*x*siccet γ,G. *ex*iccet math. exicet v. syra om. fh. rep. *s*ira merce*de* γ. 20) cul*u*llis libri omn. h. l. 22) culillis culi*lli* Aγ. uterque etiam in Hor. cu*u*lli autem prop. cal. b. conf. Bφ: cul*ulis*] Cul*ulae*

quibus pontifices virgines Vestales *utebantur*. Hic autem pro urceolis et conchis posuit.

12. *Syra merce* pro pretiosa posuit, qua venditoris (vindemitoris?) vina a negotiatoribus comparentur.

13. *Dis carus ipsis.* Quasi in hoc diis velut per invidiam gratos mercatores dicit, quod et prospere et frequentius navigant.

14. *Aequor Atlanticum* . . Aut posuit pro quocumque mari, aut — Oceanum, ubi et mons Atlans esse dicitur. [*Vergilius* in quarto (L. IV, 480: *Oceani finem iuxta solemque cadentem Ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlans Axem umero torquet stellis ardentibus aptum.*]

16. *Cichorea.* *Cichoreae* herbae multis et tenuibus radicibus, quas *Vergilius* intuba nominat in Georg. primo (o. 120): *Et amaris intuba fibris*].

17. *Frui paratis.* Aut quae ego paraverim, aut quae in promptu sunt omnibus. Ordo est: *Et, Latoe, precor, dones mihi ualido frui paratis,* at *cum integra mente nec degere turpem senectam nec carentem cithara.*

18. 19. *Integra cum mente.* (Sana?) Ut (*Juven.* X, 356): *Sit mens sana in corpore sano.*

[18. *At.* Sed, vel saltem, ut *Verg.* in prima Aeneidos (v. 543): *At sperate deos memores fandi atque nefandi.*]

[20. *Degere.* Ducere, ut *Vergilius* in quarto Aeneidos (v. 550): *Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere, more ferae.*]

17. *Valido.* sano.

[CVLVLAE B ad marg.] sunt calices quibus in sacris utebantur pontifices, om. uirg. u. est. cu*lulis* poculis. proprie autem cu*ll*uli cal. r. Cul*u*lis plures uett. codd. Hor., E culu///lis cum rasura. uet. Bern. K cui illis = cu*l*illis. cul*l*llis b in Hor. cum glossa: i. ciphis. conf. C: *cu-lullis* poculis manicatis, *scyphis.* propr. autem cal. etc. cul*u*lis G. rell. cul*ull*is — cul*ulli*.

3) *pro* om. A. uenditor*i* uin*i* r. co*m*p. γ. comparent R. Minus contorte quidem dictum esset, contorta tamen oratio restat. qua uendit*ores* uina a neg. compar*ent*. Vera lectio est *uindemitoris* siue uindemiatoris. nam mercator i. e. negotiator et emit et uendit. 6) *cum* – frequen*ter* nauigent 2. 7) *ath*lant. ut omn. fere uett. codd. Horatii, AγR,v. Atl*ans* antiqua et uera est scriptura, quam in Vergilio Med. ubique seruat, teste etiam Wagnero p. 457. Ἄτλας graece. *Ath*la*ns* A et ad Carm. I, 34, 11 b, qui ut Bφ om. hoc schol. Athlas γ.vm. Mira est scriptura cum th. quae non ex affectatione graecae doctrinae deducenda uidetur. Aut om. 2. posuit pro quoc. mari 2. mari om. γ. 8) dicitur A. rell. *perhibetur*. *Atlant.* ab Atlante monte dictum. Virg. — aptum C. Loc. Verg. om. Aγ,r. 11) Schol. om. Aγb,r. cicor. R,v. *cy*cor. 1. cych. a. *ci-thorea* erba. uel cithereu (ad marg.) suprascr. *centaurea.* — *acten* A1. *maluae*] bablelum (sic. gl. celtica?) 12) int*ubum* C. int*i*ba G,mv. rell. int*y*ba. — mominat R1Cm. rell. nomina*uit*. *Leues.* uiles. 14) Aut – parauerim AγG,mv. *et non quod* ego parauerim, *at quod* in pr. s*i*nt omn. r. rell. om. schol. om. b. 15) at cum γ. *attamen* integ. r. rell. *ac* cum. 17) Lemma interposui cum Aγ. cum u. sano rv. ex*eunt ad* h. o. schol. om. b. *integra*] sana C. 19) Schol. om. Aγb,rv. Sed *siue* R1. rell. sed *uel. ut* R rell. om. *fandi atque nef.* 1G,ma. rell. om. 21) Schol. om. AγbR,rv. ducere b1. uiuere Bφ,C. rell. *de*ducere. 23) sano γC. rell. om.

19. *Nec turpem senectam.* Ut est (*Verg.* G. III. 96): *Nec turpi ignose senectae.*

18. *Latoe.* Matronymicon.

## PORPHYRION.

1. *Quid — Apollinem.* Apollinis templum in Palatium Augustus dedicavit. Ergo *dedicatum* non a se dicit poeta sed qui alioqui dedicatus est. Ipsum *autem Apollinem* dedicatum ait pro templo eius.

3. 4. *Non opimae — feraces.* Negat se poeta ab Apolline ea petere, quae ad avaritiam spectant, verum potius bonam mentem bonamque corporis usque ad ultimam senectam valetudinem.

7. 8. *Non rura — aqua.* *Lyris* fluvius est in Campania interfluens urbem Minturnensem. Hic autem lenissime labitur, quem ideo *taciturnum* dixit.

9. 10. *Premant Calena — vitem.* Cales oppidum in agro Sidicino est: in illa autem regione vina Falerna nascuntur. Ergo hoc ait: possideant pretiosos fundos, quibus hoc Fortuna concessit.

10. 11. *Dives et aureis — culillis.* *Culillis* pro poculis dixit; proprie autem *culillae* calices sunt [quidam] fictiles, quibus pontifices virginesque Vestales in sacris utuntur.

12. *Vina Syra rep. merce.* Quasi commutata vina Syra merce. *Syram* autem *mercem* pretiosissimam accipe, quae scilicet in purpura et pipere et unguentis aliisque similibus esse solet.

13. *Quippe ter et quater — aequor.* Hoc quasi argumenti loco positum est ad probandum, quam carus diis sit hic mercator.

16. *Me cichorea levesque malvae.* *Cichorea* intuba rustica, *malvae* autem *leves* corpori (scilicet?) intellegendae. ut Epod. II, 57: *et graui m. s. corpori*].

1) Hoc schol. petitum est ex Aγ. 3) matronimicon A. rell. om. hanc glossam.

PORPH. Ode XXXII. R. 6) in Palat*ium* MR. rell. in Palat*io*. in palatium i. in usum palatii. sed qu*i* MG (rasura). rell. qu*od*. alioqu*i* MG,rv. de*lic*. r. autem ait ded. ap. pro rvafh. sed quod — est om. 2. 11) ual*i*tud. R2,rvafh. 12) campani*ae* 2. *in*turn. M. min*th*. mv. lenissim*ae* labiter M. 15) praem. rv. Cal*es* libri omnes. 17) pr*aet*. M, praec. r. — *hoc* MR2G. rell. om. conce*sserit* R. 18) *Culalis* M2G. rell. culu*ll*is. 19) propr*iae* M. cul*i*lae M. cul*ul*ae 2Bφ,r. (G?). culu*llae* v. rell. cul*alli*. — *quidam* om. RBφ. 21) *Merce* i. e. commutata. *Syram mercem* pret. acc. Bφ. scil. quae sol.t Bφ. *in* pip. Bφ. *in* ung. Bφ. simi*ll*ibus M. *Syram autem — solet* exciderunt in fh. 25) *est* om. rvafh. char. d*e*is R. car. d*is* M. sit diis 2. In MR. hoc schol. ad u. 1 odae seq. positum est. 26) int*i*ba M. in tiba Bφ. in *ty*ba rv. rell. int*y*ba. G. int*u*ba. int*u*ba uetustior scriptura in Verg. G. I. 120 (Acr.). IV. 120. Plin. H. N. XIX, 8. Colum. X. 110 etc. Loc. Epod. om. MR2G,rv. corpori leues afh. corpor*is* leues M,r. corpor*is* leu*is* Rv. scribendum corpor*i* s. leues. s ex corpor*is* natum est. *leues scil. corpori* ut — *corpori*. C. leu*is* corpor*is* 2.

17. *Frui paratis.* Aut his, quae ego paravi, aut quae parata sunt, id est, in promptu sunt omnibus.

18. *Latoë.* Quasi Λατῶε; ab eo quod est Λατὼ figuratum est.

# CARMEN I, 32.

## ACRON.

1. *Poscimus, si quid vacui sub umbra.* Hac ode lyram suam adloquitur [. . ut adsit et canere non desistat; *poscebatur* enim dicta sua edere].

*Vacui sub umbra.* Otiosi.

2. *Lusimus.* [Scripsimus, ut *Verg.* (B. I, 10): *Ludere quae vellem, calamo permisit agresti.*] *Ludum* enim poetae carmina sua veluti verecundia dicere consueverunt.

1) his MR. hiis 2. *iis* rvafh. 2) *in inprompti* M. inpromptae r.in prompto G. 3) Latoë libri fere omnes. Latone 2G (ad marg.) Quasi lat*one* ab eo quod est lat*ona* fig. *sit* 2. Similiter ad E La///to edones uet. man. 2 adnotauit: *a Latona*, rubra autem ad marg. posuit: Loetoe. Quocum conf. scholion quod B ad L*ae*toe et φ ad La toe (cum rasura) habent: Latoe dones - quasi l*a*toe dones. a latitudine dict*i*. uel l*oe*tum inferent*es*. Ad marg. B: LAETOE et φ: LETOE. A: lato edones. (pure) b: latoe dones (cum rasura). latoe, cum cauda, γ. — fig. *est* MRG. rell. om. est.

ACRON. Ad testudinem A ad Acr. et ad Hor. Ode XXXII ad lyram suis R. Prosphonetice ad lyram BφE. γ addit: de carminibus suis. b: Ad l*i*ram de carminibus suis.

8) *Poscimus*] Poscim*us*? Ita. Considerantibus enim nobis uarias h. l. lectiones atque argumenta scholiastarum ambiguum uidetur, utram poscim*us* an poscim*ur* scribendum sit atque utra earum unius alteriusue fuerit lectio. Dubitari autem nequit, uetustissimos cum poetae tum Acronis et Porph. interpretum codices tueri lectionem poscim*us*. Inter illos est antiquissimus omnium Bernensis K, inter hos, quod notatu dignum est, tota familia eorum, qui Acronis scholia continent aut integra et pura aut mutila et mixta passimque mutata, ut AγbRRIP Parisina, ut de rece. aliisque hic taceam. Contra ii codices Horatii qui ad maiorem partem scholia Porphyrionis praebent, poscim*ur* seruant. Hinc nihil simplicius uidebitur conclusione Acronem poscim*us* legisse, poscim*ur* Porphyrionem. Cui tamen cum repugnent tuta librorum auctoritate uerba Acronis: *poscebatur* enim dicta sua edere', uide num operae pretiae sit rem accuratius quam hoc loco fieri potuit, perpendere longiusque persequi. Hoc tamen nunc dico, dicta uerba Acronis, quae interpolationis suspicionem mouere possunt, utriusque interpretis scholia subinde alterum ex altero nata maioribus minoribusue mutationibus transformata et, ut ita d*i*cam, composita cum uideantur, serius addi potuisse argumento Porphyrionis: *Hac ode — perseueret*, adsumpta eius sententia: *exigitur a nobis ut canamus.* At enim uero aliquoties fit in Acrone, ut pars scholii alicuius ipsi lectioni contradicat. Idem et nunc temporis occurrit, ut in editione Feae, qui poscim*ur* recepit, anteposita inscriptione: Alloquitur lyram, *eamque poscit*, ut sibi adsit, et secum canere non *desinat.* Asc. poscim*ur* in Hor., poscim*us* in fronte scholii habet. Poscim*us* omn. codd. et r. rell. poscim*ur*. poscim*us*, 2 m. mut. *us* in *ur* A in Hor., inde in Acr. poscim*ur*. Poscim*us* rell. codd. omnes et r. 9) *posc. — edere* libri omnes. et *secum* canere *ne* desi*nat* C. *non desistat* sine desinat gl. interpol. et pro *perseueret* in Porph., primum adscripta tunc inserta. 11) recepi ex A (oc.) γ. 12) *Scripsimus — agresti* om. Aγb,r. *cecinimus — agresti* C. pr*ae* rell. pr*o*. sua carmina *uerecunde* (Porph.) dic. cons. C.

3. *Viuat.* Victura enim pro perpetuis posuit, ut *Verg.* (A. IX, 447): *Nulla dies unquam memori vos eximet aevo. et plures.* id est, quod memorabile sit.

3. *Latinum.* Facile intellectui.

4. *Barbite.* Genere masculino hic *barbite.*

5. *Lesbio civi.* Alcaeum dicit, qui fuit de *Lesbo* insula. Hic etiam res bellicas adversus tyrannos gessit, et Pittacum Mitylenaem victum expulit.

*Modulate.* Obsecute.

7. *Sive iactatam.* Id est: Qui seu in tempestatibus seu in bellis constitutus citharae solatia non amisit. (*inter arma — religarat* id est, siue inter arma siue *in* nauigatione finita).

9. *Liberum. Liber* enim et cantilenam suadet et voluptatem.

10. *Puerum cambat.* Cupidinem, ut (*Verg.* A. IV, 94): *Tuque puerque tuus.*

11. *Lycum.* Pulchrum enim hunc puerum [Lycum] Alcaeus dilexit.

*Nigris oculis.* Pulchritudo enim puerorum saepe nigris decoratur oculis.

13. *o decus Phoebi.* Lyram dicit esse Apollinis decus.

*supremi.* Summi ut (*Ter.* Adelph. II, 1, 42): *Pro supreme Juppiter;* omni enim laetitia Jouis epulum celebratur.

15. *dulce lenimen.* Malorum enim leuamen et citharae cantus [et] sibi etiam quandocumque profuturum exoptat.

*cumque.* Quandocumque.

## PORPHYRION.

*Poscimus, si quid uacui sub umbra.* Hac ode lyram suam adloquitur [Horatius] ut sibi adsit et canere perseveret.

1) *Viuat.* duret 2Bφ. Vict. *enim* Aγb,r. rell. om. *enim.* 2) Post *aeuo* addunt Aγb,r.: et de ludo carmina qui lusi pastorum. (pastor. A. *past.* om. b.r). *et plures* — sit γ. scil in annos b. rell. om. 4) intellectu*i* A1G,mva. intellec*tu* γR,fh. om. b,rC. 5) schol. ex Aγ. gener*i* A. barbi*tos* C,rell. om. 6) *ex* lesbo R. les*bia* r. hic *enim* fh. pitac AγbG. pict, r. mit*il*. bG. di*xit* fh. 8) glossa ex Aγ. qui addit: *O barbite.* 9) Id est Aγ. rell. om. 10) omisit A. solat*ia* AγR2,r. sol. cith. 1. 11) Schol. uncis incl. ex γ. rell. om. 12) Liber enim om. 2. Vol. et cant. suad. 2. 13) Schol. ex Aγ. rell. om. 14) schol. om. Ab. Lycum om. γ. Amasium suum dilexit Alc. C. 15) schol. om. Ab. *in* nigr. 2. p. en. *in pueris* s. n. d. oc. *et crinibus* C. oc. decoratur r. pulchr. *autem* fh. 16) lir. γ. schol. om. r. suppremi γ. *proh* siue pro om. Aγ. suppreme A,fh. Odecus - iuppiter om. r. 19) le*ua*men AγR1,r. le*na*men v. len*i*men afh. schol. om. enim om. r. *Grata* apta γC. *testudo.* lira γC (lyra). *et* om. AγR1,r. sibi *etiam* AγR1,r. sibi *et* vma. *et* sibi fh. 21) quandoc. om. A. *pro* quand. R,r. gl. om. b.

PORPH. Ad lyram suam ode XXXIII. R. 24) Poscim*us* M,rvafh. poscim*ur* ARGC. poscim*us* u ad *Porph.*, poscim*us* in Hor. et ad Acr. habet. Bφ aliique codd. eiusdem familiae, ut Parr. CDO, hancce habent glossam notabilem: s. a mecenate uel ab augusto. umbr*as* MG. add. M. 25) Horatius (afh. hor. rv) om. MRG et puto ego *oraus* esse substituendum. scriptura *ora*tius s. *orat.* haud infrequens. u*ti* sibi adsit, ut can. fh. — Haud dubie huc collocandum est scholion: *Erigitur a nobis, ut canamus*, quod inferius legitur. Ex hac re potest cuipiam suspicio nasci, hoc esse serius additamentum, nisi addideris *denuo* s. *iterum.*

1\. 2. *Si quia uacui sub umbra Lusimus tecum.* Sic poetae fere verecunde carmina sua *lusus* vocant. *Vacui* autem numerus pluralis est, a negotiis liberi.

*Si quid — lusimus.* Exigitur a nobis, ut (demum?) canamus.

2\. 3. *Quod vivat et plur.* Optat carmini, ut perpetuo floreat; ea enim scripta, quae sine virtute sunt, temporalia solent esse.

*Barbite. Barbiton* organi genus est, sed nunc pro lyra posuit.

5\. *Lesbio — civi. Lesbium civem* Alcaeum dicit. Hic autem etiam res bellicas adversus tyrannos gessit.

7\. *Sive iactatam — navim.* Hoc ideo dicitur, quia et in navigationibus hic poeta, cum bellicas res ageret, saepe tempestatibus vexatus est.

11\. *Lycum.* Hunc *Lycum* puerum Alcaeus dilexit.

13\. *o decus Ph.* Lyram dicit decus Phoebi.

15\. *mihi cumque s. r. u. Cumque* pro quandocumque positum est, ut sit: O dulce lenimen mihi quandocumque te rite inuocanti.

# CARMEN I, 33.

## ACRON.

*Albi ne dol. pl. n. m.* Albium Tibullum adloquitur elegorum poetam, consolans eum exemplo aliorum et hortatur, ut sit fortiori animo in contemptu, quem indigne a Glycera muliere patiatur, et commemorat Lycoriden, quae similiter a Cyro contemnatur, [ut] rursus Cyrus Pholoen diligat, et ab ea spernatur, sicut Albius a Glycera.

1\) umbra MG h. l. fer*ae* M. *Sic fere po.* fh. Scholion. *Sic poetae uocant* antecedit sequentibus *Vacui* — canamus in MR2G,rva, in fh sequitur. Prior pars ibi haec est: Vacui plur. numeri est, *casus nominatiui, et est sensus: Nos uacui id est* a neg. liberi — canamus. In rva *casus — id est* leguntur. 4) Post *canamus* in MR colloc. est schol. ad u. 13 odae praeced. pertinens. 5) et plur*is* M· *in* plur*is* G et *in* plur*es* v. rell. *et* plur*es*. temp. e sol. R. lira M. pos. p. lyra R. 18) peregit Bφ. 10) n. = nau. M. nau*i*m uet Bern. K RG, nau*e*m Parr. AγBφCDE (*i* in rasura) etc. *et* om. rvafh. sepe M. *saepe temp.* libri. non *temp. saepe.* 12) l*i*c. M in schol., l*y*c. in lemmate. 15) *in*uoc. MBφ. te uoc. te rite 2. rell. te rite uocanti.

ACRON. Ad tibullum A (bis). Ode XXXIII R (Acr.) Pa*r*anet. tetrac. alb*in*um *bullum* consolatur quod negl*i*gatur a scorto R (Hor.). E (albium bullum). Bφ (*ad* aibium bullum). Paran. ad *albium tibullum* etc. γC (add. *te hac.*) Paran. ad Albi*n*um D etc. Paran. *ad albium* cons. etc. b. Alii: *ad albium.* 22) *eglogarum* uel elegorum b. gl*i*c, γb. 24) pat*i*tur libri. 25) lycorid*en* A1. *l*icorid*en* γb. licorid*em* R,r. rell. Lycorid*a*. — similiter *ut — et — atque* dicebatur, non: similiter *ut rursus.* item dicebatur *et rursus*, *nec* rursus, *ita* rursus, non: *ut* rursus. hinc 'lenissima coniectura' cuiusdam non indigemus, neque 'de grauiore corruptela in postrema scholii parte cogitandum est'. rurs*um* A. 26) dilig*it* R2, ut modo pa*ti*tur.

2. *neu miser ab.* [Seu quod ipsi elegi, hoc est, carmen eius contemptu miserabile sit, seu] quia lacrimabilia elegis scribuntur.

4. *Caesa praeniteat fide.* Quia perfida extiterat amatori. *Praeniteat* plus niteat.

5. *tenui.* Angusta et parua, sicut pulchrae habere consuerunt.

6. *torret.* adurit. *asperam.* renitentem.

7. *declinat.* deducitur, descendit.

7. 8. *Apulis i. c. l.* [Aut quia maioris ibi formae esse dicuntur aut] pro quibuscumque posuit comparans natura contraria, ut *Verg.* Bucol. VIII, 27: *Iungentur iam gryphes equis.*

9. *turpi P. p. adultero.* foedo amatori.

10. *Sic uisum Veneri.* Quotienscumque ratio non apparet *sic uisum* interponitur, ut *Vergil.* Aen. IV, 1. 2): *Postquam res Asiae Priamique euertere gentem Immeritam uisum superis.*

11. *sub iuga aenea.* Pro duro ac difficili amore positum.

12. *saeuo mitt. c. ioco.* Aut cum cupidine, quia sibi ludos de hominibus exhibet, aut certe quia in amorem per iocum uenitur. *Saeuo* autem, quia nonnumquam in diuersum amorem animi diuiduntur.

13. *ipsum me.* Dicit se amore amicae ab uxoris coniunctione reuocatum, cuius ita litibus uel amaritudine uexetur, quem ad modum Calabriae

1) quo*d* AγR. rell. qu*ia*. *seu — sit* om. r. 2) *Heu* miserabi*lis* R. Seu — sit om. r. *lacrimabilia* AγR2. (la*ch*r.) rell. miserabilia, — scrib*u*ntue 2. rell. scrib*a*ntur. contempt*um* afh. contemptu miserabi*lis fit* R. Totum schol. om. b. 3) perfi*di*a fh. extiter*it* fh. rell. extiter*at*. — praen. plus niteat A. pren. plus *mitt*at γ. glossa ex Aγ rell. om. nitidior sit quam tu C. 4) sic*ut* AγR1,r. ut 2. rell. sicu*ti*. consueř Aγ. rell. cousu*eu*erunt. u. 5. Lycori*da*] accus. graecus γb, 5) gl. adurit ex γb. incendit C. i. inc. Bφ. rell. om. *asperam.* renitentem γC addens: repugnantem amatori. deduc*itur*. desc. Aγ. ded*uctus* descendit C. descendit b, om. deducitur. rell. om. 7) *a*pulis γbBφDG aliique ut Be*r*nenses ante Orell. a me et quidem accuratissime collati (21) C (542) et B (508, non 308 ut apud Sinner. et Mitscherl. hinc Orellius serius eum adhibuit et d signauit, ad h. l. referens: *a*pulis Id est probabiliter etiam reliqui mei, *quos rursus examinare nunc non potui*). In uetustissimo K h. o. non legitur. Et Vet. M ad Porph. habet *apu*lis in lemmate. Par. A et rell. libri Acr. *App*ulis. maior*is* ibi form*ae* om. fere codd. et edd. (γ om. *ibi*). maior*es* ibi *ferae* 2. Cur Quidam maior*es* ibi for*ma* receperit, non dixit. Verba *aut — contraria* post Ascensium Fabricius (afh) neglexit. 8) *aut* a. iung*u*ntur γ. gri*p*es Ab. gri*ppes* γ. griphes m. congripes 1. rell. gryphes. maioris formae *et horridiores* C. fedo om. Aγ. rell. om. 10) Totum schol. om. γb,rv. maximam partem AR: *Sic uis ueneri*] *est* sic uisum superis (Rom. *est*). Schol. in mafh ut supra (appar*eat* fh). q. ratio *rei aut facti alicuius* non app. *aut incerta est*, utimur *simili* loquendi modo ut Virg. etc. C. Legendum censeo: *Sic uisum Veneri*] ut (Verg.): *uisum superis*, abiectis reliquis. 11) aenea γR,rmv. enea A. *ah*enea afh. *pro* duro ac diff. am. pos. AγR,r et 2 qui addit *est*. *Sub* durum ac dificilem amorem mvafh. Insulsam hanc glossam in ed. altera repetiuit, qui su*bd*urum esse legendum certe cognoscere poterat ex C: *subduros* et inaequaleis amo*res*. Hoc schol. restitui ope codd. AγbR12 et r. C: quia in diuersum (om. amorem) animi saepe distrahuntur. mvafh transpon. sic: Saeuo — diuiduntur: aut *quia cupido* sibi uenit*ur* (v. ue*nit* mafh). 15) scuo A. — aut *cum cupidine qui* AbR,r. aut c. c. *quae* γ1. qu*ia* propter seq. enunc. scripsi. quod *cuiusque* in am. R. in di*ui*sum amorem *o*m. diu. r. 18) typoth. errores: ira fh. cuius *anna*libur uel r.

litora maris Adriatici tempestatibus. [*Adriae* autem curuantis dixit] *Vergil.* (Aen. III, 223): *et litore curuo* [*Extruimusque toros*].

14. *grata det. c. Myrt.* Compedem singulari numero contra consuetudinem posuit ueterum. [*Myrtale.* nomen concubinae].

16. *curvantis.* Commouentis uel erigentis pro nimio aestu.

## PORPHYRION.

*Albi ne dol. pl. n. m. inmitis.* Albium Tibullum adloquitur elegiorum poetam. Hortatur autem eum, ut sit fortiore animo in contemptu, quem indigne a Glycera muliere patiatur, quam ideo *inmitem* uocat.

2. *neu mis. decantes elegos.* Proprie elegiorum uersus aptissimi sunt fletibus, quos ideo *miserabiles* dixit: nam et nomen ipsum elegi[or]um παρὰ τοῦ ἒ. ἔ, quae vox est lamentantium, dictum putant.

4. *curt. i. l. p. fide.* Apud Glyceram scilicet praeniteat, quae fidem hoc faciendo laeserit.

5. *insignem t. f. Lycorida Cyri terret amor C. i. a. d. Ph.* *Tenui fronte* pro angusta et pusilla posuit. Frons autem minor pulchriorem facit mulierem et ideo *insignem tenui fronte* accipe, hoc est, hac re insignem (pulchram?)

7. 8. *sed prius Apulis i. c. l.* Hoc est prius lupi concumbent cum capreis.

10. *sic uisum V. c. pl. inp. f. a. a. s. iugu aenea s. m. c. i.* Non dicit

1) adriaci 2. *h*adr. A. Adr. — dixit om. libri praeter fh. Extruimusque *th*oros fh. rell. om. Totum schol. om. b. Curuantis. litora curua sunt. litore curuo dixit uirgilius 2. Ex Hor. interpon. est *Curantis*] Verg. — *curuo.* 6) contra cons. pos. ueterum AγR2,r. rell. contra uet. pos. cons. Notandum est in γ man. 1 pos*t* hoc schol. exarasse ea, quae ad Porph. infra leguntur: Compedem — myrta*lis.* 7) Nomen conc. om. AbC. rell. habent. Nomen *est* conc. R2. 8) schol. om. A. *u*rgentis R. pr*ae* afh. rell. pr*o*. Glossae: u. 13 *melior*] seni*o*r γC ($\frac{a\,e}{}$). *uenus.* femina γ. u. 14. *grata.* grato. sc. mihi amore γ. grato amore, licet amariore C. *compede* (co*n*p. bis in scholl.) ligamine γ. u. 15. *acror.* seuior γC ($\frac{a\,e}{}$).

PORPH. Ode XXXIIII. Ad albium R. 11) inm. M2. alb*i*num tibu*l*um M. albium ti*b*illum R. albi*n*um 2. tib*ill*um R. 8) eleg*io*rum MAR2BφG. edd. eleg*o*rum. eleg*io*rum ab ἐλεγείον Auson. 92, 2. ergo temere elegi*a*rum inculcatum a Quodam est. fortiori RBφ. 9) qu*ae* ind. a glicere R. a *lygure* mul. MG. a lygure mul. v. patitur libri. 11) elegiorum codd. et hoc loco et inferius vafh. parat*a esse* MRG. *patet* esse r. pro *para. tu e e*, quae uerba in litt. graecis redita sunt. nomen ipsum dictum esse putant *paratam uocem* ad lament*um* 2. Nominatiuum eleg*ium* ponendum censeo. elegos] i. *elegiaca carmina* quae proprie flentibus aptissima sunt Bφ. *miserab.*] quia *uersus elegi* sunt fletibus et lacrymis aptissimi παρὰ τὸ ἒ ἔ, quod est lamentantium C. 14) *praenit.* i. cur plus illi quam tu placeas Bφ. 16) Huic scholio id quod sequitur antecedit in MR. — Tenui fr. pro — accipe om. M. 18) hac re MAR2GBφ rell. *in* hac re. hac re *pulchram* Bφ, quippe quod praestantius est repetito poetae uerbo. 20) *apulis* MR. con*tur*bent r. capr*is* MRG. edd. capr*eis.* 22) in*p*. M. — *aenea* M,r. enea R. Non dicit i. f. c. ioco om. fh.

inpares formas cum ioco sub iuga mittit, sed ordo est: sic uisum Veneri cum saeuo ioco i. e. *ueneri et amori* sic placuit, quem amorem *saeuum iocum* non ineleganti conceptione dixit. *Iuga* autem *aenea* durum ac difficilem amorem uult intellegi. Hoc Veneri, inquit, *placet*, ut quae amantur, non consentiant amatoribus, sed in alios ipsae amores declinent.

14. *grata det. c. Myrt.* *Conpedem gratum* amorem significat; sed uideamus ne non simpliciter *conpedem* hic dixerit, sed referens ad condicionem *libertinae* Myrtalis. Adtendendum autem, *conpedem* singulari numero eum dixisse, quod non facile apud ueteres [inuenitur].

15. *Adriae cum. Calabr. sinus.* Per haec Adriaticum sinum intellege, quod mare et Calabriam adluit.

# CARMEN I, 34.

## ACRON.

*Parcus d. c. e. i.* Hac ode significat paenitere se, quod dum Epicuream sectam sequeretur, [diis] inreligiosus extiterit.

1. *parcus d. c.* Minus colens.

2. *insanientis.* Res sacrilegas suadentis. Epicuri enim omnia adfirmant casura, nec deos humana curare adversus quam sectam *Vergilius* uel persuasionem dixit (Bucol. VIII, 35): *Nec curare deum credis mortalia quemquam.* Hoc ergo et ipse culpat. Stoici enim et Platonici et

1) Pro *sed* habent fh: qui domat cum turpitudine, ut amor. rell. om. seuo M. 2) seuum (om. iocum) R. 4) ut qu*ia* M. ut qu*i* RG,rv. ut qu*ae* afh. ips*ae* 2. 5) a*mori*bus R. rell. amatoribus. Repetiui poetae uerbum *placet*, quia *placuit*, quod ex *uisum Veneri* ortum uidetur, falsum esset, cum consenti*ant* sequatur. — Item ips*i* falsum esset, cum uerba *quae amantur* praecedant. *Quae* autem scribendum est, quia tres sunt mulieres, Glycera, Lycoris et Pholoe, quae amabantur atque in alios amores declinauerant. 7) uideamus *ne* non MAR1G. rell. uidemus *quod* non. *con*ferens γ. qui ad Acronem uerba *Com*pedem *autem* grat*am* amorem — Myrta*lis* a 1 m. exarata habet. Myrta*lis* MγBφR2G (M*i*rt. R). 17) singula*rem* M. 9) non facile ueteres. om. *apud* et *inu.*. MR.r. non fac. *est* apud ueteres 2. q. n. fa. uet. *habent* Auct. p. 689. *in ueteribus repperies* Bφ. q. n. f. ap. uet. *inuenitur* vafh. schol. om. C. — haec MG. rell. hoc. *ad*luit M. *a*lvit v. *ab*luit r. rell. *al*luit. *H*adr. a (bis). *H*adriae M. in lemmate, contra in schol. *adr*iaticum sinum. Frequentior in uett. codd. Hor. est scriptura *A*dria, occurrit tamen *H*adria in uet. Bern. K aliisque uett. codd. meis, M in lemm. et in schol. ad III, 19, 23 *H*adria habet.

ACRON. Ad se ipsum A (schol.). Ode XXXIIII R (Acr.). Ad se philosophantem deos intelligit presentes quos philosophando negauit. RBφEG. Ad se phil. *et dicit* quos ph. deos neg. praesentes γ. *Ad fortunam* et se ipsum philosophuntem b. 16) *Parcus de cina culto.* minus colens. *Seo hac A*, *minus col.* A, om. 2. sed uide infra. *pingit* poenit r. scribit C. rell. significat. 17) sequ*i*tur Mγ,r. rell. sequ*ere*tur. *quod* γC. rell. qu*i*. diis om. R,r. *in*rel. MγR2 BφG. *in deos* non fuerit *religiosus* C. 19) om. 2,r. Hoc ut antec. schol. om. b. 20) epicuri AR,r. epycurii b. rell. epicurei. 20) casura omn. libri. *casu fieri* CQ. 21) dixit AR. rell. om. *Non* curare Aγ.

esse deum et humana curare confirmant et ideo *insanientis sapientiae* hoc est Epicureae. Item *Vergil.* secundum superiorem persuasionem [dicit] (Aen. IV, 379): *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.*

3. *consultus.* Doctus, peritus; ut *iuris consulti* periti iuris esse dicuntur.

4. *uela dare.* Metaphora [est] a nauigatione eo quod contempta Epicurorum disputatione reuerti se ad credendum adserat, deos curare mortalia, ut (*Verg.* Aen. III, 686): [*Ni teneant cursus*] *certum est dare lintea retro.*

5. *diespiter.* Diei pater Juppiter.

6. *igni corusco.* Hoc est, qui nubilo caelo tonare uel coruscare consueuit, sereno uero tonare, ut est (*Verg.* Aen. I, 90): [*Intonuere poli et*] *crebris micat ignibus aether.*

8. *uolucremque currum.* Ex uulgi opinione plerumque sensus poetae concipiunt, ut hic de curribus dictum pro Olympi strepitu.

9. *bruta.* Sine sensu tarda uel stolida, quod terrae epitheton est.

10. *Taenari.* *Taenarus* promuntorium Laconicae, per quod descensus esse ad inferos fertur, ut (*Verg.* Georg. IV, 467): *Taenarias etiam fauces alta hostia Ditis.*

11. *Atlanteus finis.* Atlans enim mons [est, qui] in ultimo Oceani fine porrigitur.

12. 13. *ualet ima s. m.* Hoc est: potest hominum deus mutare fortunas.

14. *obscura promens.* Ignobilia, id est, uiles personas ad honorem ducens de imo. *Promens.* nobilitans.

2) Virg. *id*em R. rell. *Item* Virgil. — *pers*uas. Aγ. rell. suasionem. dicit om. AγbR1. 3) *id* Aγ. *is* R1GC. *his* bmv. hic rafh. *quam etiam* Virg. indicat scribens C. 3) doctus om. A. *hinc* fh ex C. *et* iuris cons. v. utrumque om. Asc. *ut* AγR1G,r. periti dicuntur Aγ,r. periti *esse* dicuntur 1G,mva. periti *curis* esse dicuntur fh cum C. 6) schol. om. b. Metaf. Aγ. est om. AγR1,r. *eo* quod AγR12,rC. rell. om. *eo.* epicu*roru*m R. rell. epicureorum. epic. cont. disp. rv. 7) reuer*ti se* AγR,v. reu. si se C. (prius *se* om.) rell. *se* reuert*isse.* *se* om. 1. — *ad*serat A. rell. *as*serat. Metaph. est *nauigantium* eo q. cont. disp. ep. ad cred. ads. de. cu. mort. 2. *Ni ten. cu.* om. Aγ,r. 10) schol. om. γb. Iuppiter AG,r. iupiter R1G,vm. rell. om. *Iuppiter.* 11) Schol. om. γb. celo tonare uel coruscare A1R (corrusc.) mva. rell. om. *tonare uel.* 12) sereno *uere* ton (rasura). ser. uero to*net* R1,mva. rell. om. *uero.* sereno ton*are* fh. Inton. po. et om. A. 17) Tenari Aγ. T*r*en. R, etiam ad marg. *Thr*en. v. *Th*reneri — Threner*us* m. rell. T*ae*nari. — prom*u*nt*u*rium AG. prom*u*nctorium γ. rell. promontor. Conf. ad Carm. I, 15, 8 Acr. et 28, 3 Porph. — laconicae AγBφG(ce),r. l*i*coni*ae* v, rell. laconi*ae.* *tenari.* i. *inferni* a prom*un*ctorio laconi*cae* per quod dicitur esse desc. ad inferos. Bφ. 20) a*th*lanteus — a*th*lans A. athl. — athl*as* γ. uide supra ad 1, 10, 1 et 31, 11. mons Mauritaniae 2. atque aut Mauretaniae addendum aut om. *est qui*cum A. occeani γ. sine R. rell. *fine.* porgitur γ. 22) pot*erit* AγR. potuit 2. rell. pot*est.* 23) formas 2. fi*guras* γ. rell. *fortunas.* Clarior fit sententia transpositis uerbis *deus hominum.* conf. C. *hominum deus* libri. 24)

*apicem.* Summitatem potestatis, ut *Verg.* (A. XII, 492): *Apicem tamen incita summum hasta tulit rapax.* Mutabilis, ut *Terentius* (Hecyr. III, 3, 46): *o fortuna, ut numquam es perpetuo bona.* Ordo est: Fortuna rapax hinc sustulit apicem cum acuto stridore hic gaudet posuisse.

15. *acuto.* Luctuoso illis, quos deiecerit, sine sonoro, ut (Hor. Carm. I, 16, 8): [*non*] *acuta Sic geminant Corybantes aera.* Sensus est: hinc eleuat, hic deicit, mutata uice unum exaltans, alterum humilians.

## PORPHYRION.

*Parcus d. cultor.* Hac ode significat, se paenitentiam agere, quod Epicuream sectam secutus inreligiosus extiterit.

3. *sapientiae consultus.* Ita dictum ut iuris consultus.

4. 5. *atque iterare c. c.* Relictos non instaurare sed ad eosdem redire.

6. *namque Diespiter igni cor. n. dia.* Sensus est: Juppiter, qui non nisi nubilo tonare solet, *per purum,* id est, per serenum tonuit.

8. *plerumq. p. p. tonantis egit eq. uol. currum.* Ex uulgari opinione plerumque poetae sensus concipiunt, uelut hic, ubi dicuntur tonitrua strepitus esse currus et quadrigarum Jouis.

Ignobilia om. A. Scripsi pro absurdo uerbo *denuo*, quod γRmvafh retinuerunt aliique intactum reliquerunt et A2,r sustulerunt: *de imo.* Haec emendatio et similitudine literarum se commendat et sententiae ueritate: namque ipsa poetae uerba sunt: Valet *ima* summis mutare et ins. a. d. *obscura promens.* C: *ualet ima s. m.* potest Deus hominum mutare fortunas, et *ex minimo* (ex imo?) summum. Ingeniosius posset ab alio *denuo*, uox a nostro scholio aliena, substitui per *de uno*, quae uerba in Bϛ aliisque uett. codd. eiusdem fontis adscripta sunt aduerbio subsequenti *hinc.* 2: ab isto summo. nobilitans γ. rell. om. 25) *hinc apicem*] apice summita*te* potestatis ut Verg. M. Ablatiui et acc. saepe in uett. codd. confunduntur. rell. summitat*em* suam. *montis* pot. et Virg. R. Locum Verg. habent AγR,C. rell. om. insita R. sum*mam* felicitatis Bϛ.

3) *est* R. rell. *es. Ordo* — *posuisse* om. A. Rap. fort. y. h*ic* substulit r. et hoc schol. om. b. 5) Luctuose illis quos *ded*erit A. *ded*erit γR, r, ex quo nihil faciendum. *eli*derit (sustulerit? sed *sustulit* u. 16 aliam uim habet) quod G,mvafh praebent, contra sensum est. Luctuoso eis quos dea *laes*erit C. hoc non satis sententiam nec magis exprimit quam *elis*erit. quod Quidam inde fecit. Vera lectio non ex literis petenda est sed ex sensu, quo *deicit* s. deficit, et *exaltans* s. eleuat uerba sibi opposita sunt. *Deiecerit* scripsi. 6) Non om. Aγ,rC. Sensus — deponens om. A. id est R1 pro *sensus est. hinc* γR. *hic* deicit γ. h*inc* deijcit R. h*ic* eleuat hic *dicit* (deicit) r. *inde* h*unc* eleuat 2. rell. hunc eleuat hunc de*i*icit. 7) alterum *humilians* recepi ex γR2,r. alt. deponens humilians G. rell. *deponens.* Addo glossas ex γ,1 adiunctis aliis quibusdam. u. 7. *purum*] per serenum celum. Bϛ: per serenum. C: serenum. 9. *quo bruta tellus*] s. per omnia s. est. concutitur. Bϛ. quo s. curru. *bruta* i. grauis et tarda. 10. *pro stix et inu.*] quo concutitur. BϛC: *inuisi* odiosi. 12. *ualet*] ipse diespiter. *ima su. mut.*] i. erigere fessos. 13. *insignem*] predinitem. *attenuat*] deicit. 16. *sustulit.* eleuauit. *hic*] in alio. Bϛ: in alio quolibet.

PORPH. Ode XXXV contra ipenitentes R. 10) H*aec* od*ae* M. significat MR2G, sit v. signat r. *scribit* afh. penitenciam M. p*ae*n. v. rell. poen. secutus M,afh. i*n*rel. M2G,rv. in irrel. R corr. rell. *irr.* 12) Sic se habet schol. in MAR2C. rell. om. confuso lemmatum ordine. 15) nisi *per* nubil*um* R. 17) *ibi* M. *per*cipiunt R. 18) quadrigarum *solis* 2.

9. *bruta tellus.* *Bruti* graues et tardi dicuntur, quod ἐπίθετον terrae [perpetuum est].

10. *Taenari sedes.* *Inferi* intellegendum, quia per Taenarum Laconiae promuntorium descensus ad inferos fertur.

12. 13. *ualet ima s. m.* Ut si diceret: potest ex minimo potentem et ex potente infimum reddere.

13. 14. *et insignem attenuat Deus obscura promens.* Id est, qui insignis fuerit, attenuatur, [in claritatem alius a deo producitur?].

14—16. *hinc apicem r. f. c. str. ac. sustulit h. p. gaudet.* || *Apicem* pro honoris sublimitate posuit. || *Cum stridore acuto*, hoc est, cum fletibus et lamentatione, sed non sua uerum eorum, quibus apicem, id est, dignitatem aufert. || Sensus est autem: Fortuna res humanas plerumque mutat et ab alio ad alium opes et dignitatem transfert.

# CARMEN I, 35.

## ACRON.

*O diua gr.* Haec ode ad Fortunam scripta est, cui Caesaris aduersus Britannos profectionem commendat.

[1. *o diua gr.* Ζεῦγμα ab inferiori *serues iterum Caesarem*].

1) brut*a* graues M. — ἐπιθ. MA2G, in R lacuna, om. rell. sine sensu. tarda, terrae epitheton C. *perpetuum* libri. Suspecta uox aeque ac bru*ti*. Minus offendere*t*: bruta i. grauis et tarda. epitheton terrae. 2) est om. M. 3) *t*enari MR,v. intellegendum MG. intelligendum R2, rva. Fabricius (fh): *Taenari sedes.* Sedes inferi intelligend*i*. inferni Bφ. 4) lacront*eae* R2. laconice MG. rell. Laconi*ae*. conf. ad Acr. Auctoritas codicum utramque formam tuetur. prom*u*nt*u*rium M. *per umbrarum* r. rell. promontor. *dis*census M. 5) nimio r. rell. minimo. *et* ex pot. M2G. rell. om. et. 6) *minimum* 2. Aut scribendum: ex *minimo* pot. et ex pot. *minimum*, aut ex infimo (siue imo) pot. et ex pot. infimum, siae imum. 8) Verbis inclusis temptaui lacunam longam explere, quam Quidam iterum aliis explendam reliquit, probe atque ingenue dicens: 'lacunam signare malui quam inepta aut audaciorem emendationem recipere. Ineptae librorum scripturae sunt etc.' Schol. in codd. ultimum locum obtinet transitum parans ad seq. odam, quae inscripta est *ad Fortunam Antiatem.* M: Id est — actenuatur *in claritate mali quam adeo producitur* ad fortunam quae ante praecipue colitur. Id quisque Horatii amator, qui non in scholiis eius uersatus est, facile uidet, sex postrema uerba inscriptionem esse odae sequentis, et pro *ante* cum vafh legendum esse *Antii.* Quae restant, facillima sunt ei qui emendandi munus sibi sumpsit. Codd. RG nihil offerunt noui, 2 autem non lectionem sed correctionem: attenuatur *a calamitate* mali, *quae omnia Fortuna operatur.* Similia conatus est Fabricius (fh): Attenuatur claritate mali. Haec *adeo panduntur* ad Fortunam q. A. pr. colitur. *in* iam abiecerant vma. qu*a* adeo rv. qu*ae a deo* ma. Haec uerba *a deo* optimum putabis, quod libri praebent. nam in lemmate est: attenuat *deus.* Propter priorem scholii partem, in qua dicitur insig*nis* attenu*atur*, singularis in posteriore opus est. Hinc *tenues inclari* Cuiusdam non in claritatem producentur. 9) In codd. ordo partium huius scholii turbatus est. *abst*ulit rva. rell. *sust*ulit. Ex *aufert* uerbo scholii haec lectio in lemma inrepsit, quam neque 'memorabilem' neque pulchram indicamus.

ACRON. Ad Fortunam (bis) AR (addens: Ode XXXV). Proseutice fortunam inuocat *quae colitur Ancii* γ. RBφE om. *Antii.* Proseutice ad fortunam b. odes γb,r. 17) aduers*um* AγR,v. rell. aduers*us*. *in* C. 19) schol. om. Aγb,r.

*quae regis Antium.* Apud Antium [autem] est Fortunae templum famosissimum multorum etiam principum donis ornatum; unde etiam ciuitas *Fortunae ipsius tutela* dicta est.

2. *praesens.* Parata, potens mutare status hominum uel rempublicam.

4. *uertere.* Conuertere, mutare, ut (*Verg.* Aen. XI, 426): *multos mutata reuisens Lusit et in solido rursus Fortuna locauit.*

5. *ambit.* Rogat, supplicat.

6. *te dom. aeq.* Fortuna enim et aequori dominatur ita ut et a nauigantibus inuocetur.

7. *Bithyna.* Species pro genere ut: Georg. II, 451: *innatat alnus Missa pado.*

[8. *Carpathium p.* Carpathium mare inter Aegyptum et Rhodum dictum ab insula Carpatho illic posita.]

9. *t. Dacus asper.* Gens iuxta Histrum fluuium degens aspera bellis. [*Verg.* G. II, 497: *et coniurato descendens Dacus ab Histro.*] *profugi Scythae.* ab orbe sepositi et in mundi extimo constituti.

10. *et Latium ferox.* Forte, inuictum, unde et *Verg.* (Aen. V, 730): *gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est.*

11. *regumque matres.* Proprie enim timere filiis matrum est. In omnibus [autem] subaudiendum est *metuunt* uel *metuit* iuxta mensuram quantitatis.

12. *purpurei.* purpureum est, quod totum ex purpura est.

13. *iniurioso.* Pro iniusto, ut *Verg.* (A. IX, 107): *cum Turni iniuria matrem* [*Admonuit*]. Potest autem fortuna et contra iustitiam grassari. *Ter.*

1) *autem* om. b. *enim* Quidam. 2) unde *et* 2. 3) Omnium librorum lectionem usque *adhuc* seruaui. Nannius Misc. III, 11. Grut. Lamp. I, 1266: 'Blandinius codex *plenius* et *purioribus uerbis* sententiam absoluit: Apud Antium Fortunae templum est, multis donis ornatum, unde ciuibus ipsius tutel*ae addicta subsistit.*' Aliter C: .apad Antiam Fort. t. e. *maxime celebre*, mult. e. pr. *uirorum* donis *ex*ornatum, unde etiam ciuitas ipsius tutel*ae ad*dicta sub*stitit.*' Antium autem recte *Fortunae tutela* dicitur, ut Rhodus tutela Solis Auct. Priap. LXXVI,8, Lanuuium tutela draconum Propert. IV, 8, 3 et in ipso Hor. IV, 6, 3: Deliae tutela Deae. Cum *dicta est* h. l. significet: dicta est et iam nunc dicitur, neque *tutelae addicta* neque tut. *dicata* opus est. 4) statu*m* 2. re*m* pablica*m* γR2 et A (r. p̄.) re*i* public*ae* fh. om. 1G,rmva. 7) *conu.* om. R. 8) enim aeq. 2. om. *et.* 9) ita om. 2. ut *et* Aγ1G,r rell. om. *et.* 10) bith*i*na Aγφ,r. bithin*i*a RB. b*y*thy*na* E. *by*thini*a* b. 12) schol. om. Aγb,r: b habet: a *loco. mare* R1,mva. om. fh et G? 14) gens iuxta fluuium. *hunc* (Histrum om.) *I*strum AR,rafh. *h*ist. G,mv. hyst. 1. loc. Verg. om. Aγ,r. schol. om. b. *Dacus.* gens aquilonis Bφ. 15) decedens h. decend. f. desced. m. 16) s*i*thae in Hor. site in lemm. A. *scitae* γBφ. extimo const. Aγ1. ex*tremo* R2,r. ext*ima* parte fh. *extrema* parte mva. 17) forte AγbR2,rmvfh. om Ca et Quidam. *inuictum* Aγbr, C. *et inuictum* 2,r. rell. uict*oriosum.* *et* uict. R. *unde et* Aγbr. schol. om. b. 19) Schol. dedi ex AγbR1,rva. 1,va om. *enim* ut rell. filiis om b. Prop. matrum est tim. fil. fh. om. m. In omnibus — quantitatis om. Aγb. *autem* fh. rell. om. 22) Ante *purpureum* Q ex ingenio lacunam posuit. *est* om. R. 22) *est* ex purp. r. 23) *Pro* A. rell. om. ut *ibi* Ab. ut *ubi* R. ut tibi γ,r. 24) terni b,r. Admon. om. AγbR1,r. mater *est* γ. matre 1.

(Ad. I, 2, 24): *tu nunc tibi Id laudi ducis quod tum fecisti inopia, Iniurium est.*

16. *imperiumq. fr.* Aut quia imperium semper fragile putatur, aut quia magnae res deterioratae [et] fractae dicuntur, ut *Verg.* (A. II, 170): *fractae uires*, et alibi (A. II, 13): *fracti bello [fatisque repulsi Ductores Danaum.*

17. *te semper anteit serua N.* Praecedit, quasi Necessitas comes [et ministra] Fortunae, ut est illud Vergilii (A. XII, 336): *iraeque insidiaeque dei comitatus aguntur.* [Ideo] *serua necessitas*, aut quae imperio Fortunae obediat, aut quia non suae potestatis est, qui subiacet necessitati; [non ergo ipsa serua, sed quae seruire compellitur].

18. *clauos trabales.* Species tormentorum.

19. *aēna.* Forti, ut (*Verg.* A, V, 198): [*uastis tremit ictibus*] *aēnea puppis. seuerus uncus.* Quo puniebantur dampnati. *Iuv.* (X, 66): *Seianus ducitur unco*, et Cic. (Phil. I, 2): *Uncus impactus fugitiuo illi qui in G. Marii nomen inuaserat.*

20. *liquidumque pl.* Nam et resoluto plumbo rei puniri consueuerant.

21. *te spes.* Quae sola sperando meliora durat, ut *Verg.* (A. I, 209): *Spem uultu simulat premit altum corde dolorem. Rara fides.* Quae a paucis colitur.

22. *uelata panno.* Posset uideri uili uerbo usus *panno* nisi hoc ser-

1) *potens* est autem 2. crassari AγbR1,r. rell. *g*rassari. *C*rassari, quantum scimus, pro *g*rassari in — aduersus — contra, non in usu erat. 3) Aut om. 2. — frag. *uidetur et* put. 2. 4) *deter. et* om. 2. *et* om. R. 5) ante it γBφ. se//ua A cum rasura. se*r*ua necess. uersu subseq. ut γBφE, habent *saeua* cum glossa: *dura.* 7) fh breuius habent lemma: Te semper anteit] serua *enim* praecedit pro nostro: Te semper anteit serua n. = necessitas] praecedit etc. *Praeced.* — *Fortunae* om. γ. sit om. AbRmvafh. Locus Verg. ex Ab, Rr. rell. om. quasi necess. serua r. quasi necessitas ministra sit et *ancilla* fortunae C. uoci *saeua* glossa *ancilla* in recc. codd. adscr. est. *Ideo* est recentius additamentum in mvafh. om. codd. et r. Serua necess. *aut quae* AγbR. serua *autem quia* 2. rell. *quia aut.* 10) qu*i* AγbR1,r. rell. qu*ia*. quia aut fortunae imperio obediat, aut *quod* eam seruire compell*a*t C. Non ergo ipsa serua quae seruire compel*litur*, om. *sed*, R,r. γ insuper habet hoc scholion: Ubicumque igitur fuerit fortuna i. habundantia non erit egestas. set statim ut fugerit fortuna sequitur egestas. Similiter Bφ: Ubicumque — *cedit* egestas. *at ubi* fug. fort. sequetur egestas. 12) sp. to. *sunt* R,r. 13) schol. om. b,r. *aena* Bernn. KABC et ERP pure, nonnulli cum glossa: *dura.* aenea bADH. in B e erasa, in φ a 2 man. addita. a*h*ena vfh. ae*r*ea a. Loc. Verg. om. Aγ. *uastis tr. ict.* om. R1,va. 14) damn. pun. 2. 15) Se*r*ranus Aγb. se*r*anus 1G. se*i*anus C et edd. dr = *di*citur b. 16) inp. A2. illi om. γ. *in* AγR1G,r. G: mari A. g̃ mari γ. *graeci* mari RG,r. rell. C. Marii, om. *in*. schol. om. b. 17) *et* AγR1G,r. rell. *de.* — puniri AγRG,r. rell. *pugnari.* consueuer*a*nt AγRr. rell. consueuer*u*nt. schol. om. b. 19) qu*a* A. quia 2, r. qu*ae a* sola R. C et edd. quae. dur*atur* AR2,r. *iuu*atur 1. rell. du*rat.* — loc. Verg. om. A. prem*a*t 1. 20) qu*ia* R. 22) usus *est* A. s. panno r.

mone intellegi uoluisset a pauperioribus magis coli fidem. Albo autem dixit, quia albo panno caput uelabant Fidei sacrificantes, siue propter ipsam fidem, quae pura est et alba, uel quae a senibus et iam maturis colatur, ut (*Verg.* A. I, 292): *Cana Fides et Vesta,* seu quia honesti, dum fidem colunt, pauperes sunt, et est quaestuosa perfidia. ut *Iuv.* (I, 75): *Criminibus debent hortos praetoria.*

22. *ne comitem abnegat.* Abscedens enim fortuna etiam fidem secum aufert, ut *Iuv.* (III, 143): *Quantum quisque sua nummorum seruat in arca Tantum habet et fidei.* Ordo est: nec abnegat [te] comitem, utcumque inimica linquis potentes domos mutata ueste.

23. *utcumque.* Quotienscumque. *mutata u.* Aut luctu aut paperie.

25. *aut uulgus s. m. r. p. c.* Vulgus et meretrix fortunam tristem amicorum [ita] non secuntur, uti prosperam, quod ideo dicit, quia fortunae euentum subire se plerumque homines uulgares negant. *Iuv.* (X, 72): *sed quid Turba Remi? sequitur fortunam, ut semper et odit Damnatos.*

26. *diffugiunt c. c. f. s. a.* Per allegoriam ostendit eos qui nolunt amicorum necessitati coniungi ut (*Ter.* Eun. II, 2, 7): *omnes me noti atque amici deserunt.*

29. *serues iturum.* Per hyperbaton sensui superiori respondit: *O diua gratum quae regis Antium.*

30. *et iuuenum rec. ex.* [Collecticium]. Omnibus enim militibus per ciuilia bella consumptis habito ab Augusto delectu nouus fuerat conlectus exercitus, quem bene *examen* uocauit.

31. 32. *Eois t. p. o. r.* Vtrique orbi metuendum dixit exercitium; nam in Eoo orientem posuit in Oceano rubro occidentem, ut (*Verg.* G. III, 32): *Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophaea Bisque triumphatas utrosque ab litore gentes.*

1) pauper*ior*ibus Aγ,rfh. pauper*i*bus R1G,va. 2) uelabantur R. *siue* AγR1G,rmva. *aut* fh. *quae* AγR,r. *quia* 1. rell. *quod.* 3) uel *quae* AγR. *quia* 1. rell. *quod.* — etiam R1,rva. rell. et iam. matur*ius* va. 5) *quod* est 1. quaestuosa i. *questum faciens* γ. *odiosa* 1G,rm. perfid*iae* 1,rm. pauperes *at quae* est r. 6) ortos R1. praetoria *mensas* R1. 8) *Quantum*cumque 1G. *condit* Ab1,r. rell. *seruat.* 9) abnegat *se* 2. abnegat *te* fh. rell. om. *te.* 13) *uolgus* γ in lemm., in schol. 1 m. *o* in *u* mut. A: Ad u°lgus. 2 m. exp. *d* et *o.* 14) ita fh. secuntur b. rell. seq. non *con*sequuntur r. u*ti* A,ufh. rell. *ut.* — *quod* om. R2,r. dici*tur* γR2,r. dicit A, vafh. *quod* fort. R2,r. 16) turba*rem* A (bis) γbG. turbare*nt* 1. *turba tremens* R2,Cmvafh. turba *recens* r. *nolunt* γR2rvmafh. *uolunt* A1. Per alleg. *docet uulgus* am. necess. *nolle* coni. C. (Porph.) 20) respond*et* 1,r. 22) collect. om. Aγb. collect*it*ium R12,fh. conf. ep. ad Diu. VII, 3. colle*tium* m (sic). collec*tum* va. collect*iuum* r. C addit: ab apibus sumta similitudine (Porph.). *habito* ab Aug. *delecta* Aγb (*dil.* γb) 2,rfh. ab Aug. del. hab C. om. mva. 25) utroque Aγ1, rv. rell. utrique ab l. 23) dicit R. eo γ. 27) tropheа A,r. tropea 2. rell. trop*haea*.

33. *heu heu cic.* Sic enim bellorum ciuilium pudendae cicatrices sunt, quemadmodum gloriosae in bellis externis.

34. *fratrumq.* Id est, quos in bello ciuili uulnerauimus. ut (              ): *Ille locus fratres habuit.*

*dura aetas.* Aspera, infeliciter nata, aut *dura,* sine misericordia.

35. *nefasti.* Nefarii.

36. *unde manum iuu.* Id est, non [solum] a parentum caede, sed nec a numinum uiolatione temperatum est, ut *Lucan.* (II, 380): *Numina miscebat castrensis flamma monetae. quibus pepercit aris.* Hoc est, quae non spoliauit templa [deorum] aut polluit caede, ut *Lucan.* (II, 103): *Stat cruor in templis.*

*o utinam n. i.* Vt[inam] noua incude noua restaurentur tela iustis hostibus expetenda nec ciuilis sanguinis polluta piaculo, quae uictoriam mereantur et omine careant infelicitatis, ut est *Verg.* (A. XI, 196): *Ipsorum clypeos et non felicia tela diffingas retunsum.* Contusum reformes. Nam sicut *fingere* formare dicitur, sic [et] *diffingere* [est] conquassatum deformare. *retunsum.* Ciuilibus bellis hebetatum.

## PORPHYRION.

*O diua gr. q. r. A.* Haec ode in Fortunam [potentem] scripta est, cui Caesaris profectionem commendat.

1) *heu heu* A in lemm. ut uet. Bern. K. *heheu* REB. Heheu, h exp. *eheu* (non *heu* Vanderb.) φ ut DHP etc. *heu* A in Hor. b,r. Sic*ut* γ. 2) hesternis A. 3) Id est AγbRG,r. rell. om. 5) aspera *et* 2. mīa Aγ1. 6) neph. 2. 7) *Id est* omn. libri praeter fh, qui om. *Non* libri omnes. *Nec* Q incule. ex C: quia nec a par. etc. 8) sed *etiam* r. 9) miscceb*at* γbR,Ca. misceb*it* A2. misceb*ant* 1,fh. misceb*unt* rmv. deorum om. A2,r, 12) *Ut* noua Aγb. rell. ut*inam*. incude noua γb,rmva. om. fh. noua om. A. — *res*taur*en*tur AR12. restaur*ar*entur bγ (-*re*tur) 1rm. *in*staurentur (G?) vafh. Utinam pa*ra*rentur et res*tituerent*ur noua tela iustis hostibus *expectanda experiunda*que nec C. *is*tis R. 13) expe*ten*da AR22,rmv. expec*tan*da γ. exp*u*enda b. exp*erien*da (G?) afh. 14) *no*mine afh. rell. *o*mine. infelic*i* AγbR,r. rell. infelici*tatis*. 15) *cli*pe*us* AγbR.r (clyp.). *in*felicia γ. — *retu*sum A (bis) γb, non retu*n*sum ut codd. Porph., nec recusum. *Dif*fing. Aγ. *def*fingas E, alt. f erasa, b, inferius *dif*figere. de*fi*gas R. Vett. codd. Hor. aut *de*fingas, ut uet. Bern. K et Par. B, diff. Aφ etc. Nam *fingere* dicitur formare 2, om. *sicut*. 15) *et* om. γbR12. — *est* om. Aγb,r. comassatum *re*formare Ab. commassatum *re*f. γ2. con*qua*ssatum ref. r. rell. *est quassatum*. quass. *de*formare 1. 17) ret*un*sum M ad Porph. rell. re*tu*sum. hebetatum om. 1 G, in R lacuna uoci rel. Glossae ex γ: u. 1. *gratum.* tibi scilicet. *antium.* ciuitas. 4. *funeribus.* luctibus. 5. *Te pauper.* Ordo est. pauper colonis ruris. *ambit.* rogat supplicat. 7. *lacessit.* nauigat. 9. *te profugi.* s metuit. *scitae.* s. metuunt. 13. *proruas.* deicias. 14. *frequens.* bellicosus. — *stantem columnam.* praesentem felicitatem. 15) *cessantes.* inhermes commoueat. 26. *cadis.* lagoenis. — *per iura cae*dit. quae se fidem seruatur*a* promiserat. *caed*it. discedit. 33) *pudet.* tedet s. nos. 35. *intactum.* intemptatum. 36. *liquimus.* re.

PORPH. Ode XXXVI. ad fortunam R. *ad* Fort. Crvafh. codd. *in*. 20) potent*em* Ascensius. potent*ium* MRG. rell. poten*tum*. scri*b*ta M. Bφ addunt: inuocans fortunam quae colitur apud antium. numinis M,o supraser. pr*ae*t. M.

*gratum q. r. A.* Hoc ideo, quia Antii Fortuna potentissimi numinis habetur, adeo ut multis pretiosissimisque donis et priuatorum et imperatorum templum ibi eius refertum sit.

2. *praes. uel. imo t. d. gr.* Praesens ita dictum, ut praesentia dicuntur numina deorum, quae se potentiamque suam manifeste ostendunt.

4. *uertere fun. tr.* *Vertere* pro eo quod est conuertere et mutare positum est.

6. *te tom. aeq.* Pro *et aequoris.* Hoc autem recte dicitur, quoniam Fortuna et semper et ubique metuenda est.

7. *quicumq. Bithyna lac. Carpathium p. c. Bithyna carina* ait, ut solent poetae speciem pro genere ponere: qualia sunt illa *Vergiliana* (G. II, 451): *leuis innatat alnus Missa Pado* pro quolibet flumine et (A. III, 269): *Illas ducit amor trans Gargara transque sonantem Ascanium,* pro quolibet monte.

9. *prof. Scythae.* Manifestum est, cur *profugos* dixerit, quod scilicet etiam fugiendo proeliarentur.

12. *et purp. mel. tyr.* *Purpurei* pro purpurati, *purpureum* enim aliud est, si proprietatem attendas, nam sic dicitur *purpureum* ut *lapideum, ligneum,* hoc est, quod purpura tantum constat.

14. *stantem col.* Pro incolumitate dignitatis et totius domus intellege.

14—16. *neu pop. freq. ad a. cessantes ad. arma conc.* Bene tumultum uulgarem expressit repetendo.

17. *te semper anteit saeua N.* Nec enim est suae potestatis qui necessitati subiectus est.

18. *clauos trabalis et cun. man.* Eleganti conceptione haec instrumenta Fortunae adcommodat, scilicet quibus cogit et torquet implicatque res humanas.

21. *te spes et a. r. f. colit.* Bono ἐπιθέτῳ *raram* fidem adpellat, quia a paucis colitur.

22. *et albo r. f. c. uelata panno.* Posset uideri sordide dixisse *panno,*

3) eius om. 2. eius ibi R. 8) Pro et aeq. MA2G. rell. om. 9) *etiam* recte 2. Fort. semper. om. *et*, R. *quum* fort. M. 10) Bith*y*na lacessit c. p. c. M,afh. bithin*ia* r, alii bit*h*ina. 11) Vergiliana M. u*i*rgiliana R2,r. rell. uirg. aut uirgil. 12) fluuio R. — Ill*as* MR2. illa G,rv. illam a fh. d*i*cit R,rv. 13) pro quol. *flumine* MA. 14) Sc*i*thae M. *cur* R et Ascensius. rell. *cum.* etiam MAR2G, edd. om. 16) Purpurei om. enim MR2G. rell. om. *il*lud 2. 17) dicit fh. rell. dic*itur*. lapidem fh, rell. lapideum. *ligneum* MR2G. rell. igneum. ig*nem* R. 19) se*r*ua MR2 et fh. s*ae*ua rva. Ex lemmate uet. codicis, in quo se*rua* est, neutiquam sequitur, Porph. sic legisse. Similis est ratio scholior. Acronis, quae conglomerata magnam partem atque interpolata uidentur. Sic *ministra*, *ancilla Fortunae* aliasque codd. glossas, ut uerba extrema *non ergo* — *conpellitur*, serioris aetatis additamenta putanti tibi nihil restabit, quo lectionem *serua* etiam in Acrone defendere possis. 25) adcom M. cogit et torq. M2G, rell. torq. et cogit. 27) bono epith. om. R. 29) sord. uid. R.

nisi uellet hac conceptione intellegi, a pauperioribus magis coli fidem. *Albo* autem dixit propter honestatem fidelitatis; aut numquid albo panno fides uelata dicitur, quod qui fidem colunt, honesti quidem habeantur, sed pauperes fiant, quoniam acquisitio magis perfidia prouenit.

22. 23. *nec com. abn. u. m. potentes u. domos i. linquis.* Non spernit te, inquit, o fortuna fides, cum linquis *potentiorum limina* (Hor. Epod. II, 8), id est, cum relinquis diuites. Per hoc autem uidetur significare eos qui ex dignitate honoris aut diuitiarum ceciderint, nec fidem apud eos remanere, id est, fidem quoque amittere. Et hoc quoque dupliciter intellege, ut fides illis nec habeatur nec seruetur.

25—27. *at uulg. inf. et m. r. p. c. diff. c. c. f. s. a.* Haec eleganter dicuntur, quia fortunae euentum subire cum amico uulgares homines nolunt.

28. *ferre iug. pariter dolosi.* ἀλληγορικῶς ostendit, necessitati amicorum nolle coniunctos [est] esse. [*pariter.* importune].

29. *serues it. C. i. u. o. Brit.* Caesarem Augustum dicit. Hic initium odes huius coniungendum est, sic enim: O diua gratum quae regis Antium, serues iturum Caesarem.

30. *iuuenem r. ex.* Translationem ab apibus factam pro multitudine militum posuit.

31. *timendum.* Cuius exercitus timetur et in occasu et in oriente. *Oceanoque rubro.* Hoc est rubromari, quod est in oriente.

33. *heu cicatr. et sc. p.* Huius scilicet sceleris, quod bello ciuili in nos admisimus.

34. *quid nos d. r. aetas.* Suauiter figurauit: *nos aetas.*

35. *quid. int. n. liq.* Nefastos pro nefariis posuit.

38. 39. *o utin. n. i. diffingas retunsum i. m. Arabasque fer.* ἀμφίβολον; non est enim *retunsum in Massagetas* accipiendum, sed *in Massagetas diffingas.* Sensus est enim, utinam ferrum, quod retundimus in corporibus nostrorum bello ciuili diffingas, id est, refrabrices ad uersus barbaros. *Massagetae* autem gens Thraciae.

1) pauperibus rvafh. codd. pauper*iori*bus. 3) at 2. uelata alb. pa. fid. 2. *quidem* om. rvafh. 4) perfida. 7) id est MR2G. edd. *cum.* 13) allegorice 2. 14) *eos* libri neque hoc neque alio loco habent. gl. *importune* fh. om. rell. 16) odes om. rvafh. *est* om. rvafh. dicit. Sic autem coniungendum est. O diua R. hic *nun*tium hulus coni. enim M,r. rell. coniungendum sic. O diua. 18) Transl. MAR2G. edd. om. Bφ: *Translatio ab apibus* ad multiplicem et decoram pubem romanam. fact*um* edd. omn. 21) Oceano edd. Hoc est om. R. Heu M. sc*ae*l. M. adm*issi*mus M. 25) Nef. pro n*ae*f. M. nefari*os* R. 26) *diffi*ngas ret*un*sum M. Massag. ara-t*a*sque M. rutu*n*sum in masag. diff. M. retu*n*sum MAR. 28) est om. v. — ut vafh. retu*n*dimus MR2. retu*n*damus r. rell. ret*u*pimus. 29) aduersum M2. gens est 2. genus r.

# CARMEN I, 36.

## ACRON.

*Et ture e. f. i.* In honorem Pomponii Numidae hanc oden scribit, pro cuius salute ex Hispania reuersi vota persoluit laetitiamque conuiuiorum per sacrificia se exhibere commemorat.

1. *Et ture e. f. i.*Fidicines sacrificiis adhibere consueuerant, ut *Verg.* (G. II, 193): *Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.*

2. *placare.* Hic non pro irata aut mitigare aut reconciliare numina posuit, sed aut pro grates referre aut uota persoluere: propitii enim dei reduxerant Numidam sospitem.

2. *et uituli s. d.* Id est, uotis peractis. Debetur enim hostia, dum uotis susceptis promittitur.

4. *qui nunc Hesperia.* Hispaniam dixit. Hesperia autem ab Hespero dicta, quasi in occidentali plaga. Ordo est: qui nunc sospes reuersus ab ultima Hesperia diuidit multa oscula caris sodalibus, nulli tamen diuidit plura quam dulci Lamiae, memor pueritiae actae non alio rege et memor simul mutatae togae.

6. *diuidit oscula.* Largitur, tamquam quae multis data sufficerent; quae consuetudo est amicorum, dum de longinquo tardius reuertuntur.

8. *non alio rege.* *Regem* aut diuitem posuit aut patronum. *Juv.* (I, 135): *Optima siluarum interea pelagique uorabit Rex horum.*

*puertiae.* Pro *pueritiae* per syncopen dixit, et significat Numidam Lamia patrono usum a pueritia usque ad uirilem aetatem; unde ait *rege,* vel

ACRON. *ture* omn. uett. codd. ut supra I, 19, 14. 30, 3. Ad numidam plotium A. Eucharistice alloquitur amicum numidam lamiam redeuntem b. Eucar. ad num. amicum lamiae redeuntem Bφ. Euchar. lamiae numidae amico loquitur redeunti γ. Ode XXXVI. R. 4) Hanc oden scribit in honore b. pomponi Ab,r. numidiae γ. numide b. hispaniam A. 5) *licentiam*que b. laetitiaque 2. *se* om. 1. 7) fid. *enim* R. consueuerant Aγ2. rell. consueuerunt. adhibere γ. rell. adhiberi. 8) *tirrenus* γ. 10) pos*uit* AC. poss*unt* R1G,rmv. poss*it*, M. *sed parat* grates ref. fh. *parat sed aut* grates ref. Asc. Q: *scr. posuit.* Sed C iam dedit: placare hic non *posuit* pr. ir. grat*ias* referre etc. 9) mit*t*igare γ. ut Franck. Bern. A al. ad epist. II, 2, 186. 10) grates *pro*ferre γ. d*ii* codd. et Crmvfh. dei a. 11) reduxer*a*nt rafh. reduxer*a*nt codd. et v. Non plac*at* hic numina irata sed refert grates dis qui propitii reduxer*a*nt n. sosp. 2. placare i. gratis illis referre Bφ. schol. om. b. 12) pera. uot. 1. ostia γR. *perm.* r. 14) dicit 2. Ultimam hesperiam Hisp. dixit b. hyspani*as* A1, r. Ordo — togae om. A. caris γb12 C,rv. *ch*ar. mafh. *tunc hosp.* 2. 19) Largitur γC. rell. om. distribuit Bφ. et C post *largitur.* 20) est om. R. amicorum est A. *haec* est am. C est cons. am. r. rell. cons est am. — tardius AγR21,rmvafh. om 1 G et C (dum long. reu.). Pro *tardius* olim posui *tandem*, sed quaeritur num seruari possit potestate *serius*, plus tard. conf. Plin. H. N. XVI, 26: *sero germine* malus, *tardissimo* suber et similia. 21) regem *autem* bR. *ut* Iuu. b. uora*uit* b1. 23) synco*pen* BγbR (pē). synco*pam* rell. — signi*ficat* AγR2. sig*nat* r. rell. signific*auit.* 24) lami*am* b21,m. *eo* patr. 1.r. *unde ideo* γb.r. *ideo ait* regem, om. *unde* 2. agit reg*em* r. rell. ait rege. unde ait rege afh, om. *ideo.*

quod cum Lamia rexerit. *Peractae* autem pueritiae ait, quia deposita praetexta accipiebant adulescentes togam uirilem. Qua commemoratione uult uideri per hoc, quod simul togas mutauerint, aetatis aequalitatem augere amicitiam. Vnde et *Verg.* (A. IX, 273): *mea quem spatiis propioribus aetas* [*Insequitur*].

10. *Cressa.* Cretensi. Cretensibus enim mos erat dies laetos albis calculis, nigris contrarios numerare et ex laetorum dierum numero uitae tempus metiri: malos enim in annorum numero non ducebant.

11. *neu promptae m. amph.* Id est, prolatum uinum expendatur continuata laetitia.

*neu morem in Salium.* Salii sacerdotes Martis et Herculis dicebantur, qui sacra saltatibus celebrabant, ut (A. VIII, 285): *Tum Salii ad cantus* [*incensa altaria circum Adsunt.*]. Nam proprie Salii a saliendo dicti sunt.

13. *heu m. D. m.* Ebriosam mulierem dicit, quae a Numida amabatur. Vnde hic sensus est: Cum Numida certamen bibendi sit Damali nouo amico non cum Basso.

14. *Amystide.* *Amystis* [ut] quidam putant, quod potionis genus sit apud Thracas, ideo Amystis dicta, quia certa mensura clausis oculis potabatur uno ductu. Alii Amystidem gemmam intellegi uolunt, quae praesenti usu *Amethystus* dicitur. Clausa enim poculis ebrietatem prohibere credebatur; nam et apium si manditur, aduersus ebrietatem putatur prodesse.

1) *uel* quod Aγb12, rmva. *uel* om. fh. uel *quia* 2. uel quid b. eius lamia *rex erat* r. 2) pretext*a*ta γ. praete*x*ata Ab. prete*st*a R. ait *qui* A. sim*iles* tog. r. aequalitate r. 5) Insequitur R, fh. rell. om. 6) mo*ris* C. Cretensibus mos, om. enim γ2. 7) *mestos* Bφ: Cretenses enim *et romani* albis calculis laetos dies notabant et in pharetris suis ponebant et econtra *mestos dies* nigris lapillis. conf. Porph. — *electo*rum 1, vm. lec*to*rum a. rell. l*ae*torum. numero ui*tae* tempus γ. C numero u*nae* temp. A. numero temp. om. *una et*, 2. *et* om. γ. numero *anni* tempus b. rell. numero *una et* tempus. 8) nume*ros* r. numero γb. rell. nume*rum*. malos enim *nullo* numero ducebant C. 9) *nec* pr. R. *neu. uel nec* 1 man. γ. *prompte* prolate γ. rell. om. 11) dic. et Herc. C. 12) sal*ta*tibus AG, mafh. salta*n*tibus γR2, r. sal*ti*bus v. sal*iendo* C. qui*a* sacra alta*ri*bus b. 13) inc. — adsunt om. Aγb1, m. Loc. Verg. in R: — circum Populeis adsunt euincti tempora ramis. Salii prop. G. sal*iu*ndo A. Nam — sunt om. b. dicuntur 2. rell. dicti sunt. 16) Sensus 2, om. Unde hic — est. Ebriosa mulier, om. dicit 2. nou. am. om. 1. sit om. γ. 18) amistide Aγ, r. amystid*ae* b. am*y*stide mvafh. mystis A. amistis γb, rma. rell. amystis. *ut* om. Aγb, r. put. *quod* potionis Aγb. rell. om. *sit* opus Aγb. trac*hios* b. trac*hias* γ. thrac*as* A et edd. 19) certa mensura om. 1G, mva. *quae* certa r. dicta *quod* R2, v. 20) *uno ducto* A. u*i*no duct*o* R, r. om. 2. rell. *uno* duct*u*. — am*ysten* A. am*isten* γb. am*estita*m R. amistin rm. am*ysti*n vafh. ametisten 1. feminam uel gemmam b. alii gemmam putant 2. intell. om. 1, m. 21) amet*hi*stus Aγmva, ame*stis* uel *hus* b. *fugat* 2C. rell. proh. cred. 22) a*pp*ium R. mand*a*tur (coni.) AγR2, r. rell. mand*i*tur. — aduers*um* A. putatur prodesse om. 2. prod. put. b.

16. *neu uiuax ap.* Diu uiriditatem retinens, cuius perenne folium non deficit uiriditate.

*neu breue lil.* *Breue* ad tempus rettulit.

17. *putres.* Nimio potu marcentes et libidine resolutos.

20. *lasciuis.* In diuersa discurrentibus et uagis.

*ambitiosior.* Quoniam ambitu et concupiscentia amplexu facile se ita inliget, ut hederae consueuerunt.

## PORPHYRION.

*Et ture et fid. i. p. et u. s. d. c. N. d.* Hanc oden scribit in honorem Pomponi nomine Numidae, pro cuius salute reuersi ex Mauretania uota soluere aequum esse dicit.

1. *et fidibus.* Fidicines hodieque Romae ad sacrificia adhiberi sicut tibicines, nemo est qui nesciat.

1. 2. *iuuat. pl. Numid. deos.* *Placare* pro eo quod est *gratiam referre* intellegendum, non ut placari irati dicuntur. Cum enim Numidam dicat sospitem rediisse, apparet eum deos propitios etiam ante sacrificia habuisse. *Custodes* autem pro conseruatoribus accipiamus.

4. *qui nunc Hesperia sospes ab u.* Numida hic ex Mauretania, in qua militauerat, reuersus est. Ergo Hesperiam nunc occiduam partem intellege non ut Hesperia a Vergilio Italia dicitur.

8. *actae non alio rege puertiae.* *Puertia* pro *Pueritia* per syncopen dixit. Significat autem Pomponium hunc Numidam a pueritia Lamia patrono usum.

9. *mutataeque simul togae.* Praetextae utique togae mutatae, qua deposita uirilis accipitur. Per hoc significat eos pariter adoleuisse.

10. *Cressa n. c. p. d. n.* Album calculum *Cressam notam* dicit, quia Cretensibus mos erat, laetos dies calculis albis quos in pharetras mittebant notare, tristes autem nigris. Per hoc ergo dicit [nunc] poeta laetum diem exigendum.

11. 12. *neu promptae m. a. n. m. i. Salium s. r. p.* Per quod significat, et largius bibendum et saltandum. Salii autem sacerdotes Martis hodieque

1) schol. om. A. cuius pene fol. γR12,a. poene fol. mv. retinet 2. fol. pene fh. *perenne* fol. r. 4) marc*esc*entes fh. rell. mar*en*tes. *in* marc. 2. 5) Diuerse disc. 2. 6) habitu 1G. 6) amplexu*qu* 2. 7) se om. Aγ,r. *in*lig. Aγ,r. *al*liget r. rell. *il*liget.

PORPH. Ode XXXVII R. *tu*re scriptura constans uett. codd. 11) pompo*ni* M. — numide M. e maur. R mauretania M. rell. maur*it*. 12) solui R. ait 2. 13) fidicine*s* MAR2 et Auct. p. 689. edd. fidicin*as*. ad sacra R. ut 2. 17) *etiam* MAR2G. rell. *et*. 19) ubi mil. 2. 22) *per* synco*pen* M2,a. syncope*m* R. sine rv. κατὰ συνκοπὴν fh. 25) praetex*tam* afh. 27) dixit R. 29) *ergo* om. fh. *nunc* om. M et edd. 31) nec R. 32) hodie *quoque* R.

tripudiare in sacrificiis Martis dicuntur, unde et Salii a saliendo, id est, saltando dicti. Ordo est: neu sit requies pedum Salium more.

13. 14. *neu m. D. m. B. threi. u. A.*Amystis, ut quidam uolunt, potio quaedam est apud Thracas. Alii poculi speciem esse aiunt eo quod necesse sit uno ductu potionem haurire. Sensus autem est: Damalis, quae multi meri est, id est, ebriosa, non uincat Bassum in potando, id est, Bassus quoque multum potet.

16. *neu br. lil. Quod breuis* temporis est, hoc est, cito deflorescit.

17. 18. *putres d. oc. Putres* uino intellege; uidemus enim ex uino oculos quasi languidos fieri.

18. 19. *nec. D. n. diu. adult.* Sensus est: nec nouus adulter, id est, amator Damalim auellet a pristino suo amatore.

20. *lasciuis hederis ambitiosior. Ambitiosa* ab ambitu lacertorum, id est, amplexu Damalis dicta est, quae ob hoc hederae comparata est, quia et illa arbores solet ambire, id est, circumdare. Hederas autem *lasciuas* dixit, quia quasi ludentes uagae serpunt.

# CARMEN I, 37.

## ACRON.

*Nunc est bib.* Post bellum ciuile primum imperium Romanorum inter tres diuisum est, ita ut Antonius orientem, Augustus Gallias, urbem Lepidus obtineret. Antonius Augusti sororem habuit uxorem, qua spreta amore ductus Cleopatrae Ptolomaei sorori coniunctus est. Qua indignatione Augustus aduersus Antonium et Cleopatram bellum gessit apud Actiacum promuntorium [Epiri] et praefecto classis Agrippa superauit Antonium proelio nauali; quo uicto et Alexandriam cepit. Hac ergo ode laetitiam suam significat ob uictoriam Augusti.

2) Ordo est *autem* R,r. ne R. Saliorum fh. 4) apud *archas* M. *arcadas* 2. *archadas* r. rell. thracas (Acr.) 6) id est MRG. rell. *Ideo.* 7) pot*et* AR. pot*est* M (sec. Halm.) rell. pot*at*. 9) Uino put. fh. 11) schol. om. M. 12) damal*im* AR2G,rva. — dama*li* auella*tur* — amo*re* fh. rell. damali*m* auel*let* — am*at*ore. 15) solet arb. afh. 16) u*ae*ge M. *semper* serpunt 2.

ACRON. Ode XXXVII R (Acr.). Prosphonetice ad sodales augusti *ce*saris uictoriam alexandrinam describit R (Hor.) cum γBφCE etc. Cleopatram alexandrinorum reginam hostem augusti demonstrat A (Acr.). Prosphonetice in uictori*a* augusti b. 21) bell. ciu. AbR2. rell. ciu. bell. in tr*is* 2. in tres R,r. rell. int*er* tres. 22) galli*am* 2,r. rell. gallias. Aug. urbem. Galliam lepidus r. le*pp*idus A. lepid*os* b. *opt*in. Aγb. 24) soror*is* fh. 25) aduersum AR. Cleopatram*que* 2. acti*a*cum prom*u*nt*u*rium A. acti*a*cum prom*un*ctorium γBφ. ac*ti*cum prom*unctor*. b. acci*a*cum promont*o*r. R. act*ia*cum promontor. vm. Ac*tium* prom*u*nt*u*r. G. rell. Ac*tium* promontorium. de scriptura conf. supra ad 1, 15, 7. 34, 10 et infra III, 4, 28. apud Actium autem Epiri permontorium C. 26) epiri om. AγbR2.

1. *pede libero.* Aut a periculis aut a fuga, securo aut lasciuienti.

2. *pulsanda tellus.* Pedum plausu ferienda.

1. 2. *nunc saliaribus.* Saliares cenae, quas Salii faciebant, dicuntur amplissimi apparatus fuisse, unde et in prouerbio erat Saliares cenas dicere opiparas et copiosas, Ordo est: *Nunc est tempus ornare puluinar deorum saliaribus dapibus. Puluinaria* dicebantur aut lecti deorum aut tabulata, in quibus stabant numina, ut eminentiora uiderentur.

4. *erat.* Pro est. — *dapibus.* Post saltationem enim hostiis epulabantur, ut (A. XI, 740): *lucos uocat hostia pinguis in altos.*

6. *cellis auitis.* Antiquis cellis, uinariis, id est, uinum auitum.

*dum cupit r.* Cleopatra, ut [*Luc.* X, 63]: *Terruit illa suo si fas Capitolia sistro.* Ordo est: Dum regina impotens sperare quidlibet et ebria dulci Fortuna parabat funus et dementes ruinas Capitolio et imperio cum grege *t*urpium uirorum contaminato morbo.

9. *turpium.* aut eunuchorum quos satellites habuit Cleopatra. Aut malae uitae, aut euiratorum.

10. *impotens.* nimium potens.

11. *dulci.* prospera.

12. *ebria.* Elusa fortunae successu et ob hoc demens, inconsulta, improuida, sicut ebrii [esse] solent.

13. *uix una s. n. a. i.* Aut nauis, qua ostendit Cleopatram primum corporis sui inlecebris Caesarem cepisse, secundum Antonium, Augustum deinde temptasse, sed eum eius uitasse complexus; ideo: *una sospes nauis ab ignibus.*

14. *lymphatam.* Ebrietate insanam.

*Mareotico.* Mareotis in Aegypto palus est, iuxta quam uinum optimum nascitur, quod ex eius uocabulo *Mareoticum* appellatur, ut sunt (G. II, 91): *et Mareotides albae et: Mareotica fumat.*

1) aut a fuga aut a peric. A. schol. om. b. Bφ: i. expedito uel nudo. 2) *plausu* om. libri. Q tacite incule. *pulsu*, propter *pulsanda*, ut uidetur. atqui non solum pinnis s. alis ac manibus plaudebatur sed etiam pedibus. Macrob. ap. Enn. VI, 1: *plausu* caua concutit ungula *terram*. plausu pedum 2. 4) unde in 2. cenas om. 1. saliares *res* dicere *quasi paratis* et cop. 2. *oppip*. dicere et cop. b. Ordo — dapibus om. A. 8) schol. om. b1. post consolationem A,m. enim om. γ. ostia A. 10) schol. om. b1. Ceculi sunt campi prope Amyclas interiacen*tia* et *t*arracinam. ubi est uinum optimum. *auitis* i. antiquis. *cellis*. uinarii*s* 2. 12) Ordo — morbo om. A. — quodlibet 2. *h*ebria γ, ut saepius in scholiis. 15) turpium *aut* 2. rell. om. aut. — turpium aut A2. *turpium autem* om. uva. turp. autem *et* r. *turp. autem aut* fh. pro eunuchorum R: timidorum. De *morbo* (siue *tabo*?) turpium uirorum nullum scholion, nulla glossa. 17) gl. ex Aγ2,r. improu. om. 2. i. demens et inconsulta fortunae successu Bφ. 21) aut naui AγR2,r. nau*im* b. rell. nau*is*. — primum corp. sui inl. ces. cep. AγR2,r. rell. primum Iulium Caesarem corp. sui ill. 23) sed *fertur* eius 2. 24) *lin*phatam γ. lymph. A ebr. sc. et insania 2. 25) Mar. in egipto Aγr (aegyp.). Mar. est palus in aegypto R. rell. In Aeg. palus est. est om. r. 26) ex AγbG,rva. rell. om. 27) alpae b. fum*ant* afh. Mar. fum*at* comtos C. *comptos*. Abγ (coptos).

15. *redegit in ueros t.* [Non fictos] iustos.

16. *uolantem.* [Hoc dicit, ut illius fugae celeritatem ostenderet.] *Volantem* [autem] aut fugientem, ut (A. VIII, 224): *pedibus timor addidit alas,* aut nauigantem, ut (A. III, 124): *pelagoque uolamus.* Ordo est: Caesar adurgens, s. remis illam uolantem ab Italia, ueluti accipiter urget molles columbas aut citus uenator urget leporem in campis niualis Haemoniae, ut fatale monstrum darit catenis, supple a superiori: minuit furorem et caetera.

18. *multis.* Aut propter renitendi uires aut certe caput faciles, ut *Verg.* (A. XI, 721): *Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto Consequitur pinnis sublimem in nube columbam.*

19. *niualis.* Frigidae et niuosae.

*Haemoniae.* [Thraciae] ab Haemo monte, ibi enim pugnatum est; *Verg.* (G. II, 488): *o qui me gelidis in uallibus Haemi Sistat.*

21. *fatale m.* Fatalem dixit aut turpem, unde et prostantes fatales dicuntur, ut est: *Romam non casta molo,* aut uelut monstrum fatis sibi reseruatum, aut fato Romanis subiectum.

*generosis.* Id est, maiori, quam sexus exigebat, animositate.

23. 24. *nec latentes classe citare parauit oras. Latentis oras* i. e. fines regni latentes. Id est: non collegit denuo exercitum ex intimis regni partibus sibi fauentibus. Perditis enim rebus Cleopatra dum omnis in eius auxilium Aegyptus conspiraret, ne aut reparato bello ad interiora descendens [id est] genti suae existeret grauis, aut occasionem gloriosae mortis effugeret, contempsit amorem uel deuotionem suorum. Quod Vergilius regioni dans in fluminis appellatione rettulit Nilum auxilia offerentem, ut est (A. VIII, 712): *Pandentemque sinus et tota ueste uocantem Caeruleum in gremium latebrosaque flumina uictus.*

1) Non fictos om. AblR1G,rmv. adiec. afh. *iustos* Aγ. 2) Hoc — ostenderet afh. rell. om. 3) autemom. omnes praeter fhQ. *ha*las A. Ordo — etc. om. A. Cesar adurgens remis *sunt* ill. uol. b. adurgens s. remis illam γ. rell. om. remis. pro s. subaudi R2,r. *ab* italia γR,r (italiam) vm, afh. Q inculc. *ex* italia. uelut*i* γR,r. rell. uelut. 7) s. *a* superior*i* γ. *sub* a·superior*i* 1 *supple a* superiore va. *subest* a sup. r. 9) Moll*is* A. rell. molles. aut preter γbA (p̄ t̄). aut *propria* r. rell. aut propter. renitend*i* A,rC. re*nnu*endi b. rell. renitent*is*. 11) p*i*nnis A. rell. pennis. 15) turpe*m* Aγb2,r. fatale*m* dixit aut turpem γ,r. dicit fatale aut turpe R. fatale dixit aut turpe*m*. 2. afhQ: aut turpe dixit. 17) *sub*iectum om. libri. *ob*iectum Porph. 18) moior*i* A,r. maiore*m* γ. rell. maiore. 19) scripsi *citare* parauit pro cita *reparauit.* haec caesura fugam bene exprimit. *reparare,* sensu repetere, uerbum est serioris aetatis et ex *reparato bello* Acr. et *repararet uires* Porph. in Horatium uidetur traductum. — latent*is* γb, ut uet. Bern. K. late*m*tis E, more suo. A in Hor. habet latent*is*, in lemmate latent*es*. 20) coll*i*git 1. rell. coll*e*git. 21) part. regni γR12,r. regni part. afh. ex *ult*imis pa. reg. r. 22) in auxil. eius Aγ,r. in *ex*ilium suum 2. rell. in eius *aux*il. — in*t*eriora AγR2.r. rell. inferiora. 23) gent*is* A. id est fh. 24) amorem om. γ. 25) typoth. error re*l*igioni fh. — auxili*um* R. ut est om. γ,r. 27) latebr. AγbR, rell. lacrim. lachrimosaque. uict*us* Aγb1.

25. *ausa et iacentem u. reg. u. s.* Id est: regnum suum desperatum et deiectum uultu interrito et ueluti laeto, ut (A. I, 209): *Spem uultu simulat.*

26. *fortis.* Quae haberet ex desperatione uirtutem.

26. 27. *et asp. tr. s.* Cleopatra metu capta, ne duceretur in triumphum, corpori suo serpentes adposuit, quorum interiret ueneno, ut (A. VIII, 697): *Necdum etiam geminos a tergo respicit angues.*

29. *deliberata.* [Aut pro adhuc in cogitatione et tractatu habita posuit aut pro] iam statuta morte, ut (A. IV, 475): *Decreuitque mori.*

*ferocior.* Promptior. *saeuis Liburnis* [fuit ad mortem; illi enim libenter moriuntur]. aut *saeuis sibi,* per quos uicta est, aut *saeuis* (id est) fortibus, ut (Hor. Carm. I, 12, 43): *saeua paupertas* et (*Verg.* A. I, 238): *saeuus Hector et* (A. I, 99): *saeuumque tridentem*; [aut quia Liburnorum gens ad moriendum prompta dicitur, quibus illa ferocior fuit; (*Verg.* A. I, 244): *Regna Liburnorum.*

30. *scil. inuidens.* Ordo est: [scilicet] non humilis mulier inuidens priuata deduci superbo triumpho; *inuidens* Augusto, ne captiuitas sua illi speciosiorem faceret triumphum. Nam et *Liuius* (lib. CXXXIII) refert: *Cleopatram cum de industria ab Augusto capta indulgentius tractaretur, dicere solitam:* non 'triumphabor.'

*deduci.* Subtrahi.

6) haberet AγbR1G,r (fortisque *ut* hab. *quod* hab. R. schol. om. 2. Cum *quae haberet* frigeant, uide utrum scribendum sit: fortis ut *traheret* ex desp. uirtutem. Frankius meus uoluit: *fortis et asp. tract. serpentes.* ut traheret *ex serpentibus uenenum.* 7) *ad* triumph. 1. 8) Prior scholii pars *Aut — posuit* Christianam Lactantii et Crispiani latinitatem redolens eiciatur cum Ed. princ. Rom. r: aut pro iam statuta morte *et decreta.* aut *iam pro* statuta morte *id est,* decreta γ. aut *pro iam* st. morte decreta AR2. *deliberata.* statuta, quia diu praemeditate fuerat qua morte se inter*ficeret.* decreta ut decr. mo. C. Ostenditur, quia diu praemeditata est qua morte se inter*faceret* Bφ. 10) Q: 'Non solum interpretatio ipsa in hoc sch. falsa sed uerba quoque corrupta.' Sed corrigere, emendare, constituere nostrum est. Puncto posito post *promptior* tollitur et absurda ista constructio cum ineptissima coniunctione, ex qua orta est neque uera neque, si uera esset, Horatio digna explicatio, quam monachus aliquis additamento in fine posito insulsa doctrina repetiuit. Quibus abiectis omnia sunt sana, mutato insuper *per quos* in per qu*as* et puncto posito post lemma *saeuis liburnis.* Mirum profecto, Comment. Cruquii de Liburnis ne uerbum quidem adtulisse. Absonam istam monachi uecordis expositionem iam prodiderunt Bφ: *Lyburnis*] gens Illyrici *ad moriendum promptissima.* Liburni utique intrepidi nauigatores mari erant ac bonae frugi homines Romae, ut ex pluribus Iuuenalis locis patet. 14) *qua* illa feroc. γ. *ciuilia* feroc. b. *quia* illa feroc. rell. *quibus* il. fe. Pro *quibus i. f. fuit* habet 2: qui sunt populi illiriorum. 16) Ordo — triumpho om. Aγ. Ordo est. non, om. scil. γ. 17) inuidens augusto om. 2. inu. om. r. *ut* capt. 2. necapt. γ. il*li* om. 1. il*lic* b. 18) *num* v. li*bius* A, ut M ad Porph. le*nius* b. 20) solitam om. R. solita γb. 21) subtrahi om. R21G. *per*trahi fh. subtr*ai* γ. subtrahi A. cuidam schon. mutil. uidetur: sub *iugo* trahi. C: *priuata.* sola indecenter *subtrahi.* Glossae ex γ: u. 5. *ante hac.* una pars i. actenus. C: ante uictoriam, hactenus. *nefas.* s. erat. C: *caecubum.* uinum uetus. 17. adurg*uens*] insequens. illam scilicet. 21. *gene*rosius.

## PORPHYRION.

*Nunc est bibendum.* Hac ode laetitiam profitetur suam poeta ob uictoriam [Actiacam] Augusti, qui M. Antonium apud Actium promuntorium nauali proelio superauit ac deinde Alexandriam cepit.

1. 2. *nunc p. l. p. t.* Id est, libere tripudiandum est ac per hoc ludendum.

*nunc saliaribus o. p. d. t. e. d. s.* Sacerdotales caenae, quas Salii faciunt, dicuntur esse amplissimi apparatus. Vnde in prouerbio est Saliares caenas dicere opiparas ac copiosas.

5. 6. *ante hac n. d. C. cellis auitis.* Belle per *cellas auitas* uinum uetustum significat.

8. *funus et imp. par. Funus* pro exitio positum [est]; *imperio* autem utique Romano intellegendum.

9. *contaminato cum grege.* Id est, cum grege spadonum, quos Cleopatra satellites et cubicularios habebat, quos morbo turpes dixit, quia fere hi effeminati erant.

12. *fortunaque d. ebr.* Hoc est, fortunae successu demens et inconsulta.

12. 13. *sed minuit f. u. n. s. n. a. i. Vna nauis,* qua scilicet effugit uicta ab Augusto; sed *unam nauem* ὑπερβολικῶς dictum accipe.

14. *mentemq. l. m. r. r. u. tim.* Mareotis palus esse dicitur in Aegypto, unde uinum Mareoticum dicitur. Ergo *lymphatam mentem Mareotico* ex ebrietate uesanam accipe.

19. *in campis niu. Haemon.* Haemonia [Thracia] dicitur ab Haemone monte, quem *niualem* merito appellauit, quia est frigidissimus.

nobilius C. 22. muliebriter. molierum more. C: more mulierum. 26. *Voltu sereno* i. simulabat uoltu letitiam. C: interrito, et ueluti laeto. ut, spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. (conf. Acr.) id est, *simulat uultu laetitiam. asperas.* ualidissimas. 27. *tractare.* sibi adhibere. 28. *combiberet.* ad traheret C. 31. *priuata.* indecenter (conf. C). *superbo.* nobili C. 32. *Non humilis.* Non ignobilis. Minus dixit. plus significauit (haec 4 uerba fere euanuerunt). C: superba, non ign. — signif.

PORPH. Ode XXXVIII. In Augusti laudem. R. 3) *hae*ciacam M. aug. act. R. cum MRBφG. qu*i* r. rell. qu*a*. *coe*pit M. ce*d*it r. acciacum prom*u*nt*u*r. M. conf. supra I, 34, 10. prom*u*nctor. Bφ. Bφ: — uictoriam augusti. cum ap. pr. nau. pr. in (M?) ant. *et cleopatram alexandrinorum reginam* superauit. demonstrans ipsam cleopatram hostem fuisse augusti. 7) *Scaenae* M. infra *ce*nas. scene R. qu*a*s *a*lii M. *op*piparas M. 9) *et* cop. R. 10) ante ha*n*c nefas M. *uelle*, more suo pro *b*elle M. *b*elle A. rell. om. 12) est om. MR2. 16) ii *ex*istim*a*ti sunt r. hii 2. *hi* M. rell. *ii*. 19) *secundum* vafh. *sed* codd. et r. — ὑπερβ. s. hyp. om. rvafh. 20) Ment. lymf. M. 21) uinum mareotico. Dici*tur* ergo *lymf.* ment. M. rell. mareoti*cum*. Mar. pal. e. d. aegi*pti* unde uin. mareoti*cum* dici*tur*. Bφ. mareoticum dr. Ergo R. Cum hoc cod. distinxeram post *dicitur*, id quod recte etiam Q fecit, qui, ut libri nondum dicti, scripsit: *dicit.* accipe MR2G. edd. accip*i*. 23) Hem. M in lemm., h*ae*moni*ae* et hemone in scholio. H*ae*m. R in lemm., *he*monia et emone in scholio. Aem. 2,rv. Haem. afh. aem*o* monte 2. — Thracia fh. rell. om. *Haem.*] Tracia uocatur *he*monia ab alto monte *hemone* niue semper habundante Bφ.

*daret ut catenis f. m.* Fatale *monstrum* ait a fato sibi seruatum, aut detestabile, aut dictum hoc accipiamus, quasi decreto fatorum nobis objectum.

22. 23. *nec mul. exp. ensem.* Non tamquam ense perierit Cleopatra, sed significat, eam tam praestantem animi fuisse, ut ensem quoque non timuerit.

23. 24. *nec latentis classe citare parauit oras.* Hoc est: nec fugit in latentis i. e. intimas Aegypti regiones, ut uires inde repararet.

26. 27. *fortis et asp. tr. serpentes.* Hoc ideo dicitur, quia serpentem sibi adposuit, cuius morsu periit.

29. *deliberata morte ferocior. s. l. Deliberata,* utrum pro cogitata positum est, an uero de qua plerique deliberant i. e. dubitant, ut sit hoc perpetuum epitheton mortis? significat autem, in ipsius mortis significatione constantissimam eam fuisse.

30. [*Liburni.* Liburni gens Illyrici ferox ad moriendum paratissima.]

30. *scil. inuidens pr. d. s. n. h. m. tr.* Inuidens scilicet Augusto, ne captiuitas sua illi gloriosiorem honestioremque triumphum faceret ornatu. Nam et Titus Liuius refert: *illam cum de industria ab Augusto in captiuitate indulgentius tractaretur, identidem dicere solitam fuisse:* οὐ θριαμβεύσομαι, *id est, non triumphabor ab alio.*

# CARMEN I. 38.

## ACRON.

1. *Persicos odi p. app..* Puerum suum adloquitur et elegantem ministrum, quem sibi mediocria iubet parare, negans ad uoluptatem opus esse

2) aut [illegible] a fato MG. *aut* Q. rell. om. et *eadem* et *aut.* Unus R praebet *ait,* quod re[illegible]. [illegible] omn. libri. Q in [illegible] *hoc.* fat. nob. MR2. nob. fat. rvafh. *obi.* omn. libri. Bγ: i. fato sibi reseruatam *cleopatram* aut detestabilem decreto fatorum nobis obiectam. 5) eum pr. animo 2. 7) latentis edd. [illegible] latentes edd. 8) indere pararet M. reparet R. aegipti M. 10) *adposuit* M et rell. praeter af qui *apposuit* habent. perit M. 11) Lemma ex M adposui. it m *Lyburni* Lyburni. Rell. non repetunt lemma. Totum schol. quod omnes libri [illegible] ueterem continet errorem, de quo iam diximus ad Acronem. Hoc tamen certum nobis est, schol. non ad Porph. pertinere, qui [illegible] cum gente uix confuderit. Hinc supersedendum [illegible] turis ut ad *mare* [illegible] *aria* [illegible] paratissima. ad maritimum bellum *peritissima* [illegible] 11 [illegible] MAR2. rell. *equite.* 15) illyrici te. MR2 (illir. R2). ferox illyrici rva. [illegible] Ely. [illegible] paratiss. MR,r. [illegible] 2. *apparatiss.* v (apar.) ath. u. 3. Libius M. 19. [illegible] *captiuitate* MR. — Gr. uerba in omn. fere libris in R lacuna. u. Plutarch. Anton. 24.

ACRON. Ode XXXVIII. Ad puerum suum. R (Acr.). Prosphonetice pro simplici apparatu [illegible] R [illegible] ut BγEH. γ addit *suum* ex antec. inser. Prosph. ad puerum ministrum suum b. 25) et om. R. *elig.* A. *adlig.* b.

magnifico apparatu et opimo. Persae autem ob nimias diuitias in sumptuosissimis delitiis degere dicuntur.

2. *philyra.* [ἄφυλλος? graece στέφανος? dicitur: hic ergo] coronam de [philyra?] factam posuit, quia ipsae et pretiosiores sunt.

3. *mitte sectari.* Vetat puerum rosas, quae iam peracto uere inueniri solent, studiose quaerere.

4. *sera.* Tarda, ut (*Verg.* G. IV, 138): *Aestatem increpitans seram.* Seras enim tardiores dixit.

5. *simplici.* Singulari, cui nihil aliud adiungatur.

6. *Sedulus studiosus, officiosus. neque te m. ded.* Id est, tametsi myrto praeter rosam uteris, non te dedecet, quasi non faciet [te] gratiae minoris.

7. 8. *sub arta uite bib.* Sub humili.

EXPLICIT LIBER CARMINUM PRIMVS. A.

1) op*i*mo γbR1, Crva. op*ti*mo A2.mfh. et opimo om. Bφ (Porph.). medio*cra* γb. medio*ctem* 2. — Per*ses* γb. 2) delic. γb.r. sumpt. deg. dic. del. ciis γ. 3) phillira fillos A. phill*i*ra ph*i*llos R. phylira ph*y*lon rv. p*hyl*ira BφE et alii. p*hyll*ira. phillos γ. Scholion difficillimum et male deprauatum. phylira] *nomen pueri!* b: p*hyll*ira] *o*, ac si uocatiuus esset, addidit autem haec quae ad *coronae* u. pertinent: quae in conuiuiis adhibebantur. *ablat.* i. e. ablatiuus. Manifestum est, monachum folium atque folia sua coronis adnexuisse. Cum non de philyra sermo sit sed de coronis philyra factis, legendum esse censeo ἄφυλλος graece στέφανος secundum Xenarch. ap. Athen. XV, 25: Φιλύρας εἶχε γὰρ ὁ παῖς ἄφυλλον στέφανον ἀμφικείμενον. Nam *philyra* φύλλον siue *phyllon* (a) aut *phylon* (m) graece *folium* dicitur (fh) plane absurdum est. *philos* significat *folium* 2. Φίλυρα *graece tilia dicitur*, quod Quidam temptauit atque *coronam de tiliis factam*, prorsus aliena sunt, quia non de arboribus agitur sed de coronis, de *bracteis philyrae* (Plin. H. N. XXIV, 11) quae operosius factae erant, ut idem Plin. XXI. 3 ait: tenuibus, *instar philyrae*, laminis aureis et argenteis adiecit tenuiores alias bracteas, quae pendulae essent. et XVI, 14: tenuissimae *tiliarum philyrae*, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore. Totam priorem scholii partem eicere cum b et propter auctoritatem librorum et propter explicationis naturam alii mecum dissuadebunt. de *foliis* libri omnes. Bene iam monuerat C: Aliud autem φύλλον i. folium, aliud *philyra* i. *cortex tiliae* arboris. et: *nexae philyra.* floribus: tales enim conuiuiis adhibebantur operosius factae. *nexae.* floribus b. hi*nc* ergo R. 4) *et* Aγ. ipse A. ip*sis* r. 5) puer*o* R. puerum *suum* 1. 8) Sera] sera*s* *tardiores* di*x*it AγRr (*dicit*). loc. Verg. om. Aγ, totam gl. b. ser. tard. dixit om. edd. Bφ: *Saera* i. tarde nata utpote ultima parte ueris. 9) *aut* nihil 2. — adiung*a*tur A2,r. rell. adiung*i*tur. cui nihil additum est: neque mixta est aliorum colorum floribus aut herbis. C. — Id est om. 2. Glossas ac *sedulus* stud. off*it* habent AγC. rell. om. 11) non te *decet* γ. *quasi* libri omnes. Q *quia. te* om. Aγ2r, 13) gl. om. bR2.r. Sub humili *uita*. hinc sub humi*litate* 1.v. γ et rell. sub humili. a*r*ta Aγ.v. rell. arcta. Glossae ex γ: u. 1. *persicos.* regales. regaleis C. *apparatus.* delicias C. 2. *displicent.* mihi scilicet γ. sub mihi C. 3. *mitte* s. omitte γ. i. *d*imitte inquirere Bφ. s. et *pro*mitte uel *o*mitte b. 5. *nihil.* s. amplius γC. 8. *bibentem* s. decet mirtus. b et C: *Simplici.* Sufficit inquid m*i*rtea coron*a* et tibi ministranti mihi sedenti sub umbraculo uitis. mirto autem coronabantur antiqui in conuiuiis. quippe et flexibilis est et ueneri consecrat*a*. C: hoc est, suff. myrt. co. et t. mini*stro et* m. — myrto — quippe *quae* et flex*ilis* etc.

## PORPHYRION.

1. *Persicos odi p. app.* Ad puerum suum de hilaritate loquitur, negans ad uoluptatem opus esse magnifico apparatu. Persae autem reges ob nimias diuitias in sumptuosissimis delitiis uitam agere dicuntur.

2. *displ. nexae philyrae cor.* Hoc est, displicent coronae operosius factae.

3. *mitte s. r. q. l. s. m.* Vetat puerum magnopere rosas sibi quaerere, quae solent iam praeterito ueris tempore ex frigidioribus adferri.

5. *simplici myrto nihil adlabores.* Sensus: Nihil adlabores myrto adplicare. Simplex enim myrtus delectat, nec in hac re uolo sedulus sis, i. e., officiosus, ut plus quam myrto coroneris. Ordo est autem: Nihil curo, id est, hoc non curo ac per hoc nolo.

7. *Myrtus. Plautus* in Vidularia myrtum et feminino genere dixit et neutro, *feminino sic* (Prisc. p. 142, 1. Hertz. 625): *per myrteta prosiluit*, et (fragm. 2. p. 441 Bothe): *haec myrtus Veneris est. Haec myrtus* (*arborem?*) *et haec myrteta locum* (lucum?) *significat.*

7. 8. *neque me sub arta uite bib. Artam uitem* spissam ac per hoc umbrosam accipe.

## EXPLICIT LIBER I. (M.)

PORPHIRIONIS GRAMMATICI COMMENTARIORVM IN HORATII CARMINA LIBER PRIMVS. FINIT (R).

PORPH. Ode XXXVIIII. Ad puerum suum de mediocritate loquens R. 3) *ad*par. M. 2) magnifico MAR,2 et edd. magno. 4) filyra M. rell. *phil.* et *phyl.* displ. *nexae philyra* cor. fh. rell. om. *nex. phil.* 8) rhosas rv. iam om. R. ueris om. R. 9) frigo*ri*bus afh. rell. fri*gidi*oribus. 10) adlab. MR.rv. rell. *all.* 11) delect*ant* M. ne R. rell. *nec.* uolo om. R. 12) officiosus (*offit.* M) MR2G, otiosus r. *curiosus* afh. *Simplex — offic.* om. v. 13) *hoc* MG. rell. *id est, non curo.* om. R. 16) arta MR. edd. areta. In omnibus libris hoc loco extremo antecedens scholion de myrto (myrt*us* = myrt*um*?) collocatum est. *Vid*ularia MG. rell. *Aul*ularia (*al*ul. v). *et* fem. MAR2G. rell. *etiam.* et fem. gen. et gen. neutro dixit R. *e* myrteta G. conf. Prisc. *locum* afh. rell. *nomen.* De genere masc. non sermo est. Cato R. R. 8 et 133, neque de baca arboris. Extrema scholii pars non sana est. Vide num legi possit: haec myrtus *arborem* et haec myrteta *lucum* significat.

Finis primi uoluminis (2).

# COMMENTARII
## IN CARMINVM LIBRVM SECVNDVM.

## CARMINVM LIB. II, 1.

### ACRON.

*Motum ex Met.* Ad Asinium Pollionem scripsit consularem [uirum], rhetoricae et poeticae [disciplinae] peritum, scribendarum tragoediarum etiam studio ductum, ut, qui belli ciuilis historiam inter Pompeium et Caesarem gesti scribere coeperit, sciret rem se inchoasse periculosam, et in ipsa admonitione bellorum ciuilium calamitatem refert a Lentuli et Macelli consulatu coeptam, quam altius repetit i. e. a Marcello Celere et Afranio consulibus.

*ex Metello.* Ideo quia Syllae fuit collega.

*ciuicum.* Pro *ciuile* sicut *hosticum* pro *hostile* ueteres dixerunt.

2\. *bellique causas.* Eo quod Caesari negatus triumphus bellum fecerit.

3\. *ludumq. fort.* Quae ludibrio habet res humanas.

ACRON. INCIPIT LIBER SECUNDUS. (A). LIBER SECUNDUS INCIPIT. Ode XXXVIIII. Ad asinium Pollionem R. Liber secundus. 2. LIB. SCDS. Ad asinium Pollionem consularem uirum praematice tetracolos γb (pra*g*m.). 1) Posui scri*p*sit cum ed. princ. r. rell. scri*bit*, ort. ex scri*b*sit. Porph. scripta est. — uirum om. AγR2,r. schol. om. b. 2) discip. om. AγR2,C. peritum disc. r. *et* dustio 2, sic pro: *et studio.* 3) doctum omn. libri. studio*sum* C. Scripsi d*u*ctum. olim ex ipso Hor. (Satt. II, 3, 105) studio *deditum* petiueram, quod Q recepit. *ut qui* AGR12G,rmva. *et quod* fh. *et quoniam* C. — belli ciu. AγR2,r. rell. ciu. belli. belli *Tragoediam* C. *gesti scribere* om. *admonet* ut sciret C. scire se rem R2. scire rem se r. scir*et* rem, om. *se* mva. rell. scir*et* rem se. sc*iat* Q propter scri*bit.* 4) cep*erit* 1. coeperit G, mva. cep*it* γ. ceper*at* r. rell. coeper*at.* 5) per*niciosam* 2. rell. periculosam. inc*o*hasse r, ut, auctore Seru. ad G. III, 223, 'm aiores' et scribebant et dicebant. Vide Wagner. p. 440. Inter editores Hor. unus Fea ad Carm. I, 14, 15 inco*h*are recepit. uett. codd. iam in*choa*re habent, γ: inc*oa*re (2 m.). — periculosam. In fh, om. et. periculosam. Et r. a*m*on. A. et ipsa, om. *in*, *amm.* γ. amm. r. rell. adm. 6) m*e*telli cons. 2. 7) celer*i* r. a franio R,r. a f*an*nio 2. cons. om. fh. 8) S*y*llae omn. libri, gr. scriptura, uide Satt. I, 2, 64. Ang. Mai. Cic. or. pro P. S*y*lla III et p. 125. Cellar. orthogr. 1724. p. 7. 9) *ut* host. R. ueteres om. γbR,r. *Ciuicum* autem pro ciuil*i*. *ueteres enim* sicut *ciuicum* pro ciui*li* ita h. p. hosti*li* dix. A.

3. 4. *grauisq. pr. am.* Quia nec perpetuae fuerant et rei publicae graues, ut *Lucan.* (I, 98): *Temporis Augusti mansit concordia discors Paxque fuit non sponte ducem.* Crassus enim amicitiarum foedus ad tempus tenebat, quo mortuo Antonius, Augustus et Lepidus facto Pompeio imperatore conlisi sunt. *Graues* autem pernitiosas aut infidas.

5. *arma Nondum exp. unct. cr. Id est, de quibus nondum loti cruores sint,* || quo uelut expientur delicto. *Vult ergo intellegi, adhuc in manibus esse arma ciuilia,* nec, sicut solebant, (transacto?) bello, uncta (i.?) reposita.

[6. *periculosae.* Periculum inferentis.]

[*aleae.* In militia igitur alea ludebatur ne exercitus otio torperet. Quod autem *periclosae* addidit, fraudem et liuorem ludo illo prodeuntem respexit].

8. *cineri doloso.* Ἀλληγορικῶς dicit sicut ignem cinere opertum, ita adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere nec tutum esse per historiae ueritatem offendi animus eorum qui [ea] gesserunt.

9. *paulum s. m. tr. d. th.* Vt deposito tragico stilo Pollio cautius coepta describeret; uno enim tempore et tragoediam et historiam scribebat; id est, non cantetur in theatris edita a te tragoedia, dum occuparis historia actus publicos referendo.

12. *Cecropia rep. cet.* Atheniensi. Thespis enim apud Athenas primus tragoediam frequentius dixit usu cothurnorum, ut *Verg.* Bucol. III, 86: *Solo Sophocleo tua carmina digna cothurno.*

1) *grauisque* AγBφ etc. grau*is*que b. in Hor. graue*s*que in schol. 5) co*n*lisi A. Grau*is* r. s*i*nt Aγ et edd. omnes. s*u*nt bR2C. 7) uelut AγR21,rmva. quo *debito* uelu*ti* fh. exp*ien*tur 1,m. rell. exp*iar*entur. exp. de *luto* b. exp. de*lut*o γC. delict*a* Q. rell. delict*o*. Schol. esse insanum patet ex nariis temptaminibus. *quo* pro *qua re* dicere Acron hic non uoluit. C: de q. — cruores s*u*nt. quo *cruore* uelut exp*iar*entur *deluto*. Quid? Qui? Ipsi Romani scilicet. Eadem in Porph. est sententiae simplicis peruersitas. Scribi possit, *arma* uoce lemmati adiuncta: Id est d. q. n. loti cruores i. *ipsi expiati a cruore* sint, *quo uelut delicto expientur.* 8) *H*aec scholii pars non magis sana est. Verba *sicut soles aut* a loco nostro aliena sunt, nisi transacto ex Porph. transsumpseris. Melius est sole*bat*, absolute dictum ut in Cic. et Ter., quam sole*bant* factum ex sole*nt* in Porphyrione. sole*bat* Aγ (ne sicut sol.) b (solebat *ui*cta bello rep.), fh. sole*bant* R1G,rmva. Asc. iam posuit: sicut solebant *per* acto b. u rep. Post *uncta* interpone *id est.* Et *reposita* ex Porph. repon*enda* natum est. 9) pericolosae uet. Bern. K. periculo*ssae* E. schol. om. Ab. 10) schol. om. A. 11) Quid — respexit om. AC et hac autoritate hoc ineptum schol. missum est. *Quia* autem γ. *quia* peric. 2. rell. *quod* autem. addidit γbR2rm. add*it* vafh. C: *peric. op. aloe.* id est, res beliicas exponis quae sunt plenae periculo: *aleam* autem, qui ludus proprie tabularum est, pro belli periculoso labore ut terent. etc. γ et C insuper habent: ut (        ): *cogit alea belli.* 13) dicit AγR12G,r. di*x*it mvafh. schol. om. b. *opprimi* 2. rell. *opertum.* 15) uer. *cum* offendi*mus* 1G,mva. uer. *horum* AγRr et r. uer. *cum* offend*eret* ami*cos* qui ge*sser*unt r. a*mi*c*os* G,mva. 16) ca*n*tus R1. caut*us* 2. rell. ca*ut*ius. tr*ai*co γb, ut saepius uett. codd. Ambr. Fran. et Mon. 18) *ae*dita 2,mv. *tra*dita r. rell. *e*dita. *e*dita a te *in th.* trag. A. 21) tragoedi*as egit* C. co*t*urn. AγbR1,m, ut omn. fere uett. codd. Horatii et uet. Bern. K. afh. tragediam *scripsit,* om. rell. ad h. sch. 22) sof. A. *uer*su cot. b.

13. *praesidium.* Fuit enim et causidicus Pollio et defensionem reis frequenter inpendit

14. *et consulenti.* Hoc est: et curiae das expetenti a te consilium.

15. *cui laur. aet. hon.* *Laurum* hic pro uictoria posuit — Solonas enim Pollio Dalmatarum ceperat ciuitatem, unde et filium suum eo quod natus ibi [est quando ibi] erat, Salominum appellauit —, quamuis laurus et poetae conueniat, nam et carmina faciebat. *Verg.* (B. VIII, 10): ***Pollio** et ipse facit noua carmina.*

17. *iam nunc minaci.* Laus relatoris tamquam haec ipsa, quae scriberet, ita commentaret, ut se auditor crederet interesse, [*Verg.* (B. VI, 62): *Tum Phaetontiadas musco circumdat amarae Corticis.*]

19. *fugaces.* Aut ueloces aut splendorem pauescentes armorum.

20. *equitumq. uultus.* Vt etiam homines terreret fulgor exercitus.

21. *audire m. i. uideor d.* [Videtur mihi ut audiam] aut ipsos concionantes duces aut referentem de ducibus Pollionem.

22. *non indecoro puluere.* Glorioso puluere bellico.

*Sordidos.* sordentes.

24. *atrocem.* Constantem. Porcius enim Cato apud Vticam elegit potius interire quam (ut) in hostium potestatem ueniret.

2) i*n*p. A. 3) *id* est 2. *et* cur. G. Hoc est curia *das* exp. Aγ.r. expec*ta*nti r. rell. cur. expetenti a te cons. 4) Cu*m* laur. 1. *hic* omn. libri. om. Q. 5) d*a*lmat*i*aram (dalmac. b) AγbR1,rmv. ma*ta*rum 2 (G?) Cafh. Sic cum Ascensio scripsi, cum Dalmat*i*a pluralem non habeat. Scriptura Delm. neque in codd. *Acr.* neque in uet. Mon. *Porph.* est. Delm. γ in Hor., ut uet. Bern. K. Iis quae Orell. adtulit ad ed. Hor., in inscriptt. n. 584, in anall. epigr. 46 atque in anall. Hor. p. 13 adde DEL. i. e. coh. I Delmatarum apud Henzen. in Jahrbb. des V. von Alterthfr. im Rheinlande XIII p. 87. Mar. Arv. 159. Mur. 812, 8. 455, 1. Fabr. 232. 610. Maff. M. V. 446, 4. Card. XII. Grut. 114, 1. 298, 3. 387, 4. 529, 8. 574, 5. Donat. 234, 1. Furlan. ant. lap. p. 1. Vel. Long. P. p. 2233. — Pollio cep. fh. rell. pollio dalm. — caep. ciu. A,r. coep. ciu. v. cep. ciu. γbR1,m. rell. ciu. cep. *suum fil.* m. *suum* om. γ. 6) natus ibi erat AR b (*in* erat) 12,va. natu*s s*ibi erat r. natus *est,* omn. ibi, γ. natus ibi *est*, *quando ibi* erat mfh. 7) quamuis laur. et po. conueni*at* 2. quamu. *et* laur. po. conueniat γ. quamu. et laur. pro conueni*ant* r. quamu. laur. et po. conueni*unt* b. quamu. laur. et po. conue*nit* fh. *cui* laur. *ut* po. conue*nit* mva. *cui* laur. ut po. conueni*at* R1G. 8) ralat*ionis* r. 9) ipsa om. A. 10) Loc. Verg. om. Aγ,r. schol. om. b. C: — Sensus est: cum tu, inquit, describis sonitus tubarum resonantium in proelio, uidetur *mihi* sonus ille potius audiri quam describi. Solent enim nobiles poetae ita res gestas describendo exprimere, *ut agi potius uideantur quam narrari.* Virg. etc. 13) Hic sensus perbonus redditur emendatione simplici mea pro *ita* commen*d*aret, quod omn. libri tuentur: ita commen*t*aret. Commenta*re* enim est id quod imaginem *conscribere* in Stat. Siln. III, 11, 117. conf. Paut. Pseud. I, 5, 132. Nimis bene *ora commentaui* i. stylo ulmeo sine baculo iocose dicit Plaut. Men. V, 7, 36, et sollemni uerbo Cic. Brut. 88: ut sua, *commentata et scripta*, meminisset. Q: 'fort. scr. *enarraret*, sed ne sic quidem omnia sana uidentur.' Imo non narra*ri* (enarrare est potius explicare, interpretari) ex Comm. Cruquii petendum erat sed *ut agi uidentur* i. acta, gesta siue actus publ. *conscribere*, nostrum schildern, darstellen. 14) Videtur mihi ut audiam γR12,rmva. *quod* aud. fh om. A. 16) bell. pulu. R. Scholia ad u. 17—24 om. b. 17) lemmata ad Aγ disposui. 19) ueni*ret* Aγ12. edd. ueni*re* transsumptum ex Porph.

25. *Juno et d.* Ordo est: Juno et quisquis deorum amicior Afris impotens cesserat, inulta tellure rettulit inferias Jugurthae. ***Nepotes uictorum,*** scilicet Romanorum, qui Carthaginem uicerant.

*et deorum quisquis amicior.* Tamquam ciuilia bella, quae postea gesta sunt in Africa ad uindictam *Afris,* id est, Africae superatae, Junonis ira uel deorum fecerit commoueri.

28. *Rett. inferias Jugurthae.* Hannibalem intellegi uoluit in commemoratione Jugurthae, aut certe, quia in Africa tempore belli ciuilis multi Pompeiani occisi sunt.

29. *quis n. l. s. p.* [Quis non] Romanorum sanguine uel sepulcris [campus] repletus? *Lucan.* (V, 266): *totoque exercitus orbe Te uincente perit.*

31. *auditumq. M.* Pro cladis magnitudine dicit bella ciuilia etiam Persis audita: ut *Verg.* (A. VII, 523—26): *quibus actus uterque Europae atque Asiae fatis occurrerit orbis Audiit, et si quem tellus extrema refuso Submouet Oceano.*

32. *Hesperiae son. ruinae.* ut est (                ): *quae regio in terris nostri non plena laboris.*

33. *qui gurges.* [Ταπείνωσις est:] *gurgitem* [enim] pro mari, dixit, ut *Verg.* (A. I, 118): *Apparent rari nantes in gurgite uasto.*

34. *quod mare Dauniae.* Apuliae a Dauno; sed per Apuliam omnis Italia accipienda est, in qua sanguis fusus est Romanorum; uel quia per Adriaticum mare de Brundisio Caesar profectus est Pompeium sequens, ut *Lucan.* (V, 374): *Brundisium decimis iubet hanc attingere castris.*

1) Ordo    uicerant om. A. scil. — uicerant om. h. l. γb. qui Carth. uicerant om. C. iuno *uel* γ. de. qu. 1. b. cess. imp. 1.  2) tell. *reddidit* r. inf. Iug. γbR1, Crva. — subaudi A2. sub r.  3) uicer*unt* 2. Verba *Nepotes — uicerant* in γ nou. schol. faciunt. *uictorum*] Rom. q. Carth. u. C. *cartag*. γ.  5) in afric*am* R. Afris R2. addidi *id est.*  7) Sub Iugurtha Annib. *quoque* int. uol. *et omneis Afros*, quia — *caesi* sunt C.  8) qui*a* omn. libri. Q. temere incule. qu*i* (multi Pompeiani?). quia in afr. multi po. bell. ciu. oc. sunt AR12. quia mu. in afr. po. temp. be. ciu. oc. sunt γ. quia in afr. temp. be. ciu. (ciu. be. va) mu. Po. oc. sunt mvafh. Ad sensum conf. Lucan. IV, 788: *Excitet inuisas dirae Kartaginis umbras inferiis Fortuna nouis. ferat iste cruentus Hannibal* et *Poeni tam dira piacula Manes.* 2: i. e. ille deus qui impotens tunc retullit i. dedit nepotes s. romanorum inferias i, piacula iugurthae. qui apher (scribit a*ph*rica. a*ph*ris etc.) fuit.  10) Quis non om. Aγ.  11) campus om. AγR,r. *testatur* repl. r. Quis *campus* rom. sang. uel sep. *non* est rep. 2. uel *cadaueribus* camp. repl. C. Ad u. 31 γ: s. quis campus non testatur.  12) *medis* aud. 2. *Persis et Medis* aud. C.  13) ut AγbR2,r. quibus a. u. om. AγbR1,r. si qu*a* 2. audi*at* — extr. *secuti suf*fuso *re*mou. b. refusso 1.  14) Sub*m*. A. rell. *summo*uet.  15) schol. ex Aγ. rell. om.  17) Qu*i* omn. fere codd. Quis Bern. B. et Par. P (s erasa), mafh. Quo*d* R (Acr.). Ταπ. est fh. om. om. Aγ2,r. *Tapinosis* est R1, mva. quae pars fluminis, gurges *per ταπείνωσιν aliquando ponitur* pro mari. Virg. C. schol. om. b. enim om. AγR2,r. dixit AγR2,r. rell. posuit.  19) a daun*io* R.  20) fusus est rom. AγR. *ef*fusus (2) est rom. r. rell. rom. fu. est.  21) Brund*is*io Aγb, uetus scriptura in omn. fere uett. codd. rece. ad Brund*us*. brond*us*. 1. Vet. Mon. ad Porph. habet brondesium. in arg. ad Serm. I, 5, 105. brundesium MAR in Porph. ad Epist. I, 17, 52. brond*i*sum R Epist. I, 18, 20, ubi M brund*i*sium in lemm. et in scholio habet sibi inconstans.  22) ut Aγ. — Brund*i*sium Aγb. decim*us* γ. deci*us* R. *dirimi* cub. 2. *ut* — Aγ.

35. *Non decolor. caedes.* A proprio colore mutauere. ut *Lucan.* (II, 713): *tum primum rubuit ciuili sanguine Nereus.*

36. *quae caret ora.* Pars regionis aut terrae.

37. *sed ne relictis Musa proc. iocis.* Id est: ne, cum lyrico carmini aptiores sint ioci, improbe facias, Musa, si lugubria misceas. Ordo est: Sed tu, Musa procax, ne, relictis iocis, retractes munera neniae Ceae: quaere mecum sub Dionaeo antro modos leuiore plectro.

*neneae.* Nenia carmen lugubre quod mortuis dicebatur, quod nunc graece ἐπικήδειον [ἐπιτάφιον] appellatur, quod Simonides graecus poeta lyricus primus instituit a Cea insula oriundus: unde et *Ceae neniae* posuit, de qua *Verg.* (G. I, 14): *cui pinguia Ceae.* [et *Ouid.* (Her. XX, 221): *Cingitur Aegaeo insula Cea mari*].

37. *procax.* Petulans.

*relictis i.* Relicto carmine lyrico.

39. *dionaeo s. a.* Sub Nysa. Parnasus mons Boeotiae biceps i. e bina iuga habens, quorum alterum uocabatur *Cirra* Phoebo sacratum, alterum *Nysa* Libero; sub illo qui studebant, in tutela erant Apollinis, sub hoc in tutela Bacchi.

40. *modos.* carmina.

2) sang. *tellus* 2. — *ora* regio 2. terrae *terminus* C. 4) *iocis*, longiore scilicet lit. Saxonica, non *l*ocis habet uet. Bern. K. 5) ioci sint A,rva. iobi sunt R. — Ordo — plectro om. A. faci*et* γ2. rell. faciat — misceat. facias — misceas CQ, male, nam *id est* siue *sensus est* sententiam referunt. aliter res se habet, ubi *ordo est* dicitur, ubi nihil mutandum est, nihil addendum. Sic post *procax* in 2, r *petulans* uox inopportu*na*m sedem habet, quippe ad gl. pertinens. 6) Ceae Aγb *cae*ae edd. quere γb. nen. codd. et nv. n*ae*n afh. *ephi*taph b. ep*ith*aph. mv. epitaphion edd. ἐπιτάφιον fh. At uero. hoc uocabulum hoc sensu non est graecum nomen substantiuum, μέλος ἐπιτάφιον cantus lugubris est, ἐντάφιον uestimentum lugubre, ἐπίτάφιον sc. ἐπίγραμμα non erat carmen funebre. Quintiliano VIII, 2, 8 'carmen funebre proprie nenia est' et Festus s. u. exponit, quid nenia sit et cur et quomodo ad tibiam scil., cantabatur. Cicero autem Leg. II, 24 dicit: — 'cantus ad tibicinem —, cui nomen neniae, *quo uocabulo etiam Graecis cantus lugubres nominabantur.*' Num Acronis aetate, quae non plane certa est, epitaphium hac potestate Graecis dictum fuerit carmen, ignoramus. Quamobrem θρήνους Porphyrioni atque Ausonio relinquens, cum Comm. Cruquii, qui ἐπικήδια habet, ἐπικήδεια posui, quorum latina scriptura *epicedion* et ex Statio et et ex Seruio ad Verg. E. V, 14 nota est. 9) Sym. b,rv. 10) Oriun*do* Aγb. De hac u. conf. supra I, 27, 10 Acr. cod. A. 11) Loc. Ouidii om. AγbR,r. 13) hanc gl. hab. Aγ et fh, rell. om. Cum u. *mari* exeunt mva ad h. o., cum u. *Ceae* bR12,r, cum u. petulans Aγ. Fabric. (fh) gl. ad *relictis* ac longius schol. ad *Dionaeo antro* adposuit. Glossae ex γ: uib. *aleae.* ut (Liu. XXXVII, 36): *cogit alea belli.* conf. C. 9. *seuerae.* tristis conf. C. 10- *desit.* absit conf. C. *ubi.* postquam conf. C. *publicas.* uulgares. C: ciuilia digesseris. 12. *repetes.* reportabis. 19. *fulgor.* splendor. 23. *sub acta.* a cesare scilicet. 26. *impotens.* quasi non potens. C: supple existens. 36. *ora* finis aut *terminus.* 37. *neniae,* inutilis uanae. 39. *dioneo.* uenereo. 40. *modos.* carmina γ et A. C: Lyricos, carmina Lyrica. *leuiore.* faciliore st*i*lo γC (stylo).

## PORPHYRION.

*Motum ex M. c. c. l.* Haec ode ad Asinium Pollionem consulem uirum et triumphalem scripta est, qua hortatur eum, ut, omisso tragoediarum scribendarum studio, inchoatum historiae opus consummet ac deinde ἐν παρεκβάσει (i. e. in translatione) bellorum ciuilium calamitatem referat.

1. *Motum ex M. c. c.* Pollio historiam belli ciuilis a Lentuli et Mamerci consulatu coepti altius repetit, id est, a Metello Celere et L. Afranio consulibus. Adtende autem, non *ciuile* sed *ciuicum* dixisse antiqua figura; illi enim *ciuica et hostica* deinde *ciuilia ut hostilia* dicebant. Denominationes autem hae fere liberae sunt apud doctos. Et *motum* pro bello posuit.

3. *lud. fort.* Hoc est, quae res humanas ludibrio habet.

4. 5. *et arma No. expiatis uncta cruoribus.* Id est, de quibus nondum loti cruores sint i. expiati. Ergo intellegi vult paene adhuc in manibus esse arma ciuilia. Solent autem ungi arma, cum post bellum transactum reponenda sunt. Ordo ergo est: nondum expiatis cruoribus [hasta arma].

6—8. *peric. pl. o. u. t. e. i. p. ignes s. c. d.* Ἀλληγορικῶς. Ait, adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere et ostendit, nec tutum esse haec scribere.

9. *paulum s. m. tr. d. th.* Quoniam, inquid haec scribere destinasti, parce tantisper tragico stilo. *Seueram* autem tragoediam merito dicit, quod tristia fere sint argumenta tragoediarum.

10. *mox ubi publ. res ordinaris.* Hoc est, ubi historiam, quae publicas res continet, *ordinaris,* id est, descripseris.

PORPH. INCIPIT LIBER II. Ad asinium pollionem. (M). SECUNDUS INCIPIT. (R). Liber secundus 2. 2) hac M,r. 4) scribendarum (Acr.) omn. libri. om. Q. in*ch*o*a*tum M etc. *h*opus M. rell. uett. codd. Hor. *opus.* 5) *dei*nde MA2. rell. *peri*nde inpar et basi M: i*m*par*ex* basi 2. παραβαρι r. βαραβασι v. παρέκβασι a. παρέκβασει, om. ἐν,fh. — Cal. referat et lemma scholii subseq. om. rvafh. 7) mamer*t*i (Halm.). — coep*ti* MAG,a. cep*ti* R2,r (cum cauda). coep*tis* v. coept*um* fh. 8) a*d*t. M. — ciu. *et* ho. MR2. r: ci*ui et* ho. 9) *ut* ho. MR. rell. *et* ho. 10) autem om. R. Schol. longius de Pollione u. Auct. p. 689. Omn. libri: i. de q. *nondum expiati* i. loti *cruores* sint. Sic recte dici nequit. Cruores enim *loti* de armis sunt, non expiati *de* armis. Et lauare aliquid de aliqua re rarius dicitur, frequentius: peccatum precibus lauare, uel ab ipso Horatio: mala uino. potest tamen ita dici. Contra expiatur quidem forum *a* sceleris uestigiis *a*pud Ciceronem ita ut ea doleantur, numquam uero cruores siue sordes de manibus, de armis, de animis expiantur. Bφ: *expiatis* i. lotis. i. bella ciuilia tractas et arma. de quibus armis non sunt loti adhuc cruores. *Uncta* dicit, quia consuetudo est post praelium lauare et ungere arma propter rubiginem. uel *uncta* splendida. 14) cruo*re* sint R. Inclusa uerba uasta arma sunt err. typogr. in fh pro *uncta* arma. om. codd. et rva. 17) Allegoricos ait. Adhuc MRG. allegoricos ait adhuc rv. ait om, fh. allegoric*a* ait adhuc 2. allegoricos ait *autem* a. Distinxi ante *ait* atque interposui *et* ante *ostendit.* 18) spetiae M. spe*t*ie v. latera (Acr.) om. MR2G,rva. Fabr. (fh) interpos. nec t*uum* M. *hoc* 2. 20) inqui*d* M. parc*ae* M. 21) qu*ia* R. 23) *hoc* codd. *id* edd. histori*am* q. p. r. contine*t* MR2G. histori*as* — contin*ent* edd. 24) *et* ordin. rv. rell. om. *et.* cecrop*eo* rv. co*t*ur. MG,rv.

12. *grande munus Cecr. r.* *Cecropio cothurno*, inquit, quia apud Athenienses primum est scripta atque acta tragoedia Thespi inuentore eius atque actore.

13. *insigne maestis praes. reis.* Per quod significat, et fortissime eum causas reorum in iudiciis defendere et praeterea prudentissima consilia in senatu dare.

15. *cui l. aet. hon.* Hoc ideo dicitur, quia Pollio Salona urbe ex Dalmatis capta triumphauit.

17. *iam nunc m. m.* Iam, inquit, uideor uidere et audire ea quae historia refert: per quod significat, ui eloquentiae Pollionem certamen speciosum in relatione pugnarum inducere.

19. *fugacis t. eq.* *Fugacis* pro uelocibus accipe; et in sermone hodieque fugam pro uelocitate dicimus, cum de equis loquimur.

21. *audire m. i. u. d.* Ambiguum; utrum enim ipsos duces concionantes audire se dicat an Pollionem de ducibus narrantem, incertum est.

22. *n. i. pulu. sord.* Speciose ac decenter dictum *puluere non indecoro sordidos,* non quasi puluere bellico puluerates.

24. *praetr. atr. a. C. M.* Porcium Catonem significat, qui utique maluit se interficere imminente Caesare quam in potestatem eius uenire.

25. 26. *Juno e. d. q. a. A.* Sensus est: Juno et quicumque alii dii Carthaginensibus *f*auerant, ultionem uastatae Africae ex posteris eorum qui eam uastauerint, nunc receperunt. *Impotens* autem non potens, id est ἀδύνατος, sine uirtute intellegendum.

2) Thespi R, afh. tespi v. thesp*io* MG. *te*sp*io* R2. *l*esbio r. *au*ctore 2. 4) *hoc* sign. 2. 6) salon*as* urb*es* MR (*pulsis* sal. urb.) G (5 del.). salon*a* urbe rvafh. solon*e* 2. d*a*lm. omn. libri. 9) Iam *inquid* uid. MRG. iam *nunc inquit* uid. 2. iam uid., om. *inquit*, rvafh. 9) sig*nat* rvafh. — Scripsi *certamen speciosum* pro *idem otiosum* MG. *idem ociosum* R2. *idem occis*um r. quae uerba omni sensu carent neque uel explicatione u. 'otiosum' per lectorem procul a negotiis non rei publicae sed literis nauantem (Cic. Or. 51. Off. I, 21. III, 1) seruari possunt, cum legis: *item otiosum* — in relatio*nem* p. inducere. Raphael Regius corruptum locum iam correxit ponens: *omnia fere ante* (err. typ. *tante*) *oculos*, quam lectionem Asc. et Fabr. receperunt, cui adquiescere nolueris, cum ad sensum magis quam ad literas codicum quadret. Ad has *litem*, uerbum non militare, aptius esset, siue *aciem* i. e. exercitum tota acie instituta dimicantem. *Speciosum* autem et ad uisum pertinere et ad auditum constat, unde spectaculo proelii maxime congruit. ui*m* MR2G,r. rell. *ui*. tum legendum tibi esset: *per quod sign. uim eloquentiae*, ponenti pro Polli*onem idem ot. Pollio enim dicitur aciem speciosam* in rel. pu. ind. pugnarum. *Ducere* fugaces r. 11) Fuga*cis* M. in lemm. et capite scholii. alterum om. rva. 12) ponimus 2. 13) *enim* et *incertum est* om. 2. Ambiguum *iam* utrum R. rell. om. *iam*. Post ambiguum codd. et r non distinguunt. va colon, fh comma habent. concionant*is* rvafh. in decoro. Sord. M. *non* quasi MRG,r. sord. n. = enim quasi quasi (sic) pulu. v. ind. sordidos: quasi afh (,), om. *non*. Spec. — indecoro om. r. Q schol. non intellegens 'corr.' i. incule.: sordidos. *Est enim* quasi. 17) uti*que* scripsi cum MR. rell. uti*cae*. apud Uticam C. Locus erat notissimus. 19) Sensus est om. 2. d*ii* libri omnes. Q dei. 20) *Carthaginen*s. M,arva. rell. Carthagin*i*ens. — uas*ta*tae MAR. rell. uas*tae*. aphr. rv. recaep. r. 21) uastauer*i*nt MG. rell. uastauer*u*nt. 22) *adynatos* MG. ad*i*natos R. ἀδύνατος A2. id*em* ad incitos r. *idem* ad *uictos* v. *id enim* ad *uictos* afh. — int. act. 2.

28. *rettulit inf. Iug.* Nunc latius intellege, i. e., Afris omnibus.

29. *quis n. l. s. c. p. c.* Sensus est: Nullus est campus, qui non sepulcris Romanorum bella ciuilia fuisse et sanguine Romano pinguem factum se ostendat.

31. *auditumq. M. Hesp. s. r.* De superiore ostendit; sic enim intellegendum: quis non campus sepulcris testatur inpia proelia sonitumque Hesperiae ruinae, quem etiam Medi audierunt? Sonitum autem ruinae Medos audisse i. e. [su] per orbem transiisse, per hyperbolen intellegendum est; cuius sensus ex subiectis magis inlustratur quod dixerit: *qui gurges aut quae flumina lugubris ignara belli? etc.*

34. 35. *Quod mare Dauniae non decolorauere caedes? Dauniae,* a Dauno rege Apuliae, ac per hoc Italicae ac deinde Romanae intellegendum.

37. *sed ne. r. m. p. i. Ceae r. m. neniae. Nenia* lugubre carmen est, quod in mortuos canitur. Simonides autem ex Cea insula lyricus poeta θρήνους i. e. planctus optime scripsit; inde *Ceam neniam* appellauit. Sensus est autem; cum lyrico carmini aptiores ioci sint, procaciter egeris, o Musa, si lugubria potius Dionaeo modulata plectro fueris quam ueneria, quae leuioribus modulis aptantur.*)

[39. *Dionaeo s. a.* Venereo, quia Dione dicitur Venus a loco.]

[40. *quaere m. leuiore pl.* Meditare mecum lyrica carmina. More suo agens coercet semet ipsum a narratione proeliorum, ad lyricam reuertens, ad quam pertinet disputare de amoribus et leuibus rebus.]

1) Re*t*ulit M. intellege MG. intellige AR2. rell. intel*ligit.* id est, afris omnibus MARG. id est, omnibus *aph*ris 2. i. omnibus, om. afris r. omnibus, om. *id est* vafh. 2) Sensus est MR. rell. om. Null. *est* camp. MR2G. camp. null. est rvafh. 3) sepulcr. MG. 4) factum *esse* ost. fh. fact*o se* ost. v. fact*am se* ost. R2 (G?) ra. se ost. factum M. 5) ostend*at* rv. 6) i*n*pia pelia (sic) M. imp. *bella* 2. 7) aud*ie*runt M. rell. aud*iue*runt. ruinae MAR2G. rell. om. tran*cilire* M. transilire R2.rvfh. transi*luisse* Q. trans*isse* Asc. scribendum censeo: *per* orbem trans*iisse*. nam hyperbole non est in eo, quod sonitus ruinae *super orbem* transiluit, sed quod ad Medos usque transiit. 8) *per* hyperbol*en* 2. erbolen M (sic). per hiperbole*m* R. per hyperbole va. per hoc hyperbole r. καθ' ὑπερβολήν fh. — est MR. rell. om. 9) i*n*lust. M. 10) Post *gurges* vafh om. *aut* u., pro qua fh lemmatis signum posuerunt. Post *belli* u. ego addidi *et cetera*, quia lemmatis uerba subsequuntur atque ideo quod eodem iure etiam u. 36 *Quae — nostro* addendum fuisset. 11) Danni*ae* M2. rell. Dauni*a*, male, cum ipsa Horatii uerba *Daunia caedes* explicentur, non uero dicatur, quid sit Apulia Daunia siue Dauni*o*rum Apulia. Ex hoc ipso Porph. scholii patet *Dauniae* non genitiuum nom. subst. esse sed adiectiuum, ut Carm. IV, 6, 27. Hanc ob rem recte scribatur Itali*cae* cum MAR. rell. italiae siue Italiae. 12) dein*dae* M. int. est R. 13) non. codd. et rv. rell. *naen.* 14) can*i*tur MG, cant*an*tur R2. edd. cant*a*tur. simoni*dis* M. Sym. rv. 15) optim*ae* rv. s ripsit MAR2G (corr.) rell. *de*scripsit. cernam MG. 16) pro*cacitatem* eg. MR. rell. procaci*ter*. *aeg.* v. potius *in eo* MAR rell. dioneo rv. dionaeo 2,afh. 17) *poemate* R p. (sic) M. rell. plectro. 18) uener*ia* MG,v. rell. uenerea.

*) Scholia extrema quae post *aptantur* u. a *Dionaeo — rebus* inclusa uncis leguntur, om. MAR2,rva atque a Fabricio (fh) adiuncta sunt.

# CARMEN II, 2.

## ACRON.

1—3. *Nullus arg. — Crispe Sallusti.* Sallustium Crispum adloquitur historiographum, equitem Romanum, Augusti amicum, liberalitatem et munificentiam animi eius describens.

1. *Auarae. Auaris terrae* dicuntur, cum id in se recipiunt, quod non ampliato reddunt fenore. *Argentum abditum* pro pecunia abdita in thesauris dixit. Sensus autem hic est: Diuitiarum splendorem nullum esse, nisi honeste in usu fuerint conuersae, auaris autem recondendo crescit sola cupiditas, ut *Iuv.* XIV, 139): *Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.* Vnde et *hydropi* morbo comparauit hoc uitium, quod nimietate sitis et potus desiderio: crescente aegritudine interius augetur.

2. *inimice lamnae. Lamnam* pro infabricata et rudi materia argenti dixit, quae obscuratur ab auaris celata, et uult intellegi, Sallustium non occultare diuitias.

3. *temperato.* Moderato usu; ne crederetur prohibendo auaritiam suadere luxuriam.

5. *uiuet ext. P. aeuo.* In perpetuum, ut *Verg.* (A. XII, 235): *uiuusque per ora feretur. Proculeium* equitem Romanum laudat, amicum Augusti,

ACRON. A caret inscr. ad Acr. Supra oda est haec: Ad sal*l*ustium crispum *encomiastice* tetracolos. Ad crispum sa*l*ustium *prosphonetice* tetracolos b. Prosphonetice tetracolos salustio crispo ius li*ber*tatis extollens γ. *Dicane* ad sal*l*ustium crispum quod ius liber*ali*tatis extollit gracia ER (Hor.) Bφ. XL ode ad Crisp*u*um salutium R (Acr.).

5) Argumentum *Sallustium — describens* in γR12G,rmva postpositum est scholio ad *auaris*, quod om. Ab et quod incipit in γR12G,mva: auarae *enim.* enim om. r. auarae *autem* fh. 6) historiografum A. ystor. b. — liberalitatem 2,ra et C: qua liber*ali*tatem. laudat et animi m*ag*nificentiam. rell. liber*t*atem. m*u*nificentiam γ, magnif. *uel mu*ni 1m. corr. magnitudinem b. rell. magnificentiam. liberalitas et munificentia propriae hic et sollemnes sunt uoces. eius animi 2. 8) Lemma *Auaris* posui. — *id* om. r. recipi*u*nt codd. et edd. Q 'le*n*iter corr.' i. le*u*iter incule. incipi*a*nt. *cum* enim non rationem hic exprimit, et aliae sunt terrae, quae non sunt auarae. sunt autem auarae, quando non ampliato reddunt fenore, quod in se receperant siue recipiunt. Item Q 'leniter corr.' ampliat*um* contra librorum auctoritatem. unus enim tantum r habet ampl*iore*, rell. ampl*iato.* conf. Plin. H. N. XVIII, 17: cum *quinquagesimo fenore* messes reddit exclitas soli. Prop. III, 1, 22: *duplici fenore reddit.* simplicior esset sententia: cum *quod* in se receperunt, non etc. fen. Aγ. rell. foen. 9) Arg. *autem,* om. *abditum,* Aγb1, rva. *autem* om. mfh. peccun. b. 11) in us*um* fuer*int* AγbR12G,r addit: *conuersae.* rell. in usu fuerit. redd*it* 1. redd*et* mv. 12) pecunia cre*uit* A. *et* om. b2. 13) hydropi rCfh. *y*drop*i* γ. *i*drop*i* R. hydrop*is* A. *y*drop*ici* 1. *hy*drop*ici* mva. — *nimietate* omn. libri, nullus *uehementia.* 14) in*tus* C. *uel uterus* va. rell. *interius.* potus desider*at* — *habetur* b. 16) quae *absconditur et* obscuratur cel. 2. *Lammae. lama* b. qu*ia* obsc. b. 18) usu om. R2,C. nec 1. rell. ne. moderato. hoc autem dicit, ne C. ne — luxuriam om. r. 20) id est in R. prolongato. id est, in C. id est *im*peri*um tuum* γ. unusquisque 2. unusque vm. uiuus r. 21) Proc. *enim* R,r.

qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Murenam fuit, ut cum spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiserat.

6. *animi paterni.* Quia paternum fratribus inpenderat amorem.

7. *aget.* Ducet per notitiam omnium (hominum).

8. *fama superstes.* Quod boni facti fama perpetua sit nec pinna eius, hoc est, uolatus ad posteros solui possit. *Volare* enim famam etiam *Vergilius* ponit, ut (A. III, 121): *Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis.*

9. *latius r. a. d. sp.* Latius, inquit, regnes cupiditatem uincendo, quam si per uniuersum orbem possesiones extendas.

11. *Gadibus i.* *Gades* autem oppidum est in Hispania a Poenis conditum.

11. *uterque Poenus.* Aut, quia in parte Africae ponitur quidquid freto a Gadibus separatur, ideo *utrumque Poenum* dixit locis diuisum, uel certe quia Carthago et in Hispania est, quam *Spartariam* uocant.

[*uterque Poenus.* *Uterque,* id est, orientalis et occidentalis. *Poenus.* Africanus. *Vterque* autem *Poenus,* quia Carthago, quae est in Africa, et Gades in Hispania a Poenis conditae sunt.]

13. *indulgens.* Inpendens, ut (A. IX, 163): *Indulgent uino et uertunt*

1) sic om. 2. *murenam* omn. libri mei constanter. ut III, 19, 11, ubi unus Bern. C. in epigraphe m*y*ren*u*m habet, et Satt. I, 5, 38. *muneram* lapsum calami adfert Q. mv habent *murenam,* non *mamurram.* 2) ut cum *spoliati* bello ciuili *fuissent* ex integro patr. suum diu. R. rell. *cum spoliatis.* 3) *non ex* integro r. iam om. 2,r. *antea* rC. *bona sua ex* integro *aequis partibus* cum eis diuiserit cum quibus etc. C. Q tacite ineulc. *de* integro. *ex* int. omn. libri. 4) hoc schol. Q plane omisit. *Quia* γ. qu*od* C. rell. qui. *in*pender*at* γ. impender*et* A (inp.) R2,r. impender*it* Cmvafh. *animum et* am. C. 5) notiti*as* AG,a. notici*as* rv. notici*am* γ (?) fh. — hominum om. AR12G,rve. 6) p*i*nna Aγ. conf. ad II, 20. 7) uol*untas* r. solui posuit Aγ,rva. ut non pos*sit* solui i. diuidi 2. solu*it* possit mfh (typ. err.). — uolare etiam famam b· *etiam* uerg. AγR.r. *et* uerg. 1G,a. ut uirg. mv. Virg. etiam fh. 8) *ut* fama Aγ,r. — *m*aternis γ. pa*r*entis Afh. rell. pa*ter*n*is. *Paternis* uerbo addunt 1,mva: Idomenea ducens. 9) regnas in lemm. omnes libri. regn*as* cup. Aγbr. rell. regnes. 11) *Gau*des γ. *gad*ibus in Hor., ga*dd*ibus in scholio. conf. Carmen II, 6, 1. autem om. R2. *opere*, om. a Poen., b. 13) aut om. 2. ideo AγbR,r. ideo *quod* mv. ide*oque* afh. Q totum schol. uncis inclusit, uerba eius 'non genuina, certe corruptissima' putans atque ad schol. seq. pertinentia. Minime; hoc schol. libri tamquam genuinum tuentur, alterum ex singulis glossis est compositum. Posui lemma *uterque Poenus* et pro *aut Gad.* scripsi *a Gad.* reliqua sunt per se clara. Ponitur om. γ. qui*d*quid A. rell. quicq. 15) spart*anam* R2. spart*a*ciam mva. spar*th*ar*iam r. spart*ar*iam Aγb1 (G?). recte, non a *Sparta* sed a spar*tis* herbis dicta. conf. Plin. H. N. XI, 8 cum XXXI, 8. Ad loc. *diuisum* conf. C: *remotis.* diuisis. 16) Similes glossae ad h. l. leguntur in C, altera alteri adiuncta per *Aliter.* Omnia inclusa uerba om. A. uterque — sunt om. γR12,m. Id est, orient*a*lis et occident*a*lis afric*a* 2. orient*a*lis et occidentalis africa*nus* r, om. i. Id est, orien*tis* occiden*tis* et Afri*nus* vafh. *uterque.* i. orientis et occ. *poenus.* africanus γ. Altera scholii pars *uterque autem — cond. sunt* ex Porph. prodiit. 19) inp. A. cra*th*er*es* 1. Act. rell. cra*ter*as aenos A. ahen. edd. crat. ae. om. γ. schol. om. b.

*carteras aenas.* *dirus hydr.* *Hydrops* subcutaneus est morbus de uitio uesicae natus cum anhelitu foetido et inflatione turgente. Est autem hydropico proprium, ut, quanto plus bibit, tanto plus sitiat. *Dirus*. perniciosus.

15. *albo.* Pallenti, ut *Pers.* (Sat. III, 98): *Turgidus hic epulis atque albo uentre lauatur.* Diffusus enim humor omne inficit corpus. Sensus ergo est: Sicut sitis nisi aegritudine uicta non tollitur, ita cupiditas et auaritia non satiatur, nisi ante animo in sanitatem continentiae reuocato.

17. *redd. Cyri s. Prahaten.* Cyrus qui primus regnauit in Perside. Prahates, rex Persarum, Cyri filius; hic a parentibus destitutus, regno pulsus ,[est et] a Brachmanis philosophis Indorum susceptus et educatus est. Postea regno redditus magno iustitiae et continentiae documento gessit imperium. Alii dicunt ei ab Antonio ademptum imperium et per Augustum postea restitutum. Vult ergo ostendere, non, sicut vulgus putet, beatam uitam regnum aut diuitias facere sed sapientiam.

18. *dissidens.* Discrepans uirtus nec habens aliquid cum insipientibus et plebe commune. Ordo est: Virtus beatorum [, id est, sapientia quae non est apud plebem,] id est, dissidens numero plebis eximit Prahaten redditum solio Cyri et dedocet populum uti falsis uocibus regnum et tutum diadema deferens uni et propriam laurum, quisquis [scilicet] spectat ingentis aceruos inretorto oculo; nam quasi ex superiori exponendo hoc dicit.
*eximit.* Effert.

1) succut. R2. — hydr. uva. hidr. γ. ydr. Ab. subcut. Aγ,rva. succut. R2. sub*carn*eus 1. — *ui*sicae γ. *ue*ssicae R. de uit. ues. nat. om. 2. 2) hydropic*um* bR. hid.) 3) bib*it* γR1,rvm. bibat b. rell. biber*it*. 4) *hic* AγR2 (G?), va. rell. hi*nc*. 5) *a*mor (*u*mor, cum *u*mida Epod. XII, 10 ut uet. Ambr. habet) Ab. 6) ergo om. 2. ac si diceret. Sicut R1,mva. — *pe*llitur A (Hor. pellit.). rell. *to*llitur. 7) insan*iente* 2. 8) Cyrus — Perside om. b. C*i*rus A. — *prah*a*ten* Aγ, ut Bern. K. AC. Parr. Bφ (p*hr* a 2 m.) *phraa*ten A in Hor., fh. *phr*ahaten rva, ut Par. H. Bern. B. *Fra*ha*r*ten R in Acr., *Phrah*aten in Porph. Habetur autem hoc uocabulum in numero eorum, quae in nonnullis codd. cum spir. asp. exarata apparent: pˆraˆates E in Epistt. I, 12, 27, ut ˆoram Angl. 1 (Graeu.). ˆydram Angl. 2. ˆilitiˆa Harl. 2. protˆea Suecouat. scitˆas P. ˆorreo Regin. ˆaut pro haut Par. C. cytˆara B. treˆicia. raetˆus. ˆedera Bern. C. baccˆabor. proˆibete. ˆoratius γ etc. 8) persi*dae* A. Persid*a* G. 9) *a* regno b. *et* om. Aγb2. *b*ragm*an*is Aγ1,afh. bragma*tis* b. *p*ragma*nn*is G. *p*ragmanis R. pragmenis mv. ab *Aragni*anis r. philosof. A. brac*h*manis Q. post*e* regno A (post?). 11) regnum *et adeptus* 2. *dedu*ctus mv et R (phil. *iterum* susc. et ded.) eductus 1. ed*o*catus b. rell. educatus. est Aγ2. rell. om. 12) imperium om. A. imp. *esse* 2. 13) omn. libri put*at*. posui putet. conf. ut*a*tur ad u. 20. male v: (*non* sicut uulg. putat). In γ scholio praemissa sunt haec: prahaten] Ordo est: prahaten eximit numero beatorum. uirtus dissidens plebi i. sapientia quae non est apud plebem. || *Sensus est.* praha*te* qui in regnum Persarum *con*stitutus est non est in numero beatorum sicut uulgus putat. nec enim regnum aut diuitiae beatum faciunt (Porph.). 15) Ex lemmate *uirtus* sustuli et post *discrep.* posui cum R2,r. Ordo — dicit om. A. 16) Verba uncis inclusa om. γ hoc loco, quippe non ad Ordinem spectantia. Vide infra glossas. Eodem iure omisi insertas glossas ex 2: *uocibus* i. laudibus. *dedocet* i. dehortatur. propriam*que* laur. 2. uni propr., om. et, b,r. propriam atque laur. R. 20) *ex* R1. *et* r. superior*i* R rell. superior*a*. — hic v. dic*at* b. 21) effert. om. γb,r. *eximit.* separat γ et C, qui addit *segregat*.

20. *dedocet.* Dedocere cupit [desuescit] aut dissuadere populo beatum dicere eum, qui diuitiis utatur, aut certe loqui falsum propter hoc, quod factione eiectus Prahates regno sit.

22. *propriamq. laurum.* [*Laurum*] pro laurea, hoc est, speciali gloria, quae non uirtuti exercitus sed prudenti(s) continentiae debetur, perpetua.

19. *inretorto.* In reflexo (i. non reflexo?) a iustitia uel a continentia *oculo* ad cupiditatem.

## PORPHYRION.

*Nullus a. c. e. a.* Hac ode Sallustium Crispum adloquitur, equitem Romanum, Augusti amicum, qua liberalitatem et munificentiam animi eius describit, [Iste Sallustius historiographus fuit, contemporaneus Vergilii et Ciceronis; huius uxor Sallustio nupsit, unde Quidam dixit, quos ascenderit per gradus eloquentiae, primum nupta Ciceroni eloquentissimo, postea Sallustio nihilo minus perito.] *Argentum* autem *abditum* pro pecunia recondita in thesauris dixit, et est sensus: diuitiarum splendor nullus est, nisi honesta ratione feriunt in usu.

2. *inim lamnae. Lamnam* pro rudi et infabricata materia dixit; per quod significat, Sallustium non libenter habere absconditas et sine usu diuitias.

1) desuescit omn. libri. desue*fa*cit quod Q cum C substituit, non tutius est quam desuescit. Illud apud Tertull. de Pallio 4. hoc apud Non. 2, 199 occurrit. 2) aut om. b. dedoc. cup. *i. e. dissuadere* pop. 2. popu*lum* omn. fere libri. scripsi popu*lo* (Porph.) cum ARG (corr.) et (aut *desuadere* popu*lo*) r. dissua*dere* Aγ. — ut*i*tur AγbRr, r. rell. utatur. conf. u. 17 put*et*. 3) pr*o* hoc Abγ (rasura). rell. *propter*. pro*b*ates *recognos*cit b. *et* phrahates *signo* sit r. 4) laurum om. R1. speciali om. 2. 5) perpetua deb. AγR12, r. b om. haec extrema scholia. distinxi post *debetur*, ita ut *perpetua* sit pro i. perpetua (Porph.). prudent*iae* cont. R. 6) i*n*r. AγR1G, rmv, ut uett. codd. Hor. omnes. i*r*r. afh. Haec uox uni Horatio usurpata explicatur per *inreflexo*. quae non latina est (*irre*fl. Cafh) neque *inflexo* AγR2 pro inflexibili. Hinc *non reflexo* proposui. *reflectere* uisus, caput dicebatur pro *de*torquere, *de*flectere oculos, caput. C addit: inconcupiscibili *animo*. Hinc non adsequimur, cur Q inclusa uerba omiserit, ne uerbum quidem dicens. At enim uero haec Acronis explicatio esset ridicula teste etiam Orellio. nam non oculo firmo, ὀφθαλμῷ βλοσυρῷ (Synes. p. 51) siue ἀτενές βλέποντι, sed μηδαμῶς ἑλκομένῳ πρός τὴν ὄψιν τοῦ χρυσίου (non inuidente. Porph.) sapiens thesauros intueri dicendus erat atque dictus est. Glossae ex γ et A: u. 1. *color*. utilitas γ. u. 18. beat*orum*. sapientium γ. u. 14. *morbi*. sitis A.

PORPH. Ode XLI. Ad Crispum Salustium R. 15) Sall. crisp. adloq. M. crisp. sal, adloq. R2. rell. Sall. siue Sal. Crisp. eq. rv. Aug. om. *alloq*. 11) li*bertat*em m*ag*nif., om. *et*, r. rell. liber*ali*t. et m*ag*nif. conf. schol. ad u. 5: *liberalis* in fratus, et Acron. 12) descr*ibit* MAR2G. rell. descri*p*sit. Iste — perito om. codd. et rva. Fabricius (fh) additamentum induxit absone fictum et consarcinatum. 15) autem MRG. om. rvafh, lemmate posito. conf. Acr. *t*esaur. M, qui aliquoties in obliquis casibus habet the*n*saur., quod reicit Seru. ad Aen. 1, 359. 17) fueri*nt* MR2G, fueri*t* rvafh. 18) Lam*i*na*m* R. Lamna*m* M. rell. lam*na*. dixit MRG. (Acr.) rell. posuit. 19) signif. *sallust.* non lib. MAR2 (G?). sig*nat* non lib., om. sallusto, rvafh.

5. *uiuet extento P. ae.* Proculeius, eques Romanus, amicus Augusti, carissimae pietatis erga fratres suos Scipionem et Murenam fuit, adeo ut bona sua cum his aequis partibus diuiserit, quia [illi] bello ciuili erant spoliati.

*uiuet extento P. aeuo.* Ecce, inquit, Proculeius, qui liberalis in fratres suos fuit, aeternam sibi per hanc pietatem memoriam parauit, et per omne aeuum fama eius extenta est [, per quam semper uolat].

7. 8. *illum aget pinna m. s. f. s.* Sic intulit poeta *fama superstes*, quasi fama illum agit (id est, diuulgat) penna sua, quae ab illo non soluitur, nam semper uolat.

9. *latius r. a. d. sp.* Latius, inquit, possideas auaritiam animi compescens, quam si per continuationem ex Africa in Hispaniam possessiones extendas.

11. *Gadibus i.* *Gades* oppidum est in Hispania a Poenis conditum. *Uterque Poenus* ergo ait, quia Carthaginem sicut Gades Poeni condiderunt.

15. *et aquosus a. c. l.* Bella conceptione *aquosus languor* ὕδρωψ dicitur; *album* autem corpus pro pallido dictum est.

17. *redditum C. s. Prahaten.* Prahates, inquit, qui in regnum Persarum restitutus est, non est in numero beatorum, sicut uulgus putat: nec enim regnum aut diuitiae beatos faciunt.

*Cyri s.* Regno Persarum a rege Cyro, qui primus in Perside regnauit.

1) Vi*uit* M utroque loco. G altero tantum. rell. Vi*uet*. extencto r (bis) v (semel). 2) *carissime* M. carissim*ae* R (*char.*) 2,r. *rar.* vafh. seruaui *carissimae* i. e. maximi pretii. uulgo dicunt pietatem *maximam* siue *summam*. — fr. *suos. etiam* Scipionem *in memoria* fuit r. *Mamurr*am. *muneram* G. murenam MR,afh. conf. adnot. ad Acr. 3) *his* M2, rvafh. om. R. Quincule. *eis*. — *quia* illi bello MR2G,rva. *quibus* illi *in* bello fh. proeunta *his* superfluum est *illi*. 5) existit fh. rell. *fuit*. 6) omne*m* G. rell. omne. — *Per quam semper uolat* omn. libri. uerba perquam inepta *et* plane aliena. Aut delenda sunt aut sic corrigenda: *perpetua* i· *superst.* p. uolat. Sed lege schol. subsequens. Fabricius (fh) inter duo haec scholia posuit nouum lemma et scholion: *Notus in fratres animi paterni*] Id est habens animum paternum in fratres, et est noua figura. Sensus est: Ecce etc. rell. om. 7) Difficile hoc scholion sic emendandum est: Sic intulit *fama superstes* poeta: quasi fama illum agat penna sua, quae *a nullo* soluitur. nam *aeuum peruolat.* Q adscripsit haec: 'agit penna m. s. *cod.* aget solui metuende penna *Edd.* Ceterum ne hic quidem mihi ipsi satis facere potui emendando.' At uero Asc. et Fabric. scholii partem iam correxerant, ille: quae ab *ullo* non soluitur, hic: quae *nunquam* ab *ullo* soluitur. quae ab *illo* non solu. R2,rv (G?). *non* om. M (Halm.). p*i*nna M in lemm., in schol.: penna. pinna uet. Bern. K. γ et A (2 m corr.). Sic int. f. s. (= fama superstes) poeta quasi M, ut rell. 8) id est, diuulg*at* f. id est, diuulga*ta* h. rell. om.; ag*at* a. 11) ex aphrica in hisp. 2G (afr.). ex afr. in *sp*aniam M. ex afr. in *italiam.* rell. in Hisp. a Libya (alib*i*a v). 13) *Gades* om. M. Gad*as* R. — est om. rvafh. 14) ga*them* M (*Gadibus* in lemm.). gadē r. rell. gad*es*. 16) langor R. leng*u*or Mb h. l., lang*or* ad Epod. XI, 9, uterque eodem in const. 17) est om. M. 18) *pra*haten MG (corr.). *ph*rah. R,rva. *Phraa*ten fh. ph*ara*t. 2. — inquit om. 2. 19) *con*st. γ (Acr.). non est MR2G.rv (sic!) non in num. *est* beat. fh. alt. *est* om. a. 20) fac*it* a. fac*iunt*. 21) regn*um* M. rell. regn*o*. prim*us* om. R,rvafh. — persi*da* MRG. pers*ia* 2. rell. pers*ide*.

18. *dissidens plebis n. beatorum exim. uirt.* Ordo est: Prahaten eximit numero beatorum virtus, || quae plebi[s numero] dissidet, || hoc est, quae uirtus, id est[1], sapientia non est apud plebem.

20. *populumq. f. d. uti.* *Dedocet* pro dedocere cupit i. e. dissuadere populo beatum dicere eum, qui regnum et diuitias possideat, quia falso hoc dicatur, solummodo illum et diuitem et regem et securum esse adfirmans, qui diuitiis alienis non inuideat, nec eas concupiscat.

22. *propr. l.* *Laurum* pro laurea, ac per hoc gloriam intellegamus, *propriam* autem perpetuam.

19. *oculo inretorto.* Hoc est, oculo non inuidenti [id est, animo non concupiscibili].

# CARMEN II, 3.

## ACRON.

*Aequam mem. r. in a. seruare mentem.* Aequalem, inmutabilem. *Memento.* Id est, habens moderationis propositum semper in animo, ut in aduersis talis sis qualis in prosperis.

[*rebus in a.* Aduersis et difficilibus.]

1) *Prahaten* M etc. ut supra. Ordinem et alteram partem scholii sic constituerim: Prahaten e. num. be. uirtus dissidens plebi. u. 18. *Virtus dissidens plebi*] hoc est, quae nirtus i. e. sapientia, non est apud plebem. Post uerba *uirtus dissidens plebi*, quae iam Fabr. in ordinem recepit, eodem tamquam lemma repetiui pro uerbis *quae plebis numero dissidet*. quae sic corrupta in codd. et edd. leguntur. 5) populo omn. libri. conf. Acr. 6) hinc fh. rell. om. hoc. dic*i*tur om. codd. et edd. (et v!) praeter G, teste Q, qui habet dic*a*tur. conf. ag*at* u. 7 etc. 8) *ac* MAR2G. rell. om. intellegamus M (G?). intell*i*gamus AR2,rv. intell*igi*mus afh. 10) *in*-ret. M. in ret. rv. rell. i*r*ret. *id* est 2. Quae uncis inclusa sunt. Fabric. ex C induxit. rell. om.

ACRON. A inscriptionis loco metri notitiam habet. Paranetice ad dellium b. Paranetice immo symboleutice dellio γBϛCH etc. Paranetice. simboleutice. dellio. dellium alloquitur a*d*que cohortatur eum ad equitatem animi et noluptem (sic) qm̄ (quoniam) mors sequutura obnubet omnes. ER (nolup*tatem* — sec*u*tura). Paran. immo simb. ad *b*ellium Bern. B. Ad dellium. Ode XLI R (Acr.) Ad *G*ellium et moriture *G*elli Comm. Cruquii.

16) Cum Acron careat in omn. fere libris argumento, suspicor ipsius esse illud, quod codd. Horatii ER exhibent: Dellium alloq. — omnes. Venerabilis cod. E plura Acronis scholia ad Carmina continet. 2 habet hoc: Alloquitur de*l*ium qui nesciebat habere modum. quia nimis prosperis eleuabatur et aduersis deprimebatur. *E*quam A. *Aequam memento.* i. aequalem || immutabil*e* habens semp. mod. propositum, om. in animo. mv. in mut. γ,r. *Iam* habens A. Id est om. R. hab*e* 1G. *ita ut* habe*as* CQ. i. habe*as* R,r. rell. i. hab*ens*. in animo om. R1,mva. propositum om. γ. mod. prop. semp. in an. A,r et R (om. in an.) hab. semp. mo. in γ. i. e. habens mod. prop. semp. *in arduis* et in aduersis mentem dico temperatam ab insolenti i. *in*moderata laetitia seu inconsueta 2. habens semp. mod. in an. prop. fh. 17) *ut in* adu. A. *i. ut in* adu. r. *i. in* adu. R,mvafh. qualis *esse soles* in prosp. R. schol. om. b. 19) gl. in fh. rell. om.

3. *ab insolenti temperatam.* [*Insolentem laetitiam* dicit] immoderate laetam, siue *insolenti* inconsueta. [*Moriture*:] moriendum enim est, seu tenax seu largus uixeris.

6. *in remoto gramine.* in secreto loco.

7. *reclinatum bearis.* in bibendo resupinum et soluto a curis animo beatum te feceris.

8. *interiore n. F.* In interiori enim uina seruanda reponuntur, quibus ad uetustatis indicium et tempus, quo conduntur, adscribitur.

9. *quo pinus ingens.* Quae magnitudine sua amoenitatem potantibus praestet.

*albaque pop.* Interiora enim populi folia alba sunt, ut *Verg.* (VIII, 276): [*Herculea*] *bicolor cum populus umbra.*

10. *umbram hosp.* Id est, refugium propter aestum epulantibus genialiter praestantes.

*consociare.* Condensare et opacam facere.

11. *obliquo.* id est, flexuoso. *fugax.* cita et celer.

12. *trepidare.* Festinare, ut (A. VIIII, 113): *Ne trepidate meas, Teucri, defendere naues.*

13. *huc.* Id est, ad nemora [et] pinus instrumenta conuiuii et uoluptatum parentur.

*breuis.* Genitiuus est. *Breuis* autem cito transeuntis et temporalis, ut ipse et superius (I, 36, 16): *breue lilium.*

1) inclusa temere incule. Q contra librorum auctoritatem. nam quid sibi uolunt uerba *laetitiam laetam? laetam* pertinet ad *mentem* et inconsuet. ad *insolenti*, quod interposui, cum inconsue*ta* scribendum esset, non inconsue*tam*. Lectiones codicum uitiatae sunt. imm. laet*a* siue inconsuet*a* R. rell. inconsuet*am*, ort. ex laet*am*. mens dici nequit inconsueta. 2) mori*u*ndum R. rell. moriendum. moriend*us* γ. mo*n*endum r. 3) uixer*it* Aγ. rell. uixer*is*. largius h. 4) in secr. loco Aγ. rell. om. secreto *nemore* C (*l*uco?). in *secessu nemoris* Porph, 5) Hoc schol. plane om. Q. resupin*atum* R. solu*tum* 12. rell. solu*to*. beatum te A2. rell. te be. 7) in om. 2. interiore AγR in lemm. interior*i* in scholio. — seruanda AR1,r. rell. *re*seru. uina enim 2. 4) i*n*d. mv. temp. *conditum* mva. rell. *quo conduntur*. 8) a*d*scr. AR (a*b*scr.) rell. ascr. 2 addidit: i. e. interiore uino *ph*alern*i* notato. 10) praest*et* AR1G,r. rell. praest*at*. 12) Herc. om. AγR1,r. 11) Id est A. rell. om. 13) ge*ner*aliter AγRG, mva. totum schol. om. b,r. cum fh recepi ge*nia*liter u. ad *epul.* pertin. ut Apul. Met. X p. 246: *otiose ac satis genialiter* — grand. ill. calicem uno haustu perhausi. *epulantibus* om. 12G,mva, ut uidetur propter antec. u. *potantibus*. C: refug. ep. prop. aestum, *gratum et delectabile*. praest*ans* A. prestans γ. prestan*tis* R. scribendum est praestan*tes*, sc. *pinus et populus*. rell. codd. (G?) et mvafhQ: praestan*tem*. 15) densare 2. 16) i. flexuoso Aγ. rell. om. Cita et celer AγC (cit*us*) rell. om. trepida*re* R1. uiri 1,mva. conf. schol. extrem. 19) huc uina] h*uc* est h*ic* A. h*oc* est h*uc* b. h*ic* est R. rell. id est, ad nem. id est om. r. Cum una pinus tantum dicta sit, *et* uncis inclusi. tale nemus — densum arboribus — piceis frondibus atrum in Ouid. Met. X, 140. Fast. VI, 9. Her. XII, 67. *ad* uolupta*tem* 2. 21) ge*nus* 2. rell. ge*nitiuus*. 22) br. autem *et* cito R. br. *et* cito 2. br. *aut* cito r. rell. br. *autem* cito. temperate r. tempora*niae* C. rell. temporalis. Posui *et superius* pro *superius*. *Et br.* omnium librorum, cum in Hor. sic legi nequeat. Neque *superius et*: *br. lil.* ferri potest. ut sup. *dixit: br. lil.* C.

15. *dum res et aetas.* *Res* patrimonium. [et] *aetas* iuuen*tas* apta laetitia.

16. *sor. fila tr.* Quae mortis admoneant et minentur; ideo [et] *aetra. Verg.* (A. X, 813): *extremaque Lauso Parcae fila legunt.*

17. *cedes coemptis s. e. d.* Omnibus diuitiis et amoenitate [nisi in usu sint] carendum morte dicit, ut *Iuu.* (X, 172): *Dum tamen a figulis munitam intrauerit urbem Sarcophago contentus erit,* et *Ter.* (Hecyr. III, 5, 11): *uixit dum uixit bene.*

19. *extructis.* Compositis, ut (A. VIIII, 325): *qui forte tapetibus altis Exstructus t. p. p. s. In altum dir.* [In altum mare iactis operibus et extructis in altum] . . aedificiis [potietur]. Haec est || conclusio || sensus: cum diuitiis usus non fueris tuis, relictis heres utetur.

20. *diuesne pr. nat. ab Inacho.* Nihil interest post mortem, utrum diues et generosus sis an pauper et humilis genere. *Inachum* autem pro nobilitate generis posuit. Rex enim Argiuorum Inachus nobilissimus fuit, a quo et fluuius, quia in ipso mortuus est, nomen accepit; unde et *Vergilius* pro nobilitate: (A. IIII, 371): *Et Turno si prima domus repetatur origo Inachus Acrisiusque pater,* et *Iuu.* (VIII, 134): *De quocumque uoles prouuum tibi sumito* [*libro*].

1) pro *et* iuu. posui *aetas* iuu. *Res* patr. R. rell. om. *res. dum res. hoc est.* pat. A. *et* om. 12,r *et aetas*] hoc est iuuen*tas* ap. laetiti*a*. A. etas iuuent*us* R2C. rell. iuuen*ta*. Seruaui et h. l. cum uet. cod. iuuen*tas* contra uulgare discrimen, ut ad Carm. I. 30, 7. 3) mortes γ. amm. 2. — et om. 2,r. 4) fil*ia* laus et rocei legis R. laus *eroyce* legunt 1. l. *heroicae* legis mva. 5) amenitate*m* γ. 7) intraue*rat* 1. intraue*ris* — cont. er*is* R. sarcofago Aγ,r. contem*ptus* b. 6) uixit dum uix. be. A. dum u. u. be. bγ,r. e. u. be. uixit R1G,mva. 10) extruct*us* γR,CaQ. R addit: toto *pro*labat pectore somnum R. 10 — 11) Verba uncis incl. continent emendationem a Q factam ex G qui habet: in altum maris iactis, ut R.va. *opibus* γ,va. rell. op*er*ibus. *et* om. G,mva. Mar*tii* actis γ. mar*i* iactis fh. Hinc Q iterum ‚emen*d*at': *Aut* alto mar*i* *id est* operibus *aut* extr. Atqui apparet totum schol. esse insanum et maximam partem interpolatum. mar*e* siue ma*ri* *iactis* sunt uerba inepta, quippe orta ex *mire factis* sive miriticis, *magnificis.* conf. Caes. B. C. III, 112: *mirificis operibus extructa turris. Regum turres* notae sunt ex Carm. I, 1, 14. Porph. posuit *magnas amplasque.* hinc C: compositis, magnis et amplis ut etc. est r. in al*tis* edif. b. Iam, mari sublato, duo scholia coeunt in unum contracta: Compositis, ut: qui   i. altis, mirificis, magnificis aedificiis. *Mare* u. glossa est a monacho uerbis *in altum* adspersa, ut *operibus* ex *opibus* et *exstructis* prodiit. r: *tap.* altis extructis in altum aedificiis. Po*n*etur. hic sensus est etc. 2: *extructis* compositis in altum edificiis heres. conclusio. sensus est. Similiter pro *potietur. haec est conclusio sensus* in mvafhQ scribendum est: *Diuitiis potietur haeres*] Conclusio. Sensus est: cum diuitiis etc. 12) her*es* utetur AγR2,r. here*des* ut*u*ntur mvath. heredes *fru*entur C. 14) sis et gen. 1G,va. *fueris* et gen. C. sis om. rm. rell. et gen. sis. *ex* humi*li* gen. 2. — autem om. A. pos. gen. 1. 15) Inachus om. R. 16) *in quo* mort. fuit 2 (loc. Verg. et Iuu. om.). quia   est om. b. 17) *ut* et R. — *supre*ma R. repetetur γ. rell. repet*a*tur (rep*or*t. b). crisiusque 1. ac*h*ris. r. *sacrificiis*que b. *Dum* quoc. γ. libro om. AγbR1. sum*e* b.

23. *sub dio m.* Supra enim inter diuitias et domum dixerat, ideo hic sub diuo posuit pauperis mansionem.

24. *nil mis. Orci.* Inplacibilis, ut (*Verg.* G. IIII, 488): *Ignoscenda equidem, scirent si ignoscere* manes.

25. *cogimur.* Compellimur, colligimur, ut (*Verg.* B. III, 20): *Tityre, coge pecus.*

26. *uersatur urna.* Aut ubi fatum et condicio uitae uersatur, aut urna, ubi cineres colligebantur, ut *Luc.* (VIIII, 68): *numquam plenas plangemus ad urnas.* Hic autem poetice per urnam quasi sorte ad mortem ductos rapi dixit, ut *Verg.* (A. VI, 432): *Quaesitor Minos urnam mouet.*

27. *sors exitura.* Ideo *sortem*, quia urnam dixerat. Ordo est: Sors omnium exitura serius uel ocius et nos impositura cumbae in aternum exilium uersatur in urna.

28. *impositura.* Cumbae uide licet impositura et nos sors ut in aeternum dirigat exilium. *Cumbae* naui Charontis.

## PORPHYRION.

*Aequam mem. r. i. a. s. m.* Haec ad Q. Dellium scripta est de amici aequitate; subitis bonis non esse gaudendum nec malis desperandum sed medium tenorem sequendum.

4. 7. *moriture Delli* s. m. o. t. u. s. t. i. r, g. p. d. f. r. *bearis.* In

1) d*io* uet. Bern. K pure, ut A in scholio. in Hor. AE, uterque *dio* suprascr. u). fh d*io* in lemm., di*uo* in scholio. rell. di*uo*. etiam M in Porph. 2) po*n*it 2. paup. mans. om. γ. 3) γ: *uictima nil. mis. orci.* tusci licet uictima i*n*pl. (tu scil. uict.). C: tu scil. ipse. *horch*i m. orchus quidem uett. etiam codd., ut BφE. aliquoties habent, sed haec uox adspirationem non sequitur. — ut Aγ,r. rell. om. 4) *naues* γ. 5) *colligimur* A. rell. om. 7) tale est schol. in omn. libris. Unus r om. *uersatur* in lemmate: *Urna aut*, et sic uoluit Q. 8) *aut urna* (i. e. ea urna) omn. libri. *in qua* cin. *reconde*bantur. unde Luca C, qui plenius et liberius schol. habet. 9) forte v. Hic — urnam om. 2. duc*imur* 2. rell. *ductos.* 12) *sors.* sortem dixit propter urnam. Ord. C. sortem *dicit* 2. dixerat urnam, in qua sunt sortes 2. Ordo — urna om. γ,r. 15) c*u*mbae A bis, etiam in cod. Hor., ubi man. rec. u in y mutauit, ut in Bernn. KC, Pariss. Bφ. in φ man. 2: *uel ci*nbe, in E: c*y*mbae man. 1: *uel cum*be. conf. Wagner. p. 422 et 485. *cymbae.* naui *c*arontis. C*i*nbe uid. γ. 5) imp. est *enim* nos 2. *sors* ut γR2. rell. om. sors. *extremum* 2. rell. *aeternum.* 16) a*u*xilium in schol., *ex*il. in lemmate γ. naui *c*arontis A (γ supra) mv, n. *ch*ar. afh. R1G,r om. glossam. totum schol. om. b. *Glossae* ex γ: u. 12. *lympha.* aqua. 13. *huc.* illuc. 14. amen*ae.* delectabilis. conf. C: amoen*os.* delectabileis. hinc Glareanus: Et nimium breu*es.* Flores amoen*ae*] *Acro* breu*is* genetiui casus esse putat, uerum ipse amoen*os* legisse uidetur, quod non displicet, quamquam et haec lectio bene habet.' 26. *serius o ius.* sero enim an mature moriaris. explebis sortem. 27. *sors exitura* s. est.

PORPH. Ode XLII ad q. dellium R. 20) delium rvafh. rell. de*i*lium. 21) delli — deli.

hoc causam ostendit, cur aequo animo uiuendum sit, quoniam scilicet moriendum est, et si lasciuus et si largus uixeris. *Seu te bearis: in remoto gramine,* hoc est, in secessu nemoris: *reclinatum* autem, id est, resupinum, recumbentem, ut solent, qui securiores et soluto animo hoc faciunt.

8. *interiore no. Fal.* Hoc est, uetustiore, quoniam interiores lagenae solent esse, quae prius stipatae sunt.

11. 12. *quid* (?) *obliquo lab. l. f. tr. r.* Subaudiendum: si ea non utimur, et est totum amabiliter dictum.

13. *huc u. et ung. et n. breues fl. a. f. i. r.* Huc scilicet, ubi umbram hospitalem consociant pinus et populi, et ubi lympha fugax obliquo laborat trepidare riuo.

15. 16. *dum res e. ae. c. s. f. tr. p. a.* Hoc est: dum est et *unde,* et

1) mori*un*dum MR. rell. moriendum. 2) *et si — uixeris* omn. libri. male ideo quod *si* repetitum est. melius esset: *etsi* lasciuus *et* largus uixeris. *Et si* lasc. et larg. uixeris rva. Sed prior sententiae pars desideratur, hinc legendum uidetur: *siue maestus* (tristis) *et tenax,* siue lasciuus et largus uixeris. Q: ‚de *lasciuus* u. dubito; iure expectas *et si in lacrimis* seu simile aliquid cum maestit*iae* significatione.' propter disiunctionem sententiarum *siue* opus est. — Seu *te* in remoto gramine hoc est M. rell. om. *te.* Q///cum G totum lemma *seu — bearis* repetiuit et in rem. gr. hoc est. Equidem propter *te* addidi *bearis.* 3) *successu* fh. 5) quum M. rell. quoniam s. qm̄. lagynae M. rell. lagenae. 6) *Quid* obli*quo* M. Quid? obliquo C in lemm. et in Hor. Rell. libri *Acronis:* quo obliquo. Inter codd. Hor. uet. Bern. habet qd, suprascr. i (Or.) et Parr. AB pure, φC quo in rasuris ita ut *quid* a 1 m. scr. fuerit, γ. quo *uel* qu*id,* ubi uar. lectio uetustior iudicanda. E: qu///o, o pure, non d, e lit. erasa. *Ram*///is. quo, cum rasura et glossa: s. et D. (G. Hermann.: *Ca*nnisque *et*). Haec gl. interpol. *et* in omn. fere recc. codd. saec. XV irrepsit. Sic *quo* inde a saec. X ex glossis ad u. 9 (*Quo* pinus): in illo loco Bφ. in aliquem lo*cum* D, in codd. transgressum est. Ut coniecturae ad u. 9, Quor = cur Lachmanni Rh. Mus. III p. 616, *quoi,* id quod non bisyllabum est, teste Ritschel. Proll. Plaut. Trin. p. CXXXI, uel *Quid,* bis ergo positum, ut Carm. II, 16, 17. 18, omnino non opus sunt, sic in hac uetusta adquiescere possumus eaque belissima, lectione *Quid,* sine posito siue omisso interrogationis signo. Vestigiis Bentleii Ram*osque et,* Cuning. et Lambini Ram*is qua et* atque G. Hermanni insistens Haupt. temptauit: *Ramisque et.* Ego ipse aliquando, meam faciens uiam, scripsi: Ramis, *uide*: oblico (oblico hoc loco b et P, epist. I, 14, 37 Pariss. AER. Angl. 17. oblic*um* III, 22. 7 et 27, 6 Bern. C. Par. E etc.) i. ueni, uide, ut III, 27, 17: *Vides quanto* trep., *nonne uides* Carm. I, 14, 3. Satt. II, 5, 12. *Videsne ut* Carm. I, 9, 1. Epod. IV, 7.) etc. Sensus autem est: Amoenum illum locum uide, umbrosam hospitalitatis sedem: lympha praeterfluit, lympha, ut uita, fugit: utraque utamur ibique bibamus meum Sabinum, conf. II, 11, 13—20. Sic clariora tunc uidebuntur facta Porphyrionis uerba: Subaudiendum est: si ea non utimur, et est totum amabiliter dictum. Bφ habent glossam ad u. *trepidare:* currere tremebunda, scil. sica non utimur. Glossator ergo haec Porph. uerba ad *trepidare* u. rettulisse uidetur, ac si lympha tremebunda ex amicis peteret, ut inde aquam ad uinum haurirent. 8) *amabiliter* MAR2G. *admira*biliter r. *pro*uerbialiter a. *ad*uerbialiter vfh. *amabi*liter iam H. Steph. in Porph. Emendd. p. 161 probauit. 9) huc scil. MR2G. *huc*] scil. ubi rv. id est ubi afh. umbr*a* MG. umbr*am* om. rv. popul*i* om. libri. *est* pinus r. 12) In hoc corruptissimo scholio vv. DD. nihil, quantum scio, suspicati sunt uitii. Sunt autem uitia eius ita emendanda. Primum quidem scribe contra omnium librorum auctoritatem pro absurdis uerbis Hoc est: *dum est et unde*: hoc est, dum *res secundae,* uoces sollennes Cic. Off. I, 26, N. D. III, 36. Ter. Heaut. II, 2, 1. Deinde pro *fata* scribe *Fata,* quae, ut Inscriptt. ap. Gruter. n. 1 et 2 p. 98 demonstrant, ip-

dum per aetatem haec decet facere, et dum fata permittunt uiuere, quae fila atra moriturorum tractant. *Et Sororum fila trium p. a.* *Dum fila atra (trium?) 'Sororum' patiuntur*, inquit, pro eo quod est: dum ipsae Sorores patiuntur, hoc est, Parcae, quarum fila sunt atra.

19. *et extructis i. a. d. potietur heres.* Hoc est, quas tu in altum extruxeris, ac per hoc magnas amplasque feceris.

20. *diuesne pr. n. a. Inacho.* Utrum diues, inquit, et generosus sis an pauper et ignobilis, nihil interest.

23. *de gente sub diuo moreris.* Sub caelo agas ac per hoc uiuas.

26. *omnium uersatur urna.* Poetice hoc, quasi sorte scilicet ducti ad mortem accersantur.

28. *impositura cumbae.* Scilicet qua Charon umbras sepultorum per Acherontem in ulteriora inferorum transferat; scilicet et hoc poetice.

## CARMEN II, 4.

### ACRON.

*Ne sit a. t. a. p.* Adserit hac ode, ancillae amorem domino erubes-

3. *dente si nigro.* Maior enim paena est meretrici, si ob culpam corporis deformitate puniatur.

5. *crederem.* Aut *tibi* subaudi[atur] *iuranti*, aut deos uindices esse periurii.

[*simul.* Postquam.] *Obligasti.* Deuouisti non implendo promissa; e contrario enim *solui* nota dicuntur.

7. *pulchrior.* Auctio est data auctioni.

*iuuenumque p. p. c.* Amatorum multitudinem significat, dicens eam periuriis fieri pulchriorem.

9. *expedit.* Id est, prope est ut putem, dum uideam non puniri periuria in contrarium religionis ac pietatis uerti rationem. Hanc enim uult uideri sacrilegio promeritam deorum fauorem. *opertos.* sepultura tectos.

10. *taciturna n. s.* Clarae, siue secretae et silentis, ut (*Verg.* A. II, 254): *tacitae per amica silentia lunae* et (A. III, 515): [*Sidera cuncta notat*] *tacito labentia caelo.*

14. *rident s. Nym. Simplices* enim aut perfidiae amoris cum risu indulgentes, aut quia Nymphae ad ignoscendum faciles sunt, ut (*Verg.* B. III, 9): [*Et quo, sed*] *faciles Nymphae risere, sacello;* comites enim Veneris sunt, ad quam pertinent meretrices.

*Simplices N.* Id est, non iracundae sed exorabiles.

14. *ferus et Cupido.* Numen Cupidinis demonstrat inmite et inplacabile eo quod ignoscere nesciret, nisi uoluntatem et iudicium Veneris sequeretur, ut *Verg.* (A. I, 695): *Iamque ibat dicto parens et dona Cupido Regia portabat.*

15. *semper ard. a.* Aut semper ardentes, aut semper acuens.

*sagittas.* Incendium libidinis et iacula delectationis.

1) enim Aγ1,rm. rell. om. maior *omni* 2. pena A. est om. A. ob culpam om. C. 3) subaud*i*tur A,m. subaud*is* γ. subaudi 2. subest r. subaudiatur vefh. bGC om. b: s. deos iratos tibi. 4) periur*i* γ. 5) postquam om. AγR2. γ. deu. i*n*rumpendo 2. 7) schol. om. A. auct. est data R. au. d. est 2. 10) id est Ab,r. 11) enim om. R2. 12) sacrilego γr. — *fu*rorem 1,v. *expedit* utile est 2C (u. a. tibi) s. tibi b. op. sep. *tectos* schol. ex AγC. rell. om. 13) *clare* AγC. rell. dure s. dur*ae*. 14) sid. cu. no. om. Aγ. 16) Haec scholia turbata et codicum ope sic consituenda uidentur: 13. 14. *Ridet h. i. Venus ipsa. rident simplices, Nymphae*] *Venus ipsa ridet* aut perf. am. c. ri. indul*gens* aut (aut ut?) *simplices Nymphae*, quia (scil. Venus et Nymphae) ad ign. et q. seq. His uerbis Acron *cur rideant* dicit, extrema demum parte *i. e. non irac. sed exor.* explicat *simplices.* — at enim 2. enim om. AγR· enim aut om. r. 17) indul*gens* AγR2. rell. indulgen*tes*. schol. om. b. 18) Et quo sed om. Aγ,r. 19) quae meretricibus fauet C. 20) Schol. tuentur Aγ2.Cmvafh. om. R1G r. 21) N*o*men γ. n*o*mine R. rell. n*u*men. — demonst*rat* AγbR,r. demonstr*auit* 1G,mva. demonstr*atur* fh. i*n*m. et impl. A. 22) *non* ignosc. A. *non* nesciret b. uol. et iud. Ven. AγbR,r. *ad* ind. Ven. 2. rell. uol. Ven. et iud. C: Ven. *consensu* et uoluntate. *reg. port.* fh. rell. om. 25) semper acuens AγR. rell. ac. semper. 26) schol. om. γbRG,Crmva. γ: uulnera amoris. C: iacula.

16. *cote cr.* Non ipsa cote cruenta sed in qua acuit, ut occidat; inmoderatus enim amor maturat exitium. Et declinatur *haec cos, huius cotis.*

17. *adde.* Adiunge his quae tibi creuerunt ex periurio.

[*pubes.* Multitudo iuuenum.]

*tibi cr.* Tuae prostitutioni, subinde crescentes amatores.

[18. *seruitus c. n.* Id est, semper adiunguntur tibi noui, nec priores relinquunt te, quamuis se relicturos minentur.]

19. *tectum.* Lupanar.

20. *saepe minati.* Vim amoris expressit, ut, quod a seruis fieri consueuit, hoc amatoribus conlibeat, dum contempti se deserturos minentur, ut, si noui ueniant, non abscedant priores.

21. *iuuencis.* Filiis iuuenibus, [ne rapias eos, metaphora a tauris, ut supra (C. II, 5, 4): *nec tauri ruentis In Venerem tolerare pondus*].

22. *te senes p.* Propter dilapidationem patrimonii, quae meretricum incitamentis saepe contingit.

22. 23. *miseraeq. n. u. n.* Timore repudii. Maior enim in recenti caritate dolor est sollicitati coniugis, maior uis meretricis animum affectione occupatum uicisse.

23. 24. *aura.* Aut facilitas, qua in amorem trahuntur, aut unguentorum odor, ut ipse superius (C. I, 5, 11): *aurae fallacis.*

[*retardet amicos.* Ne cura amoris tui rapiantur noui illarum sponsi].

## PORPHYRION.

*Ulla si i. t. p. p. Varine.* Scenicum principium. Intellegendum enim, aliquos sermones praecessisse, quibus Varine haec noctem sui iureiurando

1) Non *ipsa* Aγb,r. Nam cote se in quem R. rell. Non *in* exitium et mortem C. 2) cotis declinatur A. rell. et decl. — cotis. 3) *iis* 2. cren. tibi R. 4) mult. iuu. fh. rell. om. Sic autem haec scholia cum 2 ordinanda sunt: *tibi.* tuae prostitutioni. *pubes* i. subinde irascentes amatores. 6) schol. om. A. Id est bR.r. rell. om. relin*qu*nt *tam*quam uis relictur*a* *min.* b. relictur*am* min. γR1,rv. noui *serui* 2. adiung*a*ntur r. 9) Q: 'turbatum hoc schol. intactum relinquere satius duxi quam ariolari; uideant alii.' Ego ex lect. uulg. *non liceat* feci *con*libeat i. e. conplaceat, utpote quod uerbum est id quod expectamus, et pro *et sic* noui ueniant *ut* n. abs. pr. posui: *ut, si* noui ueniant, non abs. priores. 11) *dis*cedant 2. 12) ne — pondus om. Aγb. ne rapias eos om. R1,rmva. metaf. v. 14) dilapidationem Aγ,Crfh. di*laceratio*nem 1G,mva. di*latio*nem R. pr. patr. *auctio*nem 2. 17. *in* timore 2, *ch*ar. fh. *k*aritate b. rell. car. 19) *fall*acitas γ (ex loco Hor.). faci*lis* r. *fallacia, blanditiae,* odores ut sup. a fallacis C. in *amore* b. 21) schol. hab. fh. rell. om. *Glossae ex* γ: 4. *ungui* ungula. 6. *uitescis.* splendes. 8. *publica.* omnibus *pro*stantem. C: quam omnes pr*ae*stantem obseruant et pulchriorem fieri dicunt etc. 9. matr*es*. al. matr*is*. 10. *fallere* scil. curando. 11. *gelidaque* ut uirg. (A. IV, 385): *et cum frigida mors* γ (C: ut: cum fr. mo.) 13. *ridet.* deri*sioni* hacet. 13. *inquam.* dicam.

PORPH. Ode XLVII. Ad *b*arinem R. Ulla si iuris tibi pei. p. *b.* sc*ae*nicum M (b = bar.). uarine G,rv. baryne a. rell. barine. 21) *uarinae* M. *uarina* R — proc. Rfh. rell. pr*ae*c. uarina haec 2,rv. uar. om. R. bar. haec Gmv. — su*i* MR2G,rv, ut Porph. supra ad C. I, 3, 20 et 21. *ei* afh. *sibi* Acr.

interposito repromiserit; deinde postquam fefellerit, tum in haec uerba hunc erupisse.

3. *dente s. n. f. u. uno.* Subaudiendum extrinsecus *saltem*, ut sit: saltem leuissimam paenam ob obprobrium sensisses.

5. *sed. tu s. obl.* Ac periurio te deuonisti.

7. *emitescis p. m.* Adeo multo pulchrior es post periuria, ut iuuenes te uniuersi diligant. Ergo *iuuenum publica cura* pro *omnium iuuenum* dictum est, ut apud *Sall.* (Catil. 35): *publicam miserorum causam.*

9. *expedit m. c. o. f.* Sensus est: Cum haec uideam, prope est ut putem rationem pietatis ac religionum in contrarium esse uersam, ut, qui impii atque inreligiosi sint, magis deos promereantur.

11. 12. *gelidaque d. m. carentes.* Et hic et in eo quod ante haec sensus est, per zeugma[, i. e. per coniunctionem,] ex superiore accipiendum: *expedit fallere.*

13. *ridet hoc i. V. ipsa r. s. n. f. e. C.* Ridet periurium suum Venus, qua scilicet amantibus facilis est. *rident simp. Nymphae.* Sic illud dicitur (*Verg.* B. III, 9): *Sed faciles Nymphae risere sacello.*

15. 16. *semper a. a. s. c. cruente.* Nimirum ἀμφίβολον, utrum *semper ardentis* intellegendum an *semper acuens;* eleganti autem conceptione de amore dicitur et *ardentis sagittas* et *semper acuens* et *cruenta cote* [i. e. uenerea delectatione]; et bene *cruenta,* quia cogitur non sine sanguine.

18—20. *nec p. i. t. d. rel. se minati.* Hoc ostendit, etiam illis amatoribus gratam eam esse, quibus fuerit iniuriosa.

21. *te suis m. m. i.* *Iuuenci* ergo non tantum boues dicuntur sed et homines, quamuis in usu sit, ut non nisi per deminutionem iuueneulos dicamus.

23. 24. *tua ne r.* Amoris aura quaeque ad te eos fert; sed utique hoc per allegoriam dicitur.

1) *re*fellerit MR, rell. fef. — tum MR (G?)$_2$ rvaf. *eum*, in h. (conf. Acr.). 3) ut sit saltem 2G. ut sit *si uel* MA. leu. p. obpr., om. *ob.* MR. *uel* subaudiendum ext. *ut saltem*, *ut sit si* leu. R. ut sic saltem r. ut sit saltem om. vafh. ob *periu*rium afh. rell. *obpro*brium. 7) cura om. M. ut *est* a. 8) sa*l*ust M. 9) h*aec* uide*am* MAR2R. hoc uide*atur* rvafh. 10) religion*u*m MR2G, rva. religion*e*m fh. 11) inrel. MR2,rv. 13) *per* coniunction*em* MAR2G (om. per). rell. *in* coniunction*e*. Q incule. *in* coniunctionem qu*i* ante *hunc* MR2G,rva. 16) nymfae M. 20) *ex* cruenta cot*ae* rv. acuens cruenta. om. *et*, afh. rell. *et* c. cote. 21) i. e. — sanguine addidit Fabricius (fh). rell. om. 22) *eam* etiam fh. gr. eam esse MR. eam om. 2G.rva. 24) et hom. MR2G. rell. om. et. 25) demin. M. rell. d*i*m. 27) quae*que* MG,rv. quae R2,afh.

# CARMEN II, 9.

## ACRON.

*Non s. i. n. h.* Valgium hac ode consularem adloquitur, quem consolatur Mystae pueri delicati sui mortem grauiter ferentem, indicans mala hominibus non esse continua.

1. *hispidos.* sentosos.

2. *aut m. Caspium.* Scythicum [: species pro genere].

3. *inaequales.* Iniquae [, periculosae].

[4. *Armeniis in* . Armenia regio est in semptemtrione plaga frigore tabescens.]

5. *stat. gl. iners.* Aut quae cursum gelata non habet, ut *Verg.* (G. III, 360): *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae,* aut quae nimietate frigoris pigros efficiat, ut (G. III, 369): *confertoque agmine cerui Torpent mole noua.*

7. *querceta G.* Ut pineta et esculeta, sic et querceta posuit.

[*laborant.* Agitantur.]

8. *et foliis niduantur.* Non semper foliis niduantur arbores, hoc est: dum in omnibus uices sint temporum, continuare luctum Valgium non debere.

9. *flebilibus modis.* Quia poeta erat Valgius, ut maerorem suum solabatur luctuosis carminibus.

ACRON. Valgium consularem amicum suum consolatur. A inscr. Hor. Inscr. Acr. notitiam metri habet. Valgium consularem (suum b) amicum consolatur. paranetice tetracolos γb. Paranetice consolatio ad ualgium rufum (ruffum H.). ne diu doleat E (VIIII) BφRH. Ode XLVII. Ad *a*lgium R (Acr.)

6) cons. *uirum* R2. rell. om. *uirum.* 7) myst*is* Aγ.raf. m*i*st*is* bR1.mv. Myst*ae* C et h. quem consol. Myst. om. 2. Myst*ae* recte, nam Μύστις, Μύστιδος fem. gen. libertae nomen est in epigraphis ap. Murat. 966, 1. et Marin. p. 583, et u. 10 codd. aut Myst*em* E, aut Myst*en* bBφRDP aut, ut γ, M*i*st*en* habent, ne unus quidem Mist*in*. conf. Weichert. p. 232. et inscr. apud Gruter. et Orell. del. sui AR1. rell. sui del. 9—13) Scholia tria om. AγbR1G, rmva. Fabr. (fh) ergo ea induxit, partim ex C. Aγ habent glossas: *caspium.* siticum A. *syth*icum γ. C: Scyth. sp. p. gen. *Inaequales.* iniquae Aγ. C: iniquae, procellosae, tempestuosae. Glossa ad *Armen.* non est in γ. C: Arm. reg. est in Asia. 9) sentosos γ. sent*u*osos A. rell. om. C: sent*ic*osos. herbosos. 14) hab*ent* γ. 16) effic*it* 2. uterustae om. γ. confertoque — noua om. Aγ. totum schol. om. b. 18) *et esc.* AγR. rell. om. et. — — etiam r. rell. et. quer*qu*eta AC. rell. querceta. posuit om. γ. 19) agitantur gl. om. AγbR1G, rmva et C. Fabric. petiit ex schol. subseq. apud C: — tanto plus *laborant*, id est, uentis *agitantur.* 20) arbores *ut* R. uices sint AγR1,r. rell. sint uices. s*u*nt uices v. schol. om. b. 24) luct. carm. solabatur AγbR2. lu. ca. sola*bat* r. *con*solabatur (cons*u.* v) luct. carm. G.mva. sol. luct. ca. C. luct. so carm. fh.

9. 10. *Tu semper urges.* instanter et indesinenter fles. *ademptum.* Tamquam non mortuum fleret solatio suo *ademptum.* *Nec tibi Vespero.* Eodem Hespero. Idem enim *Hesper*, qui et Lucifer uocatur.

12. *fugiente solem.* Subaudi *uespero,* ut duo eum tempora tenere monstraret. [Haec stella oritur occidente sole et occidit oriente, sed non uno et eodem modo].

[12. *at non ter aeuo functus.* Argumentum ad illius consolationem de Nestore].

14. *senex.* Nestor qui nonaginta annis, hoc est, tribus aetatibus uixisse firmatur (fertur?); unam enim aetatem triginta annos ponebant. Non ergo eum dicit omni uita sua Antilochum filium fleuisse.

15. *nec impubem p. T.* Troilus Priami filius aetate inpar congressus est Achilli, de quo *Verg.* (A. I, 474): *Parte alia fugiens amissis Troilus armis Infelix, puer atque inpar congressus Achilli,* tamquam nec ipse parentibus continue fletus sit.

16. *Phrygiae Sorores. Fl. sc. des. mollium.* Quasi feminarum, quae nimium teneri affectus sint.

17. *desine mollium. Tandem querellarum.* Pro desine queri; figura ὑπαλλαγή.

19. *Et potius noua cantemus A. tr. Potius.* melius, tamquam si diceret: remoto luctu Caesaris facta cantemus.

1) urg*es* Aγ, ut uet. M aliique. non urg*ue*s. uett. codd. sibi inconstantes sunt in scr. h. u. et in Hor. et in Verg. Wagner. p. 478. Schol. instanter et ind. fl. ex Aγ. rell. om. C: *tu sempes.* indesinenter fles. *urges.* in memoriam reuocas, nec requiescere sinis. 2) *non* AγR2,r. rell. edd. et 1G om. *non* et Q, qui schol. non intellegens proponit: *tanquam mortuum fles.* Solatio datiuus est. C: *ademtum.* tibi et solatio tuo. fler*et* omn. fere libri. flere R. Acron hoc dicere uoluit: semper fles et modis tuis flebilibus urges *tamquam uiuentem* Mysten. qui tamen ademptus tibi est i. subtractus, ita ut inutili utaris solat*i*o. Schol. *Nec tibi Vesp.* ex A et γ, qui habet: Eodem hespero. Idem enim Hesper *uel Vesper*, qui et Lucifer *dicitur.* rell. om. 5) Sub, linea per b ducta Aγ. sub R2G,rmva (sub hespero va). sub*intelligitur* fh. Haec — modo fh. rell. om. C: *Vespero.* stella: haec enim oritur occidente, *et* occidit oriente sole. 8) Hoc schol. Fabric. (fh) intulit, rell. om. 10) Id est Nest. γbR,r. rell. om. ann*os* 2C. 11) firmatur Aγ,rmvafh. *con*firm. R. aff. 2. Firmare pro aff. Tacitus et Hirtius dicunt. conf. infra II, 11, 37. 12) antilo*cum* A. fleuisse filium γ. C: dicit ergo senem Nestora non fleuisse filium suum Ant. *quam diu uixerat.* 13) et 15) i*n*par A. — tamquam — sit om. 1. a parentibus γ. 16) *continue* Aγb,fh. tamquam — sit om. R. *cont.* om. 1G,rmva. C: quem parentes mortuum non *semper* fleuerunt. Hinc Q inculcauit: *semper.* 17) frig. γ. 18) aff. s*u*nt γ2. aff. s*i*nt A1,mva. *sit* r. rell. *sunt affectus.* Lemmati *Phryg. Sorores* addidi fl. — *mollium*, quia A habet: *Desine mollium* q. (sic) feminarum quae nim. etc. — *Fem. quae* rell. om. Conf. C: *mollium.* muliebrium et euiratorum. illi namque affectus sunt nimis teneri. 19) quere*ll*arum A in schol., γ in Hor. et Acr., ut φ, Bern. A al., uet. Ambr. Epist. I, 12, 3, Suetonat. C. II, 17, 1 ibique Mon. Porph. in lemmate qu*ae*re*ll*is. b: quaeri, qu*ae*rec*l*am in lemm., quere*l*arum in scholio. queri *per* hypallage*n* 2. figura *est* hyp. r. rell. fig. hyp. uel ypallege A (ĭp. b). 21) Lemmati adposui *Et potius noua* et scripsi: *potius*, melius, tamq. etc. Vulg. lectio omn. librorum: tamq. si

20. *et rigidum Niph.* Scythiae fluuius: plerique montem Armeniae putant. *Rigidum.* frigidum.

21. *Medumq. fl.* Poetice, quasi et fluuius se uictum sentiat, ut (A. VIII, 728): *et pontem indignatus Araxes,* et (A. VIII, 726): *Euphrates ibat iam mollior undis.* Unde gentes tum uictas uult intellegi, quae circa flumina sunt. *Euphratem* tamen Medorum amnem uult intellegi. Ordo est: Cantemus Medum flumen noluere minores uertices addictum uictis gentibus.

23. *intraque pr.* Intra constitutum. Augustus enim fines Gelonis statuit, quos uicti egredi non auderent; sed praescriptis limitibus tenerentur, cum ante, ubi licuisset, excurrerent.

24. *exiguis eq. c.* A Caesare determinatis.]

## PORPHYRION.

*Non s. i. n. h.* Hac ode Valgium consularem, amicum suum, solatur morte delicati pueri grauiter adfectum.

1. 2. *Non semp. i. n. h. m. i. a.* Latens sensus in hac elocutione; intellegi enim uult nec semper pluere, nec semper agros *hispidos* esse, id est, horridos: per quod intellegendum, aduersa hominibus non posse esse continua ac sempiterna.

4. 5. *nec Armeniis i. o. a. V. st. g. i.* Ζεῦγμα et hic et in subiectis sensibus, nam *semper* ex superiore accipiendum.

diceret: melius etc. Si per libros liceret, coniunctiuum poetae abiciens, C duce scriberem: tamquam si diceret: *melius est* rem. lu. Caes. fa. *canere.*

1) n*y*ph. γb,r, ut Bern. A, n*i*ph. rell. ae ut K. perpauci n*if.* ut Bern. C,v: Sc*i*thi fluui*us* AbR2. rell. Scyth. fluui*um.* mont. arm. Αγb R2,r. rell. Arm. mont. arm*o*eniae γ. glossa *frigidum* ex Αγ. 3) *seneuit* b, et eius modi uitiis scatet hic codex ad h. l. 4) et 6) eu*f*rates — eu*f*raten Αγ. 5) gentes *tamen* Αγ2. gent. *tantem* R. quae sunt circa flu*uium* 2. quae circa *fluuius* R sunt R. 13) Euphr. *cum* 1. Euphratem *autem* fh. Eufr. tamen ΑγRG,mv et (Euphr.) ra. 7) *Medorum* Αγ,r. me*di*um R. Euphratem medorum amnem dicit 2. *In*dorum (G?) mvafh. — Ordo . . . gentibus om. A. 9) Intra const. om. A. ubi *id* R. ante, *quo* lic. C. 12) schol. om. Αγb et C. *Glossae ex* γ: u. 4. *usque.* ac si diceret semper γ. semper C. 5. *amice ualgi.* uocatiui sunt. 11. *plorauit omnis.* per. 15. *inpubem.* inberbem. C: aetate inferiorem. 21. *additum.* adiunctum. *uertices.* undarum glob; 23. *intraque.* s. cantemus.

PORPH. Ode XLVIII. ad ualgium consularem R.

16) adf. M. 17) Laten*s* MR. Lacet r. rell. *la*tet. 18) eloqunt. M,rv. Ordo uerborum in hoc scholio ualde turbatus est. Et hic et in subs. sensibus. *nam* semper ex sup. *zeugma* accipiendum MR (superior*i* ze*u*ma). Rell. habent: *Nam* et hic et in su. sens. semper ex superiore *zeugma intelligendum.* Constanti fere more figurae capite scholiorum a Porph. collocantur ac frequentius casu nominatiuo quam cum praepositione. Hinc Ζεῦγμα, quod sedem nescio quomodo mutauerat, facile reducebatur. Dicendum tamen est, infra ad C. II, 10, 11 simillimum legi scholion: Et hic et in superiore *saepius* per zeugma accipiendum. 22) accip. MR2G. rell. intell.

7. *aut aquil. querceta G.* Garganus mons est Apuliae, [ubi magnae quercus habebantur, quae quanto altiores sunt, tanto amplius laborant i. e. uentis agitantur]. *Querceta* autem dicuntur, ut pineta et uineta, a quercis scilicet arboribus.

9—11. *tu s. urges flebilibus modis Mysten a. n. t. Vespero surgente dec. am.* Mysten semper urges flebilibus modis, id est, instanti querela quereris Vespero surgente et Vespero fugiente solem, i. e. orientem, cum uesper stella quasi refugit i. e. occidit.

13. *at non t. ae. f.* Nestorem significat, qui creditur tribus saeculis uixisse. Antilochum autem Nestoris fuisse filium notum est.

17. *desine m. t. q. Desine mollium querelarum* graeca locutione figuratum est: alioqui nos *desine queri* dicimus.

20. *et rig. Niph. Niphates* Armeniae mons est, in quo magna frigora sunt.

21. *Medumq. fl. g. add. uictis.* Videtur Euphratem Medorum flumen significare, id est, ad numerum uictarum gentium accessisse; et *additum uictis* poetice, quasi fracta sit ferocia impetus eius, postquam uictus sit.

# CARMEN II, 10.

## ACRON.

*Rectius uiues.* Ad Licinium scribit, monens periculosum esse magna temptare, nec rursum, si pericula timeantur, inter angustias et humilitatem uitam sordide continendam, et per allegoriam nauigantium mediocritatem suadet [esse] sequendam. Ordo est: Licini, dum cautus horrescis

1) ubi — agitantur fh. roll. om. 3) *et* pin. MR. rell. ut. 4) quer*cis* M2G. qu*aercetis* a. querc*eis* rvfh. a querc. s. arb. om. R. scilicet et arb. M. qu*ae*rceta rva. 5) urges M in lemm. et in schol. conf. Acr. fle*u*il M. — Myst*en* om. libri. 6) quere*lla* M. 7) fugente M. 6) oriente MR2. *et Vespere fugienti* om. rvafh. 7) quasi om. rvafh. re*sur*git vafh. rell. re*fu*git. 9) *cre*ditur M. rell. traditur. *sec.* M. 10) Antilo*cum* MR2. 11) quere*ll*arum M. locutione M. rell. eloc. 12) alioqui*n* MR2,fh. alioqui G,rva. quaeri M. 13) nifaten M. Nyph. rv (nymph.) a. rell. niph. 15) eufraten M. 16) *ad* MR2G,rv (*a* numum). *in* fh. Asc. om. *in*. 17) *quasi* fr. sit MR2G. quasi sit fr. rvafh. *quia* tacite incule. Q.

ACRON. Licinium alloquitur ne semper magna temptet A (Hor.). scholiis anteposita est notitia de metro. Ode XLVIII ad licinium (Acr.) R. Ad licinium murenam optimum esse medium uitae statum nec semper magna temptare γ. Ad lic. murenam (muren*a* E) opt. e. m. st. uitae BφE, num. X addens, b (uitae statum).

23) licin*um* 2. lycin*i*um mvfh. rell. licin*i*um. r in Acr. l*i*c. in Porph. l*y*c. 24) rursu*s* γ. — ang. *et* humili*tatem* AγbR2,r. rell. ang. humil*em*. angusti*a* A. *in* angust*iis et* humilitate C. 25) timendam b. 26) esse suad. 1,r. esse om. Aγb2. Ordo — periculo — sum om. A. — c*a*tus 1.

procellas, rectius uiues neque semper urgendo neque nimium premendo iniquum litus [i. e. nauig. peric.].

2. *Semper urgendo.* nimie adpetendo.

4. *iniquum litus*, id est, nauigantibus periculosum.

5. *auream.* Beatam. *Verg.* (A. VIII, 324): *Aurea quae perhibent illo sub rege fuere Saecula.*

6. *obsoleti.* Squalidi, sordidi.

7. 8. *caret inu. sobrius aula.* Inuidia mediocritatem carere dicit: ex magnis enim aedibus solet oboriri inuidia.

9. *saepius u. a. i. p.* Metaphora ab arboribus et aedificiis (quae?) tamquam maiora et in alto posita, periculis subiacere semper et casibus (ait?), ut *Iuu.* (X, 105—7): *numerosa parabat Excelsae turris tabulata, unde altior esset Casus et inpulsae praeceps inmane ruinae.*

*Sobrius.* temperans, sapiens.

11. 12. *feriuntque summos Fulgora montis.* Acroceraunia dicit, quibus a frequenti fulmine nomen datum est.

14. *alteram sortem.* Contrariam et mutabilem. Fortunam bonam aut malam.

15. *bene praep. p.* Id est, bene institutum ingenium et forti doctrina formatum [pectus] praeparans se ad temperandam felicitatem et ad aduersa tempnenda.

*informes.* Turbidas adsiduis imbribus.

2) ini*mi*cum litus γb, in lemm. ini*quum*. 3) schol. *nim. adpetendo* (app. γ) ex Aγ. rell. om. 6) fuere ARIG. rell. fuer*unt*. 7) squa*l*idi AγR12.rmv. rell. squa*ll*idi. 9) enim 2. rell. autem. autem om. 1G,mva. aedibus *quae solent obrui* inu. R1G,mva. solet *oriri* 2,r. *ob*oriri γ. rell. solet oboriri. 10) Metaf. Aγb. 11) *tamquam* mai. om. fere libri. 2: *quia* maiora semper *maioribus casibus subiacent.* Q temere inculcauit: tamquam *quae* — subiac*erent*. imperfectum tempus absonum. Pro *ut*, quod saepius omitti cognouimus, scribe *ait*, sic: *tamquam maiora* — casibus *ait*. Iuu., aut: *quae*, *tamquam* maiora et in alto posita, periculis — *ait*. Iuu. C: pulchra comparatio ab arb. et aed. *dicit* in alto posita et sublimiora semper subiacere maioribus periculis et casibus. 2) *h*edif. b. 13) i*n*mane A. Schol. *temp. sapiene* ex Aγ. rell. om. (Porph.). 15) Fulgora uet. Bern. K (mont*is*, i a 1 m supra e). et Parr. γH (Vanderb. perperam: omnes codd. Parr. fulg*u*ra). uet. Mon. in lemmate ful*mina* habet. 16) fl*u*mine γ. conf. ad Acr. C. 1, 2, 1. — datum est AγR2,r. rell. est datum. 17) Contr. et mut. Aγ, qui addit: fort. bo. aut malam, quae habent 12 (*et* mal.) G,Crmva. *contrarium* fortunam bo. aut malam R. contrariam *sortem* fh. 19) Id est Aγb. rell. om. bene AγbR2,r. bono fh. rell. om. institutum A (γin*stitum*) bR2,r. in*stru*ctum 12 (G?) Cmvafh. ingeni*um* AbR. ingeni*o* γR21 (G?) mvafh. *et* ingenio r. 20) for*tuna*tum Asc. rell. for*ma*tum. pectus fhQ, rell. om. AγbR12G,Crm va. praepar*ans* se 2. praepar*at* se R1,ra (*enim se*) fh. praepar*are* se Aγb. praeparat*um se* mv. C: instructum et formatum temperatumque ad quemuis insultum fortunae. — ad om. Aγb,r. aduersa te*mpn*enda Ab. adu. temnenda r. adu. *te*nenda γ. et aduers*us* temnenda 1. et aduers*am* tempnend*am* 2R,va (temn. R,va). et *ad* adu. temnendum m. et ad *fortunam* aduersam *con*tempnendam fh. 22) inform*is* G ut Bern. K et Parr. E et A in cod. Hor.; in cod. Acr. lemma: inform*es* hiem. reduc. Dat diu etc. Ab om. scholion. turbid*ae* ass. imb. γ. *terribiles* ess. imb. 2,r. rell. turbid*as* ass. imb.

17. *Inf. hi. red. Iu. idem submonet.* Dat diuinitatis exemplum per inmutationes temporum, quo sperare semper alterum debeamus.

17. 18. *non si mi n. e. o. s. erit.* Generalis sententia, non semper eandem manere fortunam, ut *Verg.* (A. IV, 627): *Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore uires;* et *olim* pro futuro tempore posuit [, ut (A. I, 289): *Hunc tu olim caelo spoliis orientis onustum Accipies.*].

19. 20. *neque s. a. t. Ap.* Aliud numinis ponit exemplum, quo eum indicat non semper bellorum tristibus occupari, sed miscere debere dulcia cantilenae.

22. *idem.* Tu quisquis es.

21. 22. *animosus atque Fortis.* Metaphora a nauigantibus, qua de incerto pelagi sicut nautis ita sapienti nec in aduersis desperandum nec confidendum suadet in prosperis.

*appare.* Obtempera.

23. *Contrahes.* Supprimes.

## PORPHYRION.

*Rectius u. L.* Hac ode Licinium Valgium adloquitur, admonens periculosum esse magna temptare optimumque esse mediae uitae statum.

1. 2. *neque a s. urgendo.* Allegoria, qua significat neque magna nimis appetenda nec rursum, dum periculum timeas, inter angustias humilis ac sordidae uitae contineoaris.

4. *litus iniq.* Periculosum propter humilitatem uadorum, siue propter saxa; sed et hoc, ut dixi, ἀλληγορικῶς accipiendum.

7. 8. *caret inuidenda sobrius aula.* In hoc sobrius, id est, sapiens, quod caret inuidia. *Inuidenda aula,* id est, inuidiosa honorum sublimitate.

9. *saepius u. a. i. p.* Per haec et quae subiecta sunt, ἀλληγορικῶς significat altiora quaeque hominum magis periculis esse subiecta.

1) *Ad* diu. b, rell. *Dat.* immutation*em* 12. im*i*tationes a. *mutationes* C. rell. *im*mutationes. quo Aγb (om. semper) R2. recte. *quo* sc. *exemplo* qua sp. semp. alt. deb. 1G (om. semper), r. *per quae* sp. in aduersis et (*et* om. mv) semper fortes esse debeamus mvafh. item Q qui *per quas* inculcauit. 4) formam b. 5) temp. fut. — ut — Accipies om. Aγb. 7) Ad (conf. b ad u, 17 dat?) aliud γ. *Dat* aliud C. — pos*u*it b (G?), mvafhQ. po*n*it AγR12,r. eum *in*dicat R. cum dicat 2. rell. eum dicat. occupar*is* b. rell. occupar*i*. 8) misceri 2. 10) schol. om. Ab. *Tu* quisquis es γR. rell. et C om. *tu*. 11) Lemma posui cum A, qui om. *supprime*. Metaf. Ab. *ab* nauig. b. rell. a nau. qua AR1G, r. rell. *nam*. *sicut* nautis AγbR. rell. *sicut* de incerto pelagi. 13) in om. R2. 14) gl. obtempera om. R1G,r. 15) Supprime om. A.

PORPH. Ode XLIX. Ad L*i*cinium R. 17) Lic. ualgium MR2G,a. L*yc*. ualg. rv (u*a*lg.). Lic. *Crassum* fh (Lyc.). a*d*loq. AG. rell. all. 18) *ad*mon. ARBφ. a*m*mon. 2. rell. monens. 19) urgaedo M. 20) time*as* MAR2BφG. omn. edd. tim*es*. 21) tenearis 2. rell. *con*t. 22) Li*ttus* M inconst. l*a*tus rv. 23) acc. *est* 2. 24) In hoc sobrius MRG,r. rell. om. 25) car*et* MR. rell. car*eat*. inuid*a* MA. rell. inuid*enda*. inuid*ia* Aula R,r. recte. corr. in M et in Ga,m. inuid*ia et* ab eadem ad marg. inuid*enda*. Scripsi, *inuidenda* repetens: quod caret inuidia. *Inuidenda aula*. id est, etc. — *h*onorum MR2G. *b*onorum rvafh. 26) hoc R2.

11. 12. *feriuntque s. fulgora montis.* Et hic et in superiore *saepius* per zeugma accipiendum, ut sit: *saepius feriunt.*

13. 14. *sperat inf. m. s. alt. s.* Qui prudenter sapit et in aduersis meliora sperat et cum prosperis rebus utitur, contraria illis, id est, aduersa metuit. *Metuit secundis alteram sortem* i. e. contrariam secundis, quod est, aduersam.

15. *informis h. reducit I. idem.* Per haec et uices esse bonarum malarumque rerum probare uult.

17. 18. *non si m. n. e. o. s. erit.* *Olim* nunc futuri temporis est. *Quondam* hic interdum aut nonnumquam significat.

21. *rebus ang. a. a. f. appare.* Hac allegoria praecipit, nec in aduersis rebus desperandum esse et secundis non nimis confidendum.

## CARMEN II, 11.

### ACRON.

*Quid bell.* Hac ode Hirpinum adloquitur ut, omissa cura rerum publicarum uel negotii[s quae a nobis aliena sunt,] otium petat senectuti con-

1) De fulgora·uide ad Acr. M: *fusmina m.* (sic). fulgura (fugura v) mont*is* rv. rell. fulg*u*ra mont*es.* — superior*e* MR2. edd. superior*i.* κατὰ ζεῦγμα fh. rell. per zeugma. conf. supra ad II, 9, 5. 3) Qui — aduersam MAR2G. Maximam partem huius scholii om. edd. In r leguntur: Metuit — aduersam, in vafh non nisi uerba: Quid est aduer*sum.* 7) *ipse* G,r. rell. idem. *haec* M (G?),rvafh. hoc R2. 8) et MAR2G,rv. om. afh. malarum*que* MR2G,r. et mala afh. et om. v. 9) *Nec* fh. rell. *Non.* Olim nunc MR(G?). *nunc* om. A. Olim *non* 2. Olim om. 2. Pro *Quondam* in libris *Nonnunquam* legitur. 11) allegorica M. 12) praecipit MR2G,rva. praecepit fh. *Glossae ex* γ: u. 3. *cautus.* sollicitus γC. *premendo.* tangendo γC. 6. *tutus,* defensus γ. securus, *defensus* C. 9. *uentis.* pulcra comparatio γ et C qui addit: ab arboribus et aedificiis etc. 11) *decidunt.* labuntur γ. ruunt ex alto. *labuntur.* 11. *feriuntque* s. saepius. 13. *infestis.* aduersis γC. datiuus est γ. 17. *Summouet.* remouet γ. aufert, *remouet* C. *secundis.* prosperis γC. datiuus est γ. 18. *cithara,* uel cithar*ae.* 19. *musam.* cantilenam. *neque semper.* non semper infestus est. 21. *angustis.* aduersis. *animosus* firmus. 22. *sapienter.* modum non excedendo. 23. *secundo.* prospero. 24. *turgida.* inflata scilicet uento. turgida nimium secundo.

ACRON. Ad hirpinum monens unum quemque utilitati su*a* consulere A (Hor.) Scholiis precedit metri notitia. Ode XLIX ad Hirpinum R (Acr.). Ad quint*i*um hirpinum non esse cogitationes nostras in diuersa mittendas se*t* utilitat*is suae* quemque consulere γ. Ad quintium hirpinum non esse cog. no. in diuer*sum* mittendas Bφ. Ad quintium hirpinum mon*es* unum quemque utilitat*is sue.* consulere non esse *cogiciones* no. in diuer*sum* mi*t*endas E. Ad quintium *alpinum* cum glossa: non esse cog. no. in diuers*a* mittendas D. Ad quintium hirpinum *ad*monens unum quemque utilitati suae consulere b. Ad h*y*rpinum quint*u*m Bern. B. Ad quint*um* hirpinum Bern. A. Ad hirpinum (i supra e) mouens unum quemque utilit. suae consulere K.

17) adloq. A. 18) Quamquam uerba *negotiis quae a nobis aliena sunt* libri AγbR12G, rv (aliena a nobis, ut fh) afh raro consensu tueantur, interpolata tamen nobis uidentur ex Porph. '*alienis negotiis non debere nos*' etc., adsumpto C: monet ut, omissis curis *alienis,* sibi consulat. Scribendum arbitror *negotii.* Q: 'quae *aliena ab animo eius sint correxi.*'

ueniens, et commodis uitae studeat celerius fugientis. Ordo est: Hirpine Quinti, remittas quaerere, quid cogitet bellicosus Cantaber, et quid cogitet Scythes diuisus obiecto Hadria.

1. *bellicosus C.* Hispaniarum gens pugnatrix.

*et Scythes.* Scythae gens septemtrionalis.

2. *Hirpine.* Nomen eius uel praenomen, quem adloquitur.

3. *Hadria diu. obiecto.* Mare [enim] respiciens figurate Hadria (neutro?) protulit genere.

*diuisus.* Interfuso mari a nobis seiunctus.

4. 5. *nec trepides in usum posc. aeui pauca.* Naturam dicit hominum, si sui sufficientiam quaerat, [et] breuitatis uitae memorem, paucis posse esse contentam. Id est, non timeas paucis uti, quia pauca sufficiunt in usum aeui.

5. *fugit retro.* Ordo est: fugit retro leuis iuuentas et decor arida canitie pellente lasciuos amores et facilem somnum, id est, recedit et remanet, a nobis procedente uita in senectutem, ut est (G. III, 66): *Optima quaeque dies miseris mortalibus aeui Prima fugit.*

6—8. *arida.* Sicca, hoc est, aut nihil in se inpendente per nimiam parsimoniam, ut sunt senes (ut est sane?), aut *arida* minus in Venerem [iuuene] calente.

1) *conueniens* A. rell. *consulens. et* comm. γbR2. commodis*que* C. rell. *ut.* — Ordo — Hadria om. A. Hirpine Quinti γb (quinte) R12,rva (hyrp.). Quinti Girpine fh. 4) hispani*a*rum Aγ1,mvafh. hispa*na*rum r. hispaniorum gens *est* pu. R. hispa*na* gens *est et* qu. 2. 5) scites A. *ci*thes γ. sci*th*es R. rell. Scythes. septemtr. A. septentr. γ. Aγ addunt: *post hunnorum dicta.* 6) Schol. ad *Hirp.* ex Aγ. rell. om. schol. om. Ab. *res*piciens γ2, r. mare resp. figurate om. R. rell. *pros*piciens. *enim* om. codd. *H*adr. Aγ. rell. Adr. uet. Bern. K et Par. A. constanter seruant adspirationem in h. u. et uet. Mon. sicuti rell. uetustiores codd. plurimis locis *hadria cum h* produnt. neutro prot. gen. γR2,r. rell. gen. neut. protulit. De genere h. u. secum dissentit Acron ad III, 3, 5 ubi A om. uerba: masculini gen. est Hadria (ὁ Ἀδρίας). Mirum librarios lemmate deceptos in nonnullis codd., ut 12, et ipsos editores ut mva scripsisse: Adria gens septentrionalis mare respiciens (mare *enim pros*p. 1,mva). 9) interfus*us* o maria (sic) no. sci. γ. 11) *sui* suffici*entiam* 2. bene. conf. Sidon. Epist. VI, 12: *ad sui sufficientiam peruenire.* rell. si *usui* sufficien*tia*. *si* om. γ. que*rere* 2. querat γ. rell. qu*a*erat. *et* om. AγR12(G?),r. *et* breu. mvafh. uitae memo*rem* AγR2, r. uitae more 1G. u. mor*am* mva. uitae *sit* mem*or* fhQ. conte*mpt*am γ. 13) us*um* 1(G?),r et C. rell. us*u*. Q: usum pro us*u* correxi. Schol. om. Ab. Ordo — somnum om. A. 15) recede*t* 1. rell. reced*it*. rec. *et* a nobis va. rec. et rema*nent* nobis pr*a*eced. u. in sen. 2. rec. et rema*net* a nobis A. rec. et reme*at* R1G, r. γ om. *et remeat* ut mfh. et *emanat* C. At non iuuentas *emanat* a uita procedente in senectutem sed senectus ipsa. Ex hoc fonte prodiit languida Cuiusdam tautologia *remanat.* Rema*net* est uera lectio aeque in Acrone atque in Porph., ceteris praestantior per auctoritatem uett. codd., A in illo, M in hoc, et propter sensus simplicitudinem: iuuentas fugit et in cursu quasi remanet (iam distingue), dum uita in senectutem *procedit.* conf. Ouid. Met. III, 477: *Quo fugis? o remane*, nec me crudelis amantem Desere. 18) i*n*p. A. propter 2. 19) *fam*es 1. s*a*nes b. in uener*em* AγbR1G, Cm. Calens *in Venerem* dici potest, ut Verg. G. III, 97: *frigidus* in Venerem senior. Ascensius respuens, ut suspicor, hunc usum et recordans locos Horatii C. I, 4, 19: qu*o* calet iuuentas, conl. IV, 11,

*facilemq. somnum.* Eo quod facilem iuuenibus somnum pellat senectus, ut *Verg.* (                ): *Pendebat somno iam deteriore senectus.*

9. *non s. i. f. e. honor.* Naturalibus exemplis probat, nihil esse perpetuum.

11. *quid aet. min.* Ordo est: quid fatigas animum minorem aeternis consiliis, id est, qui non est capax aeternorum consiliorum, non enim semper substitit in corpore. Non *minorem animum* ad consilia sed *aeternis consiliis minorem* noluit intellegi, id est, infinitis et diuturnis.

13. *cur non.* Ordo est: cur non potamus, dum licet, sic temere iacentes uel sub alta platano uel sub hac alta pinu, et odorati canos capillos rosa et uncti Assyria nardo?

14. *sic temere.* Passim, ut haberet [etiam] licentia ipsa lasciuiam.

15. *canos od. cap.* Absoluta locutio *canos capillos rosa odorati* pro: habentes odoratos capillos canos.

16. *Dum licet.* pro aetate uel iuuenta. *Assyriaque nardo.* Quae nunc Syria, Assyria uocabatur. Notandum autem, quod *nardum* genere feminino posuerit.

17. *Dissipat.* Spargit, remouet.

*Euchius. Euchius* Liber pater dictus eo quod, cum dii bellum cum Gigantibus gererent, primus in leonem conuersus occidit Gigantem; ex quo facto eum Juppiter ita laudauit: εὖ υἱέ , hoc est, bene fili; graece enim υἱός filius dicitur. Haec uox etiam Bacchis in sacris tradebatur, unde et *Verg.* (A. VII, 389): *Euhie Bacche fremens.*

33: non ali*a* calebo femin*a* et III, 21, 12: mer*o* caluisse, edidit: minus *iuuene* calens, unde Fabr. (fh): in Venerem *iuuene* minus calen*te*, quod frigidum est. in uene*re* rv (uene). cal*ens* AγbR1G,rmva. calen*te* CfhQ. *nimis* in uenere ca*d*ente 2. Cal*ens* seruari potest addentibus *est*: aut *arida est* minus in uenerem *calens.*

1) iuu. somn. AγR,r. rell. so. iuu. *sensum* γ (in textu *somnum*). pell*it* 2. pellet 1. senect*as* A (senecta? senec*ta* aet*as*?) 2) loc. om. R1. ut uerg. A,r. (uirg.) rell. om. uerg. s. uirg. 4) Ordo — corpore om. A. Ordo — consiliis om. γ. qui*a* non R2. *par* RG,mva qui n. e. pa*x* 1. *p* = per r. capax AγR2,fh. om. C. i. qui non et capax γ. Non enim — corpore om. 2. uol. min. 2. di*ur*nis b. 8) Ordo — posuerit om. A. *para*mus R. capill. con γ. Verbis *Assyria* (assyri*o*) *nardo* in codd. et edd. (nardo, quae fh. nardo. Quae mva), excepta r, adiunctum est schol. inferius ad u. 16 pertinens. 11) *temere, et rosa*] sic passim ut haberet *etiam* licent*ia* ipsa lasciui*am* A. *Sic tem.*] Sic passim *non* haberet etiam licentia ipsa lasciuia R. Sic tem.] Sic passim ut haberet etiam lasciu*am* ipsa licent*ia* (supra *etiam* et *licentia* duo puncta correctionis) γ. *Sic tem.* Sic pass. ut haberet *etiam* licen*tiam* ipsa lasciu*ia* r. mvafh om. *etiam*. Sic passim *non erret.* et licentia ipsa lasciu*iet* 2. (*ut* licentia ipsa lasciu*iat*?) C: passim, ut habeat lasciui*am* ipsa licent*ia*. 12) Schol. om. b1. loc. *est* γR2. rell. om. rosa AγR,r. rell. om. pro — canos om. A. In γ schol. Absoluta — odorati et glossa: habentes odoratos capillos, om. *pro* et *canos*. 14) Schol. ex Aγ (etate) rell. om. Dum sumus iuuenes C. *prius* assiria A. *tunc* assyria 2. rell. olim as. *sc*iria γ. siria A. autem om. b. generis feminin*i* b. Sparg. rem. ex Aγ. remouet. discutit uinum C. 18) Eu*h*ius Aγb, ut plurimi edd. K: Euhius. C, I, 18, 9: euh*y*us, ut E. Euc*h*ius bBφK (et: *h*euhius I, 18, 9) etc. *Bacchus est* eo 2. rell. Liber p. d. eo. primus. *roetum* R. ita iup. eum 12. iup. ita laud. eum γ. euchie bR2. bone 12. 21) Haec *est* uox A. haec nox *est* bR. 22) *unde et* ARγ. unde uerg. bG1,r. rell. ut. Eu*h*i Aγ. Euc*h*i b. Al. euhye. euhoe.

18. *edaces.* Quae comedant et adtenuent et consumant.

*qui puer ocius.* Velut in ipso iam conuiuio uoluit uideri.

20. *praetereunte l.* De currente fonte aqua petita tamquam potui leuior, ut (G. III, 529): *fontes liquidi atque exercita cursu Flumina.*

21. *quis deuium scortum eliciet domo.* Quasi inscium plurium uiarum. *Domo,* id est, non publicas discurrens per domos] Scilicet quae publice non omnino prostet. *Scortum* autem dictum putatur a calciamentorum solo subiecto omnibus, etiam uulgaribus.

22. *Lyden e. d. a. c. l.* Ordo est: Hirpine,age dic Lyden cum eburna lyra ut religata, comas in nodum comptum more Lacaenae maturet i. e. festinet, ut (A. I, 137): *Maturate fugam.* Festinantes enim mulieres pexum tantum capillum in nodum colligere consueuerant.

*in comptum.* In compositum.

*Lacaenae m.* In Helenae similitudinem.

*Lacaenae.* Helenae, ut *Verg.* (A. II, 600): *Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacaenae.*

## PORPHYRION.

*Quid b. l. c. S. H. Q. Hadria d. o.* Hac ode Quintium Hirpinum adloquitur, qua continetur, alienis negotiis non debere nos nimias sollicitu-

1) *Quae* comedant A2. Quae co*mm*. γ. rell. *Eo quod.* con*ten*dant 1. a*d*ten. Aγ. consu*mm*ant A. con*fir*mant R. consument 2. comedant om. C. 2) otius γ. 3) Dec. fonte AγbR12,rmva. fonte dec. fh. scripsi: De curr. 4) *impetu* le*u*ior γ. rell. *potui* le*u*ior. le*n*ior GCQ. De curr. aqua *scil. fontana:* tamquam potui *sit* le*n*ior C. Scribendum est le*u*ior. conf. Epod. XVI, 48: Le*u*is crepante lympha desilit pede. Aliter C. I, 7, 19 (Acr.). — cursu Flumina AγbR. flum. cu. rmvafh. 5) Quasi — domos om. Ab. Deuium *autem* domo quasi γR. *Domo* nou. lemma. Vulg. lectio: *et domuum.* et om. γR12G,r (pluri*m*um uiarum dom*us* i.). domo 2. non *ad* publ. mvafh. 6) domos i. e. quae 2. que pu*p*l. γ. *Scilicet* quae A. non omnino omn. fere li*b*ri. non prost*aret*, om. omn., 2. *omn. non* inculc. Q. et Cic. dixit *non omnino* Diu. IV, 15. Phil. XII, 11, ut *nihil omnino* Tusc. I, 3. non omnino i. non omnibus. *prae*stet b. prest*ent* R. Schol. sic ordinandum: s. quae — prostet. *Deuium* autem — uiarum. *Domo* — domos. uiarum domuum. Ordo est: deuium domo, om. id est — domos γ. ad marg. autem 1 m. litt. uncial. scripsit: non publicas discurrens per domos. 7) calceam afh. rell. calc*i*am. etiam omn. 2. *et* uulg. b. 9) Ordo — fugam om. A. id est, fest. — fug. om. γ. Cum lectio *scortum*, quae adeo disconuenire uidebatur, satis tuta sit, non est quod coniecturas admittamus, quales sunt: quis deuium *fundum* siue *hortum*, nec: quis deuiam *nostrum*, neque ideo, quod Acron ordinem cum u. *Hirpine* incipit: quis deuiam, *Hirpine*, eliciet etc. Idem ludus inanis u. 22: Quis — domo? Lyden, *en* eburna *duc* age cum lyra: maturet, in c. etc., et u. 23: in *nodum*, Lacaenae more, co*mam* religata comp*tum*. — lyde*m* 1. 12) consueuer*a*nt AγR1. rell. consueuer*u*nt. 13) *inc.* rmva. *in comp*. fh ut rell. 15) fa*t*ies — lacenae γ. facies — lacene A. *fratr*es fh. *Glossae ex* γ: u. 3. *remittas.* uel desinas γ. omittas. desinas C. 4. *ne trepides.* non timeas. 6. *leuis.* uelox γC. *decor.* pulchritudo iuuentutis γC. 7. *lasciuos.* flexuosos γC. 19. *restinguet.* temperabit γ. refrigerabit. temperabit C. *ardentis.* austeri γC. 21. *eliciet.* prouocabit γ. euocabit C.

PORPH. Ode L. Ad Q. Hirpinum R. Scythes *i.* q. (sic) *a*dria d. o. M. 19) Et hic

dines adhibere, sed potius commodis uitae nostrae consulere celerius se rapienti.

3. *Hadria diuisus obi.* Interfuso mari a nobis remotus.

4. 5. *nec trepides i. u. p. a. p.* Nec satis agas, ut habeas uitae necessaria, cum pauca omnino [natura] desideret.

5. *fugit retro l. i.* Id est, decedit et remanet a nobis procedenti uita in senectutem.

6—8. *arida p. l. a. canitia f. s.* *Canitiam* pro senecta, quam *aridam* dicit, quia senes parci ac tenaces sunt.

9. *non s. i. f. e. honor u. neque u. luna r. n. u.* Haec ad aetatem uult referri, quia nec ipsa semper in flore iuuentae permanet.

11. *quid ae. m. c. a. f.* Diserte. Quid, inquit, animum porrigis in rerum aeternarum consulta, cum his non sufficiat breuitate uitae?

16. *Assyriaque nardo p. u.* Ea quae nunc Syria dicitur, olim, addita syllaba, Assyria nominabatur, et adnotandum, hic [quoque] *nardum* feminino genere dici [sicuti supra].

MR1G,rv. *Et* om. afh. Et hic om. F. Posui cum Acr. *Hac ode* capite argumenti. Et *hic* adnotatio librarii esse uidetur, qui et sic dici posse opinatus est. At uero nusquam a principio odae *hic* a uett. interpretibus dicitur, frequentissime *hac ode.* passim *hanc oden*, *haec ode*, *haec scribuntur.* aut in mediam rem itur. Verba *et hic* altiore indagine non digna sunt, cum nulla ode praeter hanc *in* Q. Hirpinum scripta ab Horatio sit. adi interprett. Epist. I, 16. Wieland. I, p. 234 et S. Obear. Arch. f. Phil. 1832 p. 576.

1) cel. se rap. MAR2G,rva. om. fh: a nobis remoto Mr. mari nobis remoto va. mar*ia* n. remoto fh. remot*us* et seiunct*us* in Acrone pro diuis*us.* 4) Q: 'uerba *nec satis agas* non intellego.' At uero *satis agere* siue *satagere* sensu in angustiis, in sollicitudine esse, notum est ex Cic. Att. IV, 5. Quintil. VI, 3 et ex comicis. In Gellii loco IX. 11 utraque lectio offertur. Absint ergo alucinationes Eiusdem, de quibus non cogitandum erat: *fatim agere, fatigare.* adde: castigare, desine fatuari uel, quod ingeniosius esset: nec *saucius* agas, *ut,* et alia futilia id genus. 5) *natura* desideret afh. rell. om. *natura.* recte. scil. aita desideret. 6) *decedit* MA2G. (ut stella) dec*i*dit rvafh. *re*cedit R (Acr.). rem*anet* M2G,rv. reme*at* R,afh. conf. Acr. *pro*cedent*i* M,a. procedente R2 (G?) fh. *prae*cedent*i* v. praecedent*e* r. 8) caniti*a* M. rell. aut canicie EBφb aut cani*t*ie. cani*liam* pro M. caniti*em* pro 2. rell. canicie aut caniti*e*. 11) perm*anet* MR2G,r (iuuence rv). permi*tt*et v. per*mi*tet afh. 21) Diserte. Quid M. inquid rv. 12) anim*a* in lemm.. anim*um* in schol. M. 13) consulta MAR2G. consultati*one* rv. consultatio*nem* afh. cum *his* R. rell. is. sufficia*nt* G. rell. suffi*t*iat M et sufficiat R et edd. breuitat*em* h. rell. breuitate. 16) Communis librorum consensus lemm. et in schol. ipso. Nihil ominus delendum sentio *quoque* u. et additamentum *sicuti supra*, quippe non uerum. Quidam dicens: '*supra* libri; immo *infra* Epod. V, 9 dicere debebat; an forte alio ordine Porph. Acr. poemata habuisse uel certe interpretatus esse credendus est.' At uero Epod. V, 59 nardus non feminini est generis, neque Porph. de eo locutus est. Neque hoc factum est altero loco, qui magis huc spectat, Epod. XIII, 9, ubi nonnulli codd. recc. atque edd. uett. Achaemeni*a* profundi *nardo* exhibent. ueteres autem miro consensu Achaemeni*o* tuentur. Ex quarto Hor. loco IV, 12, 16 genus non cognoscendum est. Si Porph. de u. *Assyria* s. Syria cogitasset, poterat ad C. I, 31, 12 *Syra merce* recurrere, quam etiam pro unguentis accepit, aut ad II, 7, 8: *malobathro Syrio*, in quo uocabulo tamen non duo genera ut, teste Isidoro XVII, 7, in malograna*tum* et malogranat*a*, extiterunt, siue esset ipsa arbor Plin. H. N. XII, 26, siue oleum ibid. XIII, 1. Sed hoc discrimen in *nardus*

17. *dissipat Euhius curas edacis.* *Euhius* a uoce bacchantium Liber pater.
18. *quis p. o. r. u. F. p. p. l.* Suauiter quasi in ipso iam conuiuio sit, sicut supra (Carm. II, 7, 24): *quis udo deproperare apio coronas Curatque myrto.*
19. *ardentis Fal.* *Ardentis*, austerissimi, ad calorem corporibus et animo concitatis, et belle *restinguet* praeiecit, quia *ardentis* erat subiecturus.
21. *quis deu. sc. e.* Belle *deuium scortum* Lyden ait, quae corpore quidem quaestum faciat sed non publice prostet. *Deuium* est enim a uia remotum. Ceterum *scortum* meretrix μεταφορικῶς dicitur a *scorto,* id est, a solo calciamentorum subiecto omnibus, etiam uulgaribus.
22. *maturet inc. L. m. c. r. n.* Grate, ut solent mulieres festinantes pexum tantum capillum in nodum colligere.

# CARMEN II, 12.

## ACRON.

*Notis l. f.* Ad Maecenatem scribit docens non conuenire historiam poetae et (nec? aut?) graues res carmini lyrico, sed remissas potius et

uoce a poetis non obseruatum est, apud quos unguen*tum* nardinum neutrius est generis, ut Tib. II, 2, 7 et III, 6, 63 a qu*a* autem nardina feminini, ut Ouid. A. III, 443: *nec coma fallat liquida nisidissima nardo,* ubi tamen nonnulli codices lectionem habent liqui*do*, quae aurem magis delectat. Quod si uerum est, Assyr*ia* nardus nostro loco non unguen*t*um, sed *aqua nardina* intellegenda est. *Assyrius odor* Catull. 68, 743, *Assyrii odores* Tib. I, 3, 7, *odores Indici* Lamprid. v. Heliog. c. 30. Conf. Schroeter. Quaestt. Hor. p. 8—10 et Dieterich. in Iahn. Ann. N. Vol. XXXI p. 97, qui Assyrioque scribere uoluit. Quod denique spectat ad ordinem, quo Porph. inter*p*retatus sit carmina Horatii, dicendum est, hanc rem esse prorsus incertam, quamquam constet ex conspectu temporum Caroli Franke, tres priores Carminum libros inter a. 724—730, epodos autem inde a. 713—724 in lucem prodiisse. De genere *nardus* u. non dixit Acron, quem Orell. ad h. l. cum Porphyr. confudit. Addo insuper notitiam, in M. post *Sicuti supra* a 1 m. positas esse literas bd linea inter se coniunctas. Fieri enim poterat, ut hae literae significarent, uerba *sicuti supra*, quae ad nostrum schol. collocata erant, ad schol. subseq. pertinere, *ubi eadem leguntur.* Atque reuera schol. ad u. *Euhius* in M post scholia uers. 18 et 19 sedem habet.

1) euhyus R2,afh. euchius rv. dissipa*ti huius* M. 3) Curat*que* myrto h. l. curat*ue* m*i*rto in lemm. ad II, 7, 24 M. curat*que* mirto RG (my). cor. cur. my. om. 2. curat *de* myrto a. rell. curat*que* my. 4) *ad* calorem (ac calore R) corp*oribus* et anim*o* concit*atis* MR2G. Vetusta haec lectio seruanda uidetur, nam *ardens* non est calefaciens, conci*tans calorem. calorem* cor*poribus* et anim*o* concita*n*tis rv, om. *ad*, inde: cal. corpor*is* et animoconcita*n*tis afh (anim*i* fh). 5) belle MA2G. *uel* restingue R. rell. *bene.* rest*r*inguet v. — quia ardentis h. p. (sic) om. erat subi. M. sed post seq. schol. ad u. 10 posita sunt: hs̄ erat subiecturus: quibuscum conf. *sicuti supra* u. 16. 6) Belle om. R. *s*ortum 2. 7) prostet MAR2G. rell. om. 9) calceam. M. subiect*um* MR2G, rv. uide Fest. fu. *a* om. 2. hinc pro *id* posui *quod.* enim est fh. *a* om. 2.

ACRON. Ad mecenatem A (Hor.). Ante schol*i*a notitia metri. Ode quinquagesima a (sic) mecenatem R. Ad mecenatem. non esse leui carmine res magnas dicendas BφH. γb addunt: prosphonetice tetracolos. Ad mec. non esse res magnas leui carm. dicendas E.

16) d*i*cens 2. histori*as* 2. *et* graues codd. et r. conf. Porph. rell. *ut nec* graues. 17) lyr. carm. b2.

iocis aptas; facta enim Caesaris ipsum Maecenatem melius executurum prosaica oratione dicit. Ordo est: nolis aptari mollibus modis citharae longa bella ferae Numantiae, nec durum Hannibalem, nec *Siculum* mare purpureum Poeno sanguine.

1. *ferae Num.* Propter longa bella: decimo enim anno cum Numantinis depugnatum est multa clade Romanorum.

2. *durum Hann.* Hoc est, fortem, qui summa difficultate uictus sit.

*nec Siculum m.* Quia ibi primum nauali certamine Romani Carthaginenses duce Lutatio uicerunt.

4. 5. *et nimium m. H.* Intolerabilem ebrietate. Hylaeus Centaurus a Perithoo inuitatus ad nuptias uisa puella permotus et dum uiolentus ei esse conaretur, a Lapithis, qui simul nuptiis intererant, prohibitus est. Hinc et in certamen itum [est] et usque ad pericula dimicatum; ab Hercule sunt postea superati. De his superius etiam ipse commemorat (Carm. I, 18, 8): *Centaurea manet cum Lapithis rixa super mero*; *Verg.* (G. II, 457): *Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.*

7. *telluris iuu.* Gigantes dicit, qui bellum numinibus indixerunt.

*unde.* A quibus. *Ter.* (Eun. I, 2, 34): *e praedonibus Vnde emerat se audisse.*

8. 9. *domus s. u.* Regia deorum, ut (A. X, 1): *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.*

9. 10. *tuque p. d. h.* Veritate orationis solutae.

11. *melius.* Quam equestribus i. e. metricis.

11. *ductaque per uias.* Victi enim reges in triumpho catenati ducebantur.

13. *me dulcis dominae Musa Licymniae.* *Licymnia* aut uxor Maecenatis, aut ipsius Horatii amica. [*Dominae* autem ait] adulescentium more, qui

1) prosa 2. pros*am* b. exe*qui*turum γ. Ordo — sanguine om. A. 3) *du*rum AγbR1, ut omnes fere uett. Hor. codd. Bernn. KABC. Pariss. AγBφEDHR,rmva. conf. Porph. 5) long*u*a 1. 6) pugnatum 12,mva. 7) D*u*rum A et γ in Hor. et in scholio, quod testatur Acronem legisse d*u*rum, non d*i*rum. Num haec lectio praeferenda sit, alia res est. uictus *est* C. Hoc est A. *dura* diff. γ. rell. summa. 9) L. Lutatio C. Lut*atio* rmafhQ. Lu*t*io y. Lu*c*io ARG1,v. uicer*unt* AγR1.r. rell. uicer*ant*. 10) Intol. ebr. om. A. *hileu*]. hylaeus A. *hyleum*]. hileus γ. et ebrietate summa 2. et ebrietatem summam R. p*i*rithoo A,v. p*i*rotho*o* γb. protheo R. rell. perithoo. 11) *et* dum AγR1G.rva. *et* om. fh. 12) laphitis R1. lapites A. inf. laphitis. 13) est om. AγR12. it*ur* r. 14) etiam sup. 1. 15) super mero om. AγR1. ileum AR. hil. γ. 18) unde *t*emera se A. u. te merasse γ. tenere 1. tenere R. 21) omn. Ol. om. A. tot. schol. om. b. 22) mel. — metr. om. A. 23) *melius* nou. lemma feci. 26) lyci*m*niae] musa l*i*cimniae (A) aut ux. mece*nn*atis γ. u. 23: licymn. Bφ: lycimniae. b: lici*nn*iae. *lacin*iae. *la*c*in*ia 1. rell. lyciniae uel l*i*ciniae. conf. Frandsen Vit. Maecen. p. 133. Licymnia om. R2. uxor*is* — amic*ae* 2. Dominae autem ait fh. rell. om. amica dicta *domina*? — ad*u*lescent*i*um A. ad*o*l. γR2.r. adolescent*um* Cmvafh. ad*u*l. G.

amatas *dominas* uocant. Ordo est: Dulcis Musa dominae Licymniae uoluit me dicere cantus et oculos lucide fulgentes et pectus bene fidum mutuis amoribus.

14. *lucidum.* [Nomen pro aduerbio, ut (A. X, 662. Lucr. VI, 96): *sublime uolantes* pro sublimiter, et] (A. VI, 288): *horrendum stridens* pro horrende.

[15. *mutuis.* Id est, alternis [et] iugalibus.]

16. *fidum.* Fidele, ut (A. VI, 158): *fidus Achates It comes.*

17. *quam n. f. p. d. ch.* Quam etiam nec saltatus dedeceret [cum nitidis uirginibus i. e. non dedecuit illam iunctis brachiis cum nitidis uirginibus saltare in sacro die celebris Dianae]. Natalis enim Dianae a uirginibus celebrabatur sicut Apollinis a pueris, ut ipse superius (I, 21, 1): *Dianam tenerae dicite uirgines, Intonsum pueri dicite Cynthium.*

21. *num tu.* Ordo est: numquid tu permutare uelis crine Licymniae, supple regna et bona, quae tenuit diues Achaemenes, aut Mygdonias opes pinguis Phrygiae, aut plenas domos Arabum, cum detorquet ceruicem ad flagrantia oscula, aut negat facili saeuitia, quae magis interdum gaudeat eripi, supple a poscente, interdum occupet rapere?

*Achaemenes.* Nomen regis Persarum. *Luc.* (II, 49): *Achaemeneis decurrant Medica Susis.*

22. *aut ping. Phryg.* Fertilis, ut (S. II, 92): *Pinguibus hae terris habiles.*

*Mygdonias op.* Mygdon, rex Phrygiae.

24. *plenas.* Diuitiarum scilicet, [id est], diuites. Et est hic sensus: Num potes tu regum opes Licymniae amori praeponere?

2) fictum fh, err. typ., Q repetiit. 4) *lucidum.* pro lucide. Virg. horr. st. p. horrende Aγ. *Lucidum.* lucide. nomen etc. C. 5) et — horrende om. r: 6) schol. om. Ab,r. alter*natis* iugalibus scilicet γC (id est, altern.). alter*natis* 2. et om. γR12G. id est, alternis iug. va. *et* iug. mfh. Schol. non Acronis esse uidetur. neque apta est neque uel latina interpretatio: *alternatis iugalibus* pro *alt. officiis con*iugalibus. 7) Schol. om. Rb1r. 8) Quam — dedeceret AγR,r. (sal*tus*). *non* sal*tatus* 2. Aγ. om. rell. h. l. Quam nec saltare dedeceret, 1,mva (dede*cet*) fh: dede*cuit.* Nouum lemma est *nitidis uirginibus sacro.* 9) cum om. γ. sacr*a* 2. Iterum lemma ponendum est: 20. *Dianae celebris.* Natalis enim etc. cele*bra*tur b1,r. (om. Nat. enim Dianae). 13) Verba Intons. — Cynthium om. Aγ,r. 14) Ordo — rapere om. A, qui habet: *Motumque* (sic) *tenuit.* possedit, rexit. rell. om. *et* tu R. tu om. b. licimniae γ. lici*n*ae b. licin*ae* R. 15) sub R1. regna uel bona om. r. achim. aut mic*h*d. b. frig. b. *radicem* γ. seuicia b. gaude*at* γbR12. gaudent G. rell. gaudet. f*r*agrantia a, ut pauci codd. Hor. inter quos b: flagr. uel fragr. 17) eripi, om. supple, poscent*i* interd. 2. supple a om. br. eripere r. 18) Ach*i*m. b2. Achem A. al. Ach*ae*m. — ach*a*m. R. A: ach$^{a}_{e}$m. 1 m. corr. susis *agmina* AγC, r: s. a. fusis Cmv. decurrant om. 1,mva. decurrent Cfh. 20) schol. om. 1. — *et* terr. γ. rell. hac. 22) *micdonia sopes.* migdon, rex phrigiae γ. 23) Diu. scil. om. A. In γ glossa est ad *plenas.* hinc ut A om. *id est.* — et hic sensus est γ. sensus hic R. Num *tu* Aγ,r. *non* tu R2. tu non 1. *Num potes tu* mafh. *Non potes tu* C. reg*n*um *aut* opes 1,mva.

25. *detorquet.* Inflectit. Describit fastidium mulieris detorquentis se ab osculis amatoris. Sensus est: cum flagrantibus osculis tuis ceruicem detorquet auertens se, ut magis incitet, ut (B. III, 65): *Et fugit ad salices et se cupit ante uideri:* aut illud magis uolens intellegi, quod ceruicem uertat ad oscula, designans, quod aut facile irascatur aut facile blandiatur.

27. *gaudeat eripi.* Artem meretriciam designat, cum uelut irata aut negat amatori oscula, aut interdum ultro expetit sic satisfaciens indignanti, ut *Ter.* (Eun. IV, 743): *Nolunt, ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultro.*

## PORPHYRION.

*Nolis l. f. b. N.* Haec ode ad Maecenatem scribitur, qua testatur poeta, non conuenire historias et graues res lyrico carmini, sed magis remissas et iocosas. Caeterum acta Caesaris melius ipsum scribere.

5. 6. *et nim. mero Hyl.* *Nimium* pro intolerabili posuit. Hylaeus unus Centaurorum fuit. Notum est autem proelium illud, quod inter Lapithas et Centauros in conuiuio nuptiali Perithoi et Hippodamiae exarsit.

7. *telluris iuv.* Gigantes dicit.

*unde p. f. e. d.* Pro *a quibus*, ut est illud *Terentianum* (Eun. I, 2, 34): *e praedonibus, Vnde emerat se audisse.*

9. 10. *tuque p. d. h. pr. Caes.* Hoc est, soluta et ciuili oratione.

15. *lucidum fulgentis oc.* Pro *lucide fulgentis*, ut *Verg.* (A. I, 288) ait: *horrendum stridens* pro horrende.

16. *et bene m. fidum p. a.* Ordo est: *bene fidum* i. e. ualde fidum.

17. [*nec ferre pedem.* Saltare.] *nec dare brachia.* Id est, saltare.

21. *diues Achaemenes rex.* Achaemenes rex Parthorum fuit.

22. *aut pinguis Phr. Mygdo. o.* A Mygdone rege qui Phrygiam tenuit.

23. *permutare u. c. Licymniae.* Sensus est: Num tu uelis accipere Parthicas aut Phrygias diuitias, ut Licymniae fructum amittas?

24. *plenas aut A. d.* *Plenas* pro opulentis dictum est.

25. *dum flagrantia d. a. o. c.* Magnifice depinxit fastidium mulieris

1) Inflectit om. Ab. flectit G,mva (flecti) Q. 2) *con*flagr. Aγ. *cum* flagr. uet. Bern. K. Parr. DRI et uet. M Porph. in lemmate. — Pro *id* posui *sensus*. 3) ut — uideri om. Aγ. detorqu*ens* se ab osculis tuis ceruicem 2. 4) illud om. 2. uo*luit* R. ceruicem *inui*tat 2. 7) amatori*a* R2. nega*ta* γ. 8) non uelis 1.

PORPH. conf. Acr. Ode LI. Ad Maecenatem. R. 11) Hanc oden ad m. scribit R. 12) qui*a* M,v. poeta MR2G,rva. poetae fh. — *et* gr. libri, h. l. recte. 13) magis *remissas et* ioc. MAR2 (G?). rell. magis *res iocosas*. 14) hyl*aeus* M,a. hyleus R,rv. hil, 2. 15) illud MAR2. rell. om. lapi*thas* M,rva. lap*y*thas R lapi*t*as 2. Lapith*es* fh. p*i*rith. 2. rell. perith. H*y*ppod. Q. Ouid. Met. XII, 210. 21) ait om. 2. 24) nec f. p. saltare om. AR2,r. nec de br. Id est, saltare AR2,rva. amplecti fhQ. 25) achaemen*is* 2. 26) schol. om. 2. 30) *Cum* flagr. MR. rell. *Dum* fl.

auertentis se ab eo qui osculari se uelit; quod ideo facere solent, ut inritent amantibus desiderium sui. *Flagrantia* ergo oscula maiora intellegamus h. e. ex desiderio mulieris ardentia oscula, quae, oscula scilicet, uelit sibi a poscente extorqueri.

26. *aut facili s. u.* Quid est *facilis saeuitia?* Utrum quae facile nascitur, an quae facile mollitur?

28. *interdum rapere occupet.* Ipsa rapere occupet, irascenti amatori iam scilicet satisfacere cupiens. Et totum hoc (iocose et grate?) mira ἐνεργείᾳ expressum est.

# CARMEN II, 13.

## ACRON.

*Ille et nefasto.* Execratur arborem, cuius casu in agro suo Sabino paene (uita?) periclitatus est (esset?), funestam eam et insitionem eius dicens. *Ille et nef. te pos. die — pagi.* Ordo est: Arbos, ille quicumque primum produxit te, in nepotum perniciem et obprobrium pagi posuit te et nefasto die et sacrilega manu.

2. 3. *in nep. p.* Nepotes pro posteris posuit.

4. *obprob. p.* Tamquam ad totius pagi, id est, ad totius regionis pertineret infamiam, si famosus ager morte domini sui fuisset.

6. *fregisse.* Nouo uerbo execratus est parricidam.

*et penetralia.* Domus secreta , in quibus hospes fuisset occisus et foe-

1) auert. se MR2 (G?). *se* om. mvafh. — i*nrid*ent M. su*is* R. 3) osculaque M. 5) erascitur MR2, afh. *nas*citur (G?) rv. *Irascitur* praestantius esset, si ad ipsam Lic. referri posset. Ira autem saeuire, saeuitia non irasci potest. 8) hoc *ociositate* mira en. MR. rell. om. ociositate. Neque *otiositas*, neque *energia* latina sunt uocabula. hinc scripsi ἐνεργείᾳ et *iocose et grate* proposui. — *Glossae ex* γ: u. 1. *Nolis.* non uelis γC. 8. *contremuit.* timuit. 12. mi*nat*ium. i. fortium. 17. *quam.* s. liciuni aut. *ferre.* conferre γC. 18. *certare.* s. dedecuit. 19. *nitidis.* pulchris γ. conf. C. *ludentem.* scil. illum s. dedecuit. 26. *facili.* leui luctamine. 27. *poscente.* s. a. *eripi.* tolli γC.

ACRON. Ad arborem A. (Hor.) notitia metri ante schol. Ode LI. R. Ad arborem cuius casu poene perierat γb (paene). Ad arb. c. c. pene p. a qua opressum litus execratur BφE (num. XIII). 15) paene om. A. uit*ae* uel uita? sab. suo γ. et in*stitutorem* Aγ1 (G?) r. *esse* et inst., mva. institutor*es* R. in agro Sabino *deambulans de uita* periclit. *erat:* eam funestam et *insitorem* eius dicens C. in*sitorem* fh. funestam eius in*sititi*onem dicens 2. scripsi: *eam et insitionem eius.* Lemma interposui. *Arbos.* Ordo est. arbos etc. γ. arbo*s* codd. et Cr, arbo*r* mvafhQ. *Et* est ordo rmvafhQ. Et om. AγbR. Et ordo — manu om. A. 17) primum prod. b2,r. prod. te, primum in nep. fh. primum om. R. rell. te prim. in nep. — obpr. Aγ, rv. *in* opprob. 2. posuit *te et* γ2G,r. et te v. rell. om. *te et.* 19) schol. om. G. 20) id est Ab. rell. *uel.* tot. schol. om. γ. pagi totius (tocius r) rmva, om. ad. pert. b. pertin*et* 2. 23) penetr. libri. pen*i*tralia habet K ad IV, 4, 26. secret*as* 2,r. secret*ae* ARγ cum glossa *interiora domus.* — *et* occ. 2.

dus hospitale uiolatum, tamquam minus esset, si homicidium diceret perpetratum.

8. *uenena Colcha.* A loco, et species est pro genere. [Colchos] Colchis enim Scythiae ciuitas (terra?), ex qua Medea fuit uenenis et magica arte potens.

13. *quid q. u.* Sententia, qua dicat inprouidas hominum mentes nulla fatis obuiare cautela, nec metuere periculum, nisi cui sit proximum, et tamen multos inprouisis opprimi periculis.

*nauita Bosporum.* Aut Poenum pro quolibet nauta dixit, aut Bosporum pro quolibet freto: multum enim diuisus est Poenus a Bosporo. Bosporus autem Ponti sunt fauces, ubi propter angustias adsidua naufragia sunt. Nomen [autem] dicitur accepisse, quod (id mare?) Io in bouem mutata transierit, quasi βοὸς πόρος.

16. *caeca timet.* Inprouisa.

17. *et celerem fug.* Fugientes enim Parthi sagittis uehementiores sunt, ut *Verg.* (Luc. I, 230?): *aut missam Parthi post terga sagittam.*

20. *uis.* Violentia, inexorabilitas (inexorabilis necessitas?). Dum quisque timet hoc aut illud, rapitur saeua morte.

3) *colcha* γ pure, ut E et Bernn. KC al. A habet *colcha* in lemm. et a 1 m. in Hor., ubi 2 m. *a* in *ica* mutauit. Rasurae freq., ut in II. colch*ica* Bφ, in B corr. *colcha* cum glossa ad marg.: *pro colchica.* Iam colch*ica* Bern. A, *ch*olchica Bern. B et colc*hich*a Barc. Colc*hica* etiam in uet. M. Porph. transiit et in rmvafhQ, pro *Colcha* poet. forma et Ouidio et Martiali usitata. Ven. Colchi*da* 2 cum scholio: a loco. et species est pro genere. Medea uenefica Colchis fuit. C: *Colchica.* species pro genere. Colch*os* enim Scythiae *prouincia* est, ex qua M. *orta* fuit uen. — *potens.* Omn. libri: Specialem prouinciam posuit (om. R) *pro generali crimine.* — colchicos 1. *Ch*olchos γ. rell. colch*os*. nouimus tantum Colch*is* graecam formam ex Plin. H. N. II, 103. Mel. II, 3. Val. Fl. V, 505. 5) arte om. γR. conf. Plin. XXX, 1. 6) qu*a* Aγ2,afhQ. qu*ae* 1,mv. qu*i* r. qu*ia* b. qu*are* C. dic*at* Aγb. rell. dic*it.* improuid*a* R. *in*pr. Aγb. 6) nisi *quod* γ. nisi *ut* b. nisi *cum* Cod. Le*id*. et Suringar p. 136. raQ. C: cum *fueris.* conf. Porph. rell. nisi *cui* sit. et *enim* 12,r. rell. et *tamen.* conf. Porph. peric. oppr. A2. 9) Scripsi Bos*p*orum, quamquam uerum sit, constantem codicum et poetae et interpretum scripturam, miro utique consensu, tribus locis, hoc et II, 20, 14. III, 4, 30, aut bos*ph*orum esse, aut, ut Bern. K et Mon. Porph., bos*f*orum. *Poenum* pro etc. AγbR2. in rell. peruersus est ordo: *Bosp.* pro etc. — na*tu*ra γ. 11) *autem* posui, more Acronis. *enim* libri, male. Bosphor*os* bR2. a*d*sidua. A. naufr. ass. 1. 12) *fiunt* afh cum C. autem om. AγbR2, r. 13) βοοσφόρος. bos. phor?s A (1 m. mut. i in o). bos *ferens* 2. rell. bosphoros. Conf. Spanh. ad Callim. H. in Dion. 254. *quia* inde R2. quod inde boue A. *in boue* r. io in bouem 2. *inde quod* tacite rec. Q (ex eo quod). Sed uitium loci altius latere uidetur. *Quod Ioue in bouem mutato Io transierit* scribendum uidetur nobis conferentibus inter se Aesch. Prom. 682 et Suppl. 301 seqq. et Ouid. Met. 1, 568 sq. cum C: 'Nomen autem dicitur accepisse, quod *id mare Iupiter in bouem mutatus transierit ferens Io*, quam postea uitiatam transformauit in bucu*l*am, uolens suum furtum celare Iunonem, inde βόσφορος dictus.' 15) *ceca tim.* inprou. A. rell. om. *parthi om.*, cum linea supra m,1 = omnino. sagit*tae* 2. fugient*is* enim Parthi *sagittae uehementiores* sunt, ut Liu. IX, 19 uehementius *telum* dicit? *in* sagitt*ando* C. sagitt*as* b. Expectamus: sagittis perniciosiores sunt, aut: sag. sequentes interficiunt, aut: sagitt*as* uehementiores *mittunt.* ut Verg. Aγb (uirg. γb). rell. om. ut. 17) Schol. om. A. inexec*r*abilitas r.

21. *quam p. f. r. P.* Ac si diceret: paruo interstitio retenti sumus, *Furua* mystico nomine Proserpina dicebatur [, aut *furuae*, flauae, matronymicon, ut *Verg.* (G. I, 96): *flaua Ceres.* Alii nolunt *furuae* pro *nigrae* positum, unde et *furta* putant dicta, quod committuntur obscuro].

22. *et iudicantem u. Ae.* Aeacus, Achillis auus, qui pro iustitiae bono etiam apud inferos iudicium meruisse perhibetur, unde [et] *Iuu.* (I, 9): *quas torqueat umbras Aeacus.*

23. *sedesque descriptas p.* Elysias, [ut *Verg.* (A. V, 734): *sed amoena piorum Concilia Elysiumque colo.*] ut ostenderet, se paene inferos imminente uidisse periculo. [*Descriptas*, id est, *separatas.*]

24. 25. *Aeoliis f. p. Sappho.* Sappho poetria de Aeolia fuit et ea dialecto in carminibus suis usa, quam chordarum significatione commemorat. Querebatur autem Sappho de puellis suis ciuibus, quod [non] Phaonem amarent, quem ipsa diligebat. Ordo est: Et quam paene uidimus Sappho Aeoliis fidibus querentem de popularibus puellis.

exorabilitas γ. rell. *inex*orabilitas. neutra uox latina. scribe: *inexorabilis* neces*sitas.* conf. I, 3. 32. 35, 17. v: ol. mortis necessitas C. Mors est necessitas naturae. Cic. Catil. IV, 4. timet *et* hoc R. aut om. 2.

1) Ac — sumus om. Ab. — institio γ. mist. Ab,r. 2) Pros. diceb. AγbR12,r. rell. dic. pros. alit (t. alii) b. Uncis inclusa suspecta uidentur. 3) matronomi*con* v. matronimi*cum* r. furnae i. flauae 2. — foruae nig. A. *pro* nig. 2 et Suringar. 31. rell. om. *pro.* 4) fur*u*a mv. rell. fur*t*a. *quod* Aγb. *quae* mv. rell. qu*ia.* — obscure AR2,r. obscur*o* γ12,mv. obscur*um* b. rell. *in* obscuro. Varro apud Gell. I, 18: quod fures *per noctem.* quae atra sit. facilius furentur. 5) Aea*cum* Ach. au*um* afh. rell. Aeacus AGv. eacus γbR. eac*h*us r, et an*us.* — boni*tate* 2. 6) et omn. AγbR1,r. torq. *alnus* b. conf. Cic. frag. ap. Macrob. Sat. VI, 4: alnopum umbracula. 8) rece i *descriptas.* A utrum a 1 m. *discriptas*, ut uet. Bern. K, an descriptas habeat, ambiguum est: 2 m. in rasura posuit *discretas*, ut in D, quem Pottier. Valart. et Vanderb. ad h. l. sicuti cod. H neglexerunt. Pure habent *descriptas* A in Acr., γBφIP et H. adde iis, quos Or. adtulit, cod. Harl. 2724 saec. XIII, qui nullis librariorum mendis pollutus est, *discreptas* cod. Doruill. X. 2. 6. 26. *discertas* Franek. *descrittas* cum rasura, cod. Harl. 2642 saec. XV. Conf. Porph. uet. Mon. qui *descriptas* in lemm. et in scholio habet. *Discribere* nusquam alibi legitur; excutiendi autem ad codices uidentur loci Ciceronis, Caesaris, Hirtii aliorumque scriptorum, qui de pecuniis, uectigalibus frumentiue uecturis *de*scribendis agunt. *Sedes descriptae* sunt Porphyrioni sedes ita constitutae, ut *separatae* sint *a caeteris locis inferorum.* Hinc *discretas*, commoda, ut ita dicam, lectio originem duxit atque in nonnullos codd. Acronis plurimosque Horatii transgressa est. Ad *descriptas* conf. Plin. XVIII, 28: descriptae stellae in Deos. Sen. Ep. 108 et Hor. A. p. 86. Glossa *discretas i. separatas* quam om. γbR1G,r, in A, mutato *descriptas* in *discretas*, ex Porph. transscripta est atque in mvCafhQ propagata. *Sedesque*] elisias γ. *Sedesque*] discretas R1. 9) consilia 1. loc. Verg. rm. Aγb,r. ostendat R. — imminent*i* γ,r. 11) sapho Aγ, ut Bern. KAB. Vet. Mon. h. l. s*a*pp*ho*. Epist. I, 19, 28 sa*ff*o et sa*ff*icis, ut Bφ. — poet*ria* A,fh. poetri*da* γ. poet*ica* r. poet*a* b (rasura) R12G, mva. C: *Aeol. fid:* Graiis chordis *admurmurantem:* propter Sappho *poetriam*, quae dialecto Aeolica in carminibus usa est. 12) *quae* R1, va. 13) quer*itur* R2 (querit). ex Porph. enim 2. ciui*l*ibus R12. — quod *non* amarent (amarentur 1). omn. libri. qua lectione nihil potest esse ineptius. Non enim ideo querebatur, quod puellae ciues *non* amarent puerum dilectum, sed quod eundem amarent. Similis error *in* Porphyrionis libris, ubi *Oden* uox inserta est, duplici sensu accepta, sic: quod *oden non* ament, *quam* afh, et: Quod

26. *Et t. s. p. aureo Alcaeo plectro.* [Alcaeus] nomen poetae [est] lyrici, a quo et metrum Alcaicum dictum est. Ordo est: Et paene uidimus te, Alcaee, plenius sonantem aureo plectro dura mala nauis et dura mala fugae et dura mala belli. *Aureo* autem *plectro* propter celebritatem carminis dixit.

27. 28. *Dura nauis d. fugae mala, dura belli.* Id est, et suae nauigationis mala et fugae et belli audiuit eum plenius sonantem, qui res bellicas et nauigationem suam scripsit, dum a Pittaco tyranno ciuitatis suae pulsus esset, eo quod Mitylenensibus amorem libertatis suaderet, quos postea collecto exercitu superauit.

29. *utrumque su. di. sil.* Id est, omnia supra dicta. *Utrumque* aut Sappho et Alcaeum, aut fugam et pugnas, aut certe carmina (de utroque?) quae sic facta sunt, ut adyti alicuius putarentur digna secreto.

32. *densum um.* Stipatos ad audiendum ait, aut ad pugnam compositos, ut (A. X, 360): *haeret pede pes densusque uiro uir.* Ordo est: Sed uulgus densum umeris magis bibit aure pugnas et exactos tyrannos. *Exactos.* Aut amore libertatis expulsos tyrannos, aut facilitatem Alcaei expressit, ut ille carmina dulcissima fudisse uideretur. *Bibit,* auide audit.

34. *Belua centiceps.* Cerberum dixit propter multitudinem anguium, qui in capite eius eminebant. Finitum autem [numerum] pro infinito posuit, ut (A. VIII, 337): *tibi nomina mille.* Ostendit autem non inmerito populos delectatos, dum Cerberus carminis potuerit amoenitate mulceri.

36. *recreantur ang.* Delectantur. Nam est animal [anguis] auditus

*Oden non* ament *quem* MR. qu*id* o. n. a. *quem* 2. quid o. a. am*ens quem* r. Non de oda carmine dici sed nomen proprium sublatere testatur cod. Franek. apud Suringar. 137, qui habet: Oden *puerum*. Cod. Leid. ibidem: eundem *puerum.* Suring. addit: Melius Comm. Cruq. *Phaonem* etc. C: *quod amarent Phaonem*. quem ipsa amabat. Recte, et propter Phaonem, qui ex Ouid. Her. XV et ex Plin. H. N. XXII, 8 notus est. et propter adiectam negationem, quae ex *Phaone prodiit.* Quod cum Suringar. non indicauerit. Quidam recepit: quod Phaonem *non* ament quem ipsa diligebat amens. — Ordo — puellis om. A.

1) Alcaeus om. Aγ. est om. Aγ. lir. γ. alch. γ. 2) Ordo — belli om. A. schol. om. b. 3) aureo pl. γR2,r. more interpretum adiect. nomen prius. rell. pl. aureo. 4) rmvafh hic duo scholia seqq. interponunt. *Meliore aut aureo* pl. mvafh. rell. *Aureo autem* pl. — celeritatem b. dignitatem Porph. rell. celebr. At cum non dictum sit de multitudine et celebritate audientium conf. Quintil. I, 2, 29 et Cic. Diu. VII, 2, Somn. Scip. 6. propter *sublimitatem* carminis Quintil. I, 8, 6 siue *claritatem* praestaret. V. 24 — 26. Ordo scholiorum et lemmatum maxime confusus est in libris. Q: Ordinem perturbatissimum in integrum restituere non potui. Hoc schol. anteposui sequenti cum A, qui lemma habet: *mala dura*. om. autem. ut b: *Id est — sonantem.* *quod* res bell. R. Suadebat 2. *utrumque.* Id est, omnia supra dicta γR1?rmva. rell. om. 13) p. digna sacro *silentio* γ. Put. facto (sancto?) secreto digna 2. quae sic *facta* sunt, ut a. a. p. d. *sacrilegio* R. — carmina *de utroque*, quae sic *facta* sunt C. *facta* r. rell. *sancta*. 14) stipat*os* AγbR,r. rell. stipa*tum*. frequens et stip. C. (aud.) *aut ad* pugn*am* AγbR,r. rell. ad pugn*as*. aud. pugn*am* G. composit*os* AγbRG,r. rell. composit*as*. *ait* adposui. Ordo — tyrannos om. A. 19) centip*es* r. — *Pro* multitudine R21. *per* mult. r. 20) autem Aγ.r. Fin. *uero* R. rell. om. numerum om. AγbR,r. fin. pos. pro inf. b. 22) am. delectari R. am. mulc. del. 1. 23) ang. om. Aγb. ang. est an. R.

capax mali et boni, ut (B. VIII, 71): *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

37. *quin et Prom.* Prometheus, raptor per ferulam ignis diuini, uulturis pastum dum carminis oblectatione teneretur, oblitus est. Iapetus et Tantalus pro criminibus dampnati paenarum requiem apud inferos inuenisse carminum delectatione a poeta firmantur, ut *Virg.* (G. IV, 480): *Quin ipsae stupuere domus atque intima leti Tartara.*

38. *dulci laborum d. s.* Figura *decipitur laborum* pro eo quod est: fallitur in laboribus et sensum laboris amittit, dum carminibus delectatur.

39. *nec curat Orion l.* Orion uenator fuisse narratur. Huius umbram dicit uenationi carmina praeferre, uigente sibi apud inferos studio, quod habuerat in uita, unde *Verg.* (A. VI, 654): *quae cura nitentes Pascere equos eadem sequitur tellure repostos.*

40. *lyncas.* [Id est,] dammas, ut *Verg.* (I. III, 264): *Quid lynces Bacchi uariae.*

## PORPHYRION.

*Ille et nefasto t. p. d.* Execratur hac ode arborem in Sabino agello suo, quod super deambulantem se decidit ac paene oppressit. *Nefasto* autem non fasto et (fausto sed?) abominando.

2. 3. *et sacrilega m. p. arbos.* Vocatiuo casu accipe *arbos*, hoc est:

4) te*ne*tur AγbR2. 5) *inuen*isse A. habuisse om. γb2. 6) carmini*s* del. 2. a poeta inueniatur 2. ut Aγ rell. om. 7) *At*qui ipsae C. 10) umbr*as* 1. 11) uigente sibi Aγ.R. uigenti *ibi* R. *in*gente*s* ibi r. *un*gentom sibi b. rell. uigente*m* ibi. uigentem, om. ibi, ap. inf. *eo* studio C. uigentem *eodem* — studio Q. Lege: uigente sibi ap. inf. studio. uigent studia Cic. Coel. 5. *cui* iam curaeque uigent animique uiriles Val. Fl. 1, 55. 12) quod habuer*it* in uenando 2. habuer*unt* r. 14) schol. om. b. Id est om. Aγ,r. ut uirg. Aγ. uirg. om. R,rmvafh. Q. ut uirg. om. 2,r. uariae et genus acre luporum R1, rmva. lineas — linces Aγ,r. *Glossae ex* γ: u. 10. *statuit.* seuit. 11. *triste.* quod tristem facit γ. ab effectu quod tristes faciat C, 12. *immerentis.* innocentis. nihil mali meriti γ. innoc. nil mali merentis C, 14. *cautum.* constitutum γ. const. per horas singulas. *bosphorum.* mare. 16. *ceca.* inprouisa γ. impr. occulta C. *aliunde.* ex alia parte γC. 17. *sagittas.* s. timet 18. *parthus.* s. timet. 24. *Aeolis.* grais. *fidibus.* cordis *querentem.* murmurantem γ. Graiis chordis admurm. C. 26. *plenius.* fortius γC. *aureo.* meliore γC. *dura.* seuissima. 27. *nauis.* i. et nauigationes suae mala. et fugae et belli. audiuit eum plenius sonantem. 30. *dicere.* pro te dicentem. 31. *pugnas.* i. libentius audit proelia. *exactos.* consumptos uel expulsos ut te*r*rentius in echira (Hec. II, 1, 45): ubi duxerint pulsu uestro easdem exigunt. 32. *aure.* libentius audit. 33. *quid mirum.* s. si miretur eum uulgus. 35. *demittit.* mitigat. 37. *parens.* tantalus. 38. *dulci.* delectabili. 40. *agitare.* insequi.

PORPH. Ode LII. Ad arborem quam execratur R.

18) Exsecr. hac ode M2. 19) sup*ra* 2. rell. super. 20) non fa*u*sto R, recte, Ter. And. V. 4, 53. *die fasto* enim Praetores in causis publicis aut priuatis edicta et decreta dederunt, dixerunt, addixerunt. rell. non fasto. ne*ph*asto a. n. fasto rv. Scribe: *sed* abominando. 21) Singulare scholion. arbos enim alio casu atque uocatiuo accipi nequibat. Hinc suspicor adsumenda esse ex u. 11 uerba: *triste lignum.* Sic ergo: Voc. ca. accipe *triste lignum* i. arbos, hoc

o arbos. *Arbos* belle, quasi ad illius regionis infamiam pertineret, arborem suum scilicet dominum oppressisse.

6. *et penetralia s. n. c. hospitis.* Hospitis sui penetralia cruore sparsisse. hoc est, ex qua Medea fuit uenenis et magica arte potens.

8. *ille uenena Colcha.* *Colcha* inquit, quia Medea Colchis fuit, quam summam ueneficam fuisse historiae Graecorum tradunt.

13. *nauita Bosporum P. p.* [His et quae subiecta sunt, significat, unumquemque hominum non fere periculum timere, nisi cum proximum sit; uerumtamen plerumque ex inprouiso mala inopinata interuenire atque opprimere; *in horas nauita Bosporum Poenus perhorrescit.*] *Bosporum.* Fauces sunt Pontici maris, unde longissime Africa sit, quod ita Poenus nauita cum perhorrescat. Numquid ergo Bosporum pro quolibet freto posuit? Freta autem angusta marina [et] concitata sunt. Omnia [autem] freta a feruore dicta existimantur.

21. *quam paene furuae regna Proserpinae.* *Furuae* nigrae significat. Unde *furta* putant dicta, quod per nigrorem aeris, id est, tenebras maxime fiant.

23. *sedesque descriptas p.* *Descriptas* i. e. separatas. Piorum autem sedes Elysios campos dicit, quos separatos aiunt a caeteris locis inferorum.

24. 25. *Aeol. f. q. S. p. d. p.* *Aeoliis fidibus*, inquit, quia Sappho

est. o arbos. Arbos belle etc. Qua medela et *arbos*, iterata uox in A,rv, clara est et explicatio uerborum *in domini caput.* *belle* AR. *u*elle M. suo more pro *belle.* *uel* 2,rva. uel om. fh et Q: *obprob. p. Ait* quasi ad il. reg. inf. arb. *se* su. s. dom. · *paene* oppr., dicens: ‚Equidem audacius hinc (i. e. ex mvf) nouum schol. restituendum indicaui. uide u. 4.' pertin*eret* 2. pertine*t* R. pertine*re* M. rell. om. suum *sibi* dominum opp. 2. su. sibi *dict*um opp. R. arborem su*a*m sibi domin*o* opp. r. arb. ru. *scil.* do. opp. va. arb. suum dominum *ait* opp. fh.

3) Alterum *Hospitis* om. M. 5) cholchi*d*a 2. ut in Acrone. rell. *colchica* bis. Colch*ica*. Colch*ia* v. *Colcha* posui. ut in Acrone. 7) His — perhorrescit om. M. Bos*f*orum M ter. R in const. bosf. et bosph. rell. bosph. 8) cum *ci* proximum fh. cum proxim*us* rv (-m*is*). rell. cum proxim*um*. 9) plerumque om. 2. 10) in hor. — perhorrescit om. 2. — Bosfor*um* M. bos*ph*orum R,rva. Hinc lemma posui. rell. bosphor*us* bos*p*orus Q. sunt MR. Bosphor*i* *autem* fauces sunt fh. 11) Pon*ti* rva. rell. Pont*ici*. longissime MR2. recte. longe et longissime esse siue abesse locutiones usitatissimae et pedestri oratione et poetis. Cic. Ac. IV, 11: absit longissime a uero. longissima Afric*a* sit rva (Aphr. ut 2). longissima *in Africam nauigatio* sit fhQ. nau*t*a 2. 12) *Num quid ergo* bo. MAR2. re l. *Hunc* bo. *Numquid* dictio frequens ut in Terentio et Cic. sic uel in Ouid. Met. VIII, 46. *Numquid ergo* Quintil. VI. 3. 79. 13) et om. MR. mari*na* r. rell. mari*a*. Scripsi mari*na*. Nam *freta* quidem, ut fret*um* apud Ou. Met. XII, 39 mare, apud poetas (Aen. I, 607) maria dicuntur. sed h. l. *angusta* sunt, sicuti *angusta uiarum* in Tac. Hist. IV, 35, id quod Cic. N. D. II, 7 angust*iae* *fretorum*. Conf. Porph. ad C. I, 14, 19 coll. c. 15, 1. — *autem* omn. libri. Haec pars forte est notitia serius adnexa. 15) Furuae nigrae MR2 (farne). rell. furu*a* nigr*a*. 16) nigr*orem* aeris id est M2,r. aeris nigrorem id est A. *nig*orem aeris i. R. nigr*i*orem aeris tenebr*ae* v. nigr*iores* aeris tenebr*as* afh. 17) *Descriptas* bis M2,rv. piorum elys. MR (elis.) 2 (helis.). Sedes om. rva: piorum autem elys. fh: Piorum autem sed. Elys. 19) inqui*d*. M. — aeoli*dae* m. s. M. *ae*olide rv. coli*de* R2. Aeo*lis* dial. a. Aeolic*a* fhQ. Quintil. et Plin. Aeolic*us*, poetae Aeoli*us* praetulisse uidentur. Aeolis de terra, femina et dialecto dicebatur.

Aeolide dialecto in suis carminibus usa est. Queritur autem Sappho de puellis ciuibus suis, quod Phaonem [non] ament, quem ipsa diligebat amens.

26. *et te son. plenius aureo A. p.* *Plenius* inquit *sonantem*, quia Alcaeus robustior est, i. e. bellicas res scripsit et nauigationem suam, cum a tyrannis Mitylenensibus pulsus est. *Aureo* autem *plectro* propter dignitatem carminis dixit.

29. *utrumque d. s. s. m. a. d.* *Utrumque* ad Sappho et [ad] Alcaeum refert.

32. *densum h. b. a. u.* Multitudinem scilicet umbrarum ad audiendum conuenientium, *bibit aure* autem cupidissime audit significat.

33. *quid mirum, ubi illis carm. stup.* Sensus est: Non mirandum, si umbrae libenter illum audiunt, cum Cerberus et angues Eumenidum stupeant admiratione carminis illius.

34. *belua centiceps.* Cerberum dixit, qui propter multitudinem anguium, qui ex eo eminent, *centiceps* recte dicitur.

37. *et Pelopis parens.* Tantalus scilicet.

38. *laborum decipitur sono.* Audax figura *laborum decipitur;* uult enim intellegi, audienti illi sensum laboris auferri.

39. *nec orat Orion.* Iam dicit, et Orionem auocari a propriis uenandi uoluptatibus.

*Agitare* ergo agere ac per hoc persequi significat.

2) De *non amant*, absurda omn. librorum lectione superius dixi ad Acronem. quod *oden non* ament *quem* MR. qu*id oden non.* am. *quem* 2. qu*id oden non* am*ens* qu*em* r. qu*id* oden non ament qu*am* v. qu*od Oden non* am. qu*am* afh. 5) robus*tior et* omn. libri. recte. nam robusti*ores, id est, bellicas res*, quod Suringar. 138 ideo proposuit, quod cod. Leid. *fortiores* habet, ingeniosius quam uerius est. carmina quidem (Pers. V, 5: quantas robusti carminis offas), oratio et genus dicendi robusta siue fortia dicebantur, non res omnino, ut essent bellicae res. Aliter res se habet Cic. Diu. I, 18: *res uetustate robustas* calumniando uelle peruertere. — *cum* MAR2,rva. om. fh. mit*u*l. Minconst. sibi C. I, 7, 1 et Epist. I, 11, 17. a om. R. De re atque de Porph. sententia nec non Acronis, qui eum tyrannis Myrsili partes confudisse uideatur, conf. Ulrici. Gesch. d. Hell. Dichtk. II, 353 not. 77. *Utrumque* alterum om. fh. sapph*on* et alc. 2. ad om. MR2. 11) *Bibit aure* autem MR. rell. Bib. autem aure. Mult. scilicet MR2,r. signat afh. om. v. 12) Non om. M,rv. Quid? mirum, ubi. male. *nil* mirandum R. non est mir. a. mir. non est 2. s. = scil. illum rv. rell. si. umb. lib. illum aud. MR2. 13) cer*u*. M. 14) admirati*onem* MR2,rv. *et* eum. rv. be*ll*ua M. belua R. 15) *qui* MR2 et Leid. ap. Suringar. 138. *et* Q ex suis addidit. 16) em*i*nent MR2 et Suring. ex Leid. 'anguium ex se em*i*nentium.' rell. em*a*n*a*nt. centip*es* R, ut r in Acr. 18) decip*itur* MA. rell. decip*ere*. audax — decipitur om. R. 19) ill*is* M. 20) et M. rell. om. — *au*ocari MAR. rell. uocari. 22) agere MAR2. rell. *lyncas*, quod Quendam non offendit. *per*sequi MAR2. sequi rva. *in*sequi fh. conf. gl. 7.

# CARMEN II, 14.

## ACRON.

*Eheu fugaces.* Praemisso doloris affectu ad Postumum queritur de uitae breuitate, quod nullus iustitia uel pietate mortem possit euadere nec imminentem mora quantacumque differre, et dicit superuacuum timeri, quod non possit euitari.

1. 2. *fugaces* P. P. *Labuntur anni.* celeres, ut (*Verg.* G. III, 284): *Sed fugit, interea fugit inreparabile tempus.*

4. *indomitaeque m.* Quasi ferocissimae, a qua nemo exoret indulgentiam, sicut et inlacrimabilem subiunxit Plutonem.

5. *non si tricenis, quotquot eunt dies.* Per mensem, singulis (diebus?), id est, cottidie. Dixit autem *eunt* pro mortalitatis dolore, quasi *fluunt* et *pereunt.*

6. *inlacrimabilem.* Durum, inplacabilem, qui nulla hostia, nec si diurna sit, placari possit. Dicit autem, praesentia pericula magnopere homines uitare cupere, cum nulla ratione mortem possint uitare.

7. 8. *Qui ter amp. Geryonem.* Hoc est, trino corpore monstruosum, quem Hercules interemit. *Verg.* (A. VII, 662): [*laurentia postquam*] *Geryone extincto Tirynthius adtigit arua* [, et (A. VIII, 202): *Tergemini nece Geryonis*]. Ordo est: qui conpescit ter amplum Geryonem et Tityon,

ACRON. Ad postumum de celeritate uitae A (Hor.), ut K. ante Acr. not. metri. Ode LII ad postumum R. Prosphonetice tetracolos ad po. de cel. uitae γ. Ad po. de cel. uitae prosph. tetrac. b. Ad postumum d*e breuitate* uitae BφDE (LIV) al. 4) *Eheu* omn. fere uett. codd. Hor. b: *Heu* sed alterum *heu* man. 1 suprap. — eff. 2. — post*h.* mvafh. 5) *quia* R2. rell. quod. — Multum uexauit editores *hora* mortis. Scripsi imminent*em* (sc. mortem) *mora* quant*a*cumque cum AC. *in*minent*em* mor*am* quantac. γ2 (inm.). *im*minent*em moram* quan*tam*cunque r. imminent*e moram* quant*am*cum*q*ue b. imminent*em moram* quant*um*cun*q*ue R. imminent*em horam* quant*ae*. 1. imminen*tem horam mora* quant*ae*unque fh. imminentem *horam* diff. (om. *mora quantae.*) mva. imminent*em horam* quant*um*cumque Q cum G. 6) superuacu*um* i. a. tamquam superu. posui cum r, quia lect. uulg. superuacu*e* ad christ. latinitatem spectat. *in* superuacuum locutio Senecae frequens, superuacu*o* apud Plin. et Quintil. timer*i* omn. libri. *possit* r. rell. potest. Conf. C: *Pathetice* queritur *apud* Postumum de uit. br. quodque nullis quantumuis iustus uel pius mortem po. eu. etc. 8) Schol. ex AC. rell. om. 10) exor*at* R2. sic et γ. 11) subiun*x*it AγR12,rmφ. subiun*g*it vafh. *in*lacrim. AγbBφEK. schol. om. b. 12) tr*e*cenis A, ut K. tr*e*cen*t*is R, ut E. tr*i*cenis γb.rvafh. per mense singul*is* A. per mens*em* singul*is* γ. r, qui addit: *ideo dixit* quotidie. 2: ide*o* dixit *quot. quot.* rell. per menses singulos. C: per singulos *dies* quotidie. posui: *quotq. eunt dies.* per mensem. *singulis diebus* i. e. co*tt*idie. ut: in dies singulos apud Cic. Att. V, 7. sing. id est co*tt*idie Aγ. cotidie 1 G. singulos *idem* dixit quotidie R. rell *quo*tidie. 14) pereunt omn. libri. transeunt. *praeter*eunt C. 16) possit placari R,r et 2, qui addit: tauris. 17) mort. poss. uit. Aγ. uit. poss*u*nt mort. 2. rell. poss. mort. uit. 18) Geryone*m* AγbRBEH, geryone*n* φK. Dicit tamen (R2.rmvafh) om. Aγ. conf. Porph. Dicit *autem* tacite inc. Q. hom. magn. Aγ. 19) laurentia postquam fh. rell. om. 20) et Geryonis om. Aγb,r. 21) Ordo – coloni om. A.

tristi unda [i. e. inferna], omnibus scilicet enauiganda, quicumque uescimur munere terrae, siue erimus reges, siue erimus inopes coloni.

10. *Quicumque.* Hoc est, qui nascimur.

11. *enauiganda.* Moriendum [est], ut (A. VI, 315): *Nauita, quo tristis nunc hos, nunc accipit illos.*

12. *inopes erimus coloni.* Pauperes quasi praeter opes dicti. *Colonos* autem optime posuit quasi nihil proprium habentes, sed temporalis terrae cultores.

13. *frustra cr. Ma. car.* Hoc est, frustra uitamus pugnas et nauigationes, et pestiferum timemus auctumnum, cum necesse sit omnibus mori.

14. *fractisque rauci fluct. Hadr.* Hoc est, tempestuosi; *Verg.* (A. I, 160): *quibus omnis ab alto Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.* Unde et *raucum* sonum *fracta* reddit unda in scopulis. [*rauci.* Tempestuosi, sonori, ut *Verg.* (A. V, 866): *Iam rauca adsiduo longe sale saxa sonabant.*]

16. *metuemus Austrum.* Austro enim flante morbi generantur auctumno, unde et *Iuu.* (IV, 56): *iam letifero cedente pruinis Auctumno.*

17. *uisendus ater.* Id est, uidebimus ergo (Orco?) dampnatorum umbras, quos uidentes beati praetereunt [, aut quibus scelerati iunguntur].

*languido.* Tristi siue deformi aut pigro, ut (G. IV, 478): *tardaque palus inamabilis unda.*

18. *Cocytus errans.* Flexuosus, ut (A. VI, 132): *Cocytusque sinu labens circumuenit atro.*

19. *infame.* Famosum a facti crimine; Danai enim filiae una nocte iussu patris occiderunt maritos, unde *Verg.* (A. X, 496): *una sub nocte*

1) i. inferna om. γ, ordinem interrumpit. uide glossas. 2) mun. terrae γR1,rmv. 3) schol. ex Aγ (id est). rell. om. qui *nati pascimur* C. *uescimur.* pascimur. Id est, mor. *est* afbQ. id est om. Aγ,rmv. schol. om. b. est om. Aγ. 4) *quo* Aγ,r. rell. *sed.* 6) propter r. per mva. dic*ti* Aγb,r. C: quasi *sine opibus* dicti. rell. dic*it.* 7) Colonos autem AγbR2,r. Rell. habent nou. lemma *Coloni.* optime Aγb,rmvafhQ. proprie R2C. posuit Aγb. rell. dixit. — ni*h*il AγbR1,r. rell. nil. — sed *tempore* R. rell. temporales. tempora*lis* r. tprl b. recte. nam causa a Sen., laus a Tac., exilium aliaeque res uocabantur temporales, non homines. *temporalis terra* circumscribitur a C: nihil enim quam *terram colimus, non diutius nobis propriam, quam colimus.* 10) metuemus 2. et *austrum* tim. pestif. autumn. r. 11) Hoc est, tempestuo*si* Aγb. rell. tempestuo*sis*, aut om. ut R1G,r. 12) *sin*dit A. 13) reddidit 1. scopul*is* Aγb. rell. scopul*os.* — schol. om. Aγb. 16) morb*us* generat*ur* 2. 18) Lampn. b, ut uet. Ambr., BφE etc. qu*os* R2. 19) *aut* omn. libri. C: — scelerati *uero* nequaquam, sed eis adiunguntur. hinc Q inculc. *at.* melius *et.* scelerat*a* r. *sederat* b. aut — iunguntur om. γ. 20) siue Aγb,rC. rell. uel. aut Aγb,rC. rell. om. *tarda*que Aγ,r. tar*dus* b. rell. tristique. in*a*mabilis AγbG. recte: conf. Ouid. Met. I, 16 et XIV, 590, ubi regnum inferorum inamabile i. triste uocatur. *irreme*abilis r. *inna*bilis mvafh. 22) cocyt*os* Aγ. schol. om. γ. — coc*y*tique r. coc*i*tique A. 23) circumuenit A1,rva. rell. circum*fluit.*

*iugali Caesa manus iuuenum.* Unde pro ultione commissi [criminis] apud inferos urnis fractis aquam indefesse perhibentur haurire.

19. 20. *dampnatusq. l. S. Aeol. l. Dampnatus laboris* dixit, ut: dampnatus capitis, dampnatus iniuriarum. Haec autem paena manere apud inferos Sisyphum dicitur, ut saxum contra montis uerticem uoluat, quo semper relapso finem numquam meretur laboris; de quo *Verg.* (A. VI, 616): *Saxum ingens uoluunt alii.* Pro hoc tamen flagitio tali paena perculsus est, quia Aeginam, Aesopi filiam, Iuppiter adamauit eamque custodiae patris [furtim] subripuit et factum Sisypho confessus est. Ille humana leuitate quaerenti [eam] patri prodidit. Hinc tali apud inferos paena dampnatus est.

21. *linquenda.* A morientibus scilicet, quia (qui?) etiam dulces relinquunt affectus.

22. *neque harum.* Ordo est: neque ulla harum arborum, quas colis, sequetur te breuem dominum, praeter inuisas cupressos.

23. *Inuisas cupr.* Id est, rogis et luctibus conseeratus, ut *Verg.* (A. VI, 216): *et ferales ante cupressos constituunt et caeruleis maestae uittis atraque cupresso.*

24. *breuem dom.* [Id est,] parui temporis, ut I, 36, 16: *breue lilium.*

25. *absumet heres.* [Haec] cum inuectione dicuntur in eos, qui nimia parsimonia conseruant, quae prodigi heredes absumant, ut *Iuu.* (XIV, 137): *Ut locuples moriaris egentis uiuere fato.*

1) criminis om. AγbR12. commissi om. mva. commissum id est quod crimen in Cic. et in ipso Hor. III, 27, 39. uernis γ. factis 2. indefesse brv (indefe*nse*). 2) *pro*hibentur Aγ,r. aurire Ab. ut Ambr. (exauriebat) E etc. 3) Damnat*um* Aγb. dampn. *uel* damnat*um* R,r. rell. damnatus. 4) uel iniur. mvafh. rell. da. ini. Haec — dicitur afhQ. Haec non sana sunt ideo, quod Sisyphus manere nequibat paenam, quam modo sustinebat. Vide, num librorum ope sic scribendum sit: *hac* autem poena manere ap. inf. Sisyph*us* dicitur. hac γR. hoc Ab. h*an*c (poen*a*) r. rell. h*ae*c. sisiph*us* γ. sisiph*os* R. rell. sisiph*um* A. sysyphum b. sisyphum rmvafh. pene b. rell. pen*a* A uel poena. Sic se uerba excipiunt: hac a. ap. inf. sis. poena man. dicitur Aγb 1,r. 6) relaxo R. 7) percussus afh. 9) fu*r*tim om. R2,r. *clam* o. p. surreptam C. su*b*rip. Aγb12. rell. su*rr*. 10) eam om. Rγb2. h*ic* R. est om. R. 12) qu*a* A. qu*am* r. rell. qu*ia*. C: morientibus (om. scil.) *a quibus* et dulces relinq*uuntur* aff. relinq*uuntur* A. quia etiam du. relinq*uimus* aff. γ. linquunt 2. relinqu*a*nt (G?) Q. rell. relinq*uunt*. etiam om. 2. effect. 2. 14) Ordo — praeter om. A. — harum arb. γ. arb. *earum* r. rell. ha. arb. 23) Lemma cum A. posui *inuisas*. rog. γb. rell. om. 16) ut uirg, Ab. om. γ. rell. om. ut. 17) et om. R2,r. Aγb addunt: Et ceruleis mestae (u. a. q. c γ) uittis (uitis b) utraque cupresso. rell. om. 19) schol. om. R1.m. Id est om. Aγ. 21) Haec om. Aγb. Haec inuect*iue* di. C. *sumet* tamen inuectiones *meos* dicuntur qui r. *absumet*. in eos dicit qui 2. in eos dicuntur A1. rell. di. in eos. *absumant*. AγR2. assumant r. *con*sumunt C. rell. absum*u*nt. 23) mori*are* egentis AγbR. moria*tur* egen*tis* C. rell. moria*tur* eg*ens*. uiuere fato Aγ. uiuere *falso* b. u. f. R. u. f. Rom. rell. om.

26. 27. *mero tinguet pauimentum superb. pont.* *Pauimentum.* Solum promptuarii. *Tingat et*, hoc est, perfundet pauimentum neglegens heres uino deorum conuiuiis digno.

*superbo.* Pro ipse superbus. Hypallage figura.

## PORPHYRION.

*Eheu f. Postume P. l. a.* Ad Postumum hac ode loquitur de celeritate currentis uitae.

4. *indomitaeque m.* *Indomitae* quasi ferocissimae, quia nemo ab ea [beneuolentiam et] indulgentiam exorat; sic et inlacrimabilem Plutona statim subicit.

7. 8. *qui ter amp. Geryonem.* *Ter amplum* pro trimembri dixit, et accipiendum hic extrinsecus *quamuis*, ut sit: *quamuis ter amplum.*

10. *quicumque t. m. u.* Pro: quicumque uiuimus.

13. *frustra c. M. c.* Praesentia pericula magnopere uitare cupimus, cum nulla ratione mortem effugere possimus.

14. *fractisque r. fl. Hadr.* *Fractis* pro inlisis dicitur.

19. 20. *dampnatusque l. S. A. l.* *Dampnatus laboris* sic dicitur, ut capitis dampnatus.

23. *praeter inuisas cupr.* *Inuisas* inquit, quia funeribus cupressi adhibebantur.

24. *breuem dom.* Id est, breuis uitae.

25. *absumet heres Caecuba d. s. c. cl.* Haec cum inuectione dicuntur cor-

1) ting*et* A (bis), v. tinguet γbR,Cmafh. Lemma *Pauim.* posui, sicuti *tinguet.* conf. gl. γ. 3) uin*um* A. rell. uino. schol. om. b. 4) hyp. A,afh. yp. γ. hypp. v. schol. om. R1,m. *Glossae ex* γ; u. 2. *nec pietas.* nec si pius fueris rapieris γ. etiam si pius fueris C. *moram.* tarditatem γC. 3. *rugis.* pellibus senectae γ. pelli rugosae C. *instanti.* urgenti γC. 4. *indomitaeque.* inexorabili γC qui addit schol. Acr. 5. *quotquot.* per singulos dies γC (add. quotidie). *eunt.* transeunt. 6. *amice.* postume. *places.* exores γ et C, qui addit: dolore *mortis.* conf. Acr. 7· *Plutona* accusatiuus graecus. 8. *tytionque* (tition) ipse et prometheus dicitur γA. *tristi.* inferna. ut uirg. tristisque palus inamabilis un̄. alligat γAC. 9. *conspescit.* cohercet γC (coerc.). 10. *quicumque* i. qui nascimur. *uescimur.* pascimur γ. qui nati pascimur C. 13. *frustra.* incassum γC. *cruento* horrido γC (add. schol. Acr.). 18. *cocytos.* ater. cocitus errans. 20. *aeolides.* qui de eolia fuit. 25. *cecuba.* optima uina. *dignior.* amabilior γC (honoratior, amas.). 26. *seruata.* custodita. 28. *potiore.* meliore γC (addens: quam pontifices bibunt in deorum conui*u*iis).

PORPH. Ode LIII. Ad Post*h*umi*u*m R. Heu fug. pos*tu*me lab. M. post*h*ume R. Ad posthumi*u*m R. Perpauci codd. hab. Post*h*um. eum h, quare nemo R. ab ea beneu. et om. M. beneu. et om. R2. beniu. vQ. exor*at* M, rvafh. exor*et* A2R. *in*lacrym. M. inlacrim. 2. 18) i*n*lisis M. *col*lisis γC. conf. gl. 21) cupress*i* adhibe*ba*ntur MR2. cupress*is* adhi*ben*tur r. cupressus adhibe*ba*tur A. adhibetur vafh. 24) corripien*ti* omn. fere libri. corripienti euum R. sensus: qua corripit euum. coniecturae: corripient*is* Ritter. corripit enim Q.

ripienti eum, quod ad nimiam parsimoniam se constringat, adseruans (uinum?), quod heres prodige sit effusurus.

[26. 27. *et m. tinguet p. s.* Effusurum eum passim uina significat, quae hic magnopere seruauerat reclusa. *Superbo* autem *pauimento* pro: ipse superbus.]

# CARMEN II, 15.

## ACRON.

*Iam pauca.* Antiquorum hic seueritatem et continentiam laudat et queritur de praesentis luxuria saeculi, quo tanta aedificandi inuasit libido, ut aedificia latius porrigendo uel captando amoenitates adspectus breui agros dicat arationibus (aratoribus?) defuturos.

2. *undique l.* [Non *latius extenta* sed *latius uisentur*, tamquam non in latitudinem sed in altitudinem potius struerentur porrigendo fastigia, ut Lucrinus Baiarum lacus undique conspiceretur.].

1) adseruans M, vafh. *as*seruans R. ad se seruans r. obseruans 2. adseuerans Ritter. 2) qu*od* — ab*usurus* MR2. rv. quo Q. quod — ab*sumptu*rus afh. Aut scribe *ad*fusurus i. e. profusurus, aut scholia *effusurum* — *superbus*, quae negligentius scripta et Porphyrione indigna sunt, a monacho serius adsuta aut latius exposita censens. *effusurus*. Quid enim sibi uult inepta omnium Porph. librorum lectio superb*o* pauiment*o*, quae nullum offendit editorum? — 6) tin*gu*et MR,rva (fh ting*it*, in lemm. Acr. ting*uet*), ut BφEHIP *etc.*

ACRON. Haec de praesentia luxuria *temporis* dicit γDH. Haec de praes. temp. lux. dicit φ. Haec de praes. *uitae* luxuria dicit BE (num. XV). De presenti luxuria templorum dicit b. De luxuria (praesentis anni. litt. minoribus) aedificiorum P. Ode LIII. R. A caret omni inscriptione et in Hor. et in Acr. et notandum est, in hoc cod., ut in K, uel lit. initialem maiorem abesse. In A man. 2, quae hinc inde glossas uel potius argumenta cuique fere odae praeposuit, haec margini adspersit: Hac ode execratur nimis lata et alta aedificia potentium, quae solent maxima terrae spatia occupare sine ulla utilitate, cum possent angustioribus esse contenti domibus.

10) Antiqu*am* Aγb. rell. antiqu*orum*. om. 2. 11) qu*ae*ritur γfh. present*i* b. de *sui* lux. C. hedif. b. mansit 2. rell. inuasit. 12) am. asp. Aγ. amen. aspect*u* b. amoenita*tis* aspectus rmvafh. amoenita*tis* adspect*um* C. 13) arati*oni* C, quod in Porph. restitui. rell. arationibus. Quum *arationes* potius ipsos agros significent Cic. Phil. II, 39 et saepius in Verr. III. Plin. XXVII, 8, aut arat*oribus* aut arat*ris* legendum duco. 15) *stu*deretur AγbR1G. stu*dent* r. rell. *extenderentur*. Cum Acron de aedificiis in altitudinem extentis loquatur, sine dubio legendum est aut *struetur*, absolute accipiendum ut Plin. XI, 10 et XXXV, 85: rediculа structura, *qua Romae struunt*, aut *struerentur*, scilicet altae et magnificae diuitum domus (Vitruu. II, 8 et Hor. C. II, 18, 19), turres, templa (Verg. A. III, 85). Templa? Sane templa, minime quidem *deorum* (u. 20) *templa*, sed loci, qui, auctore Festo, ab omni parte adspici. uel ex quibus omnis pars uideri potuit.' Atque enim persuasum mihi est, in Horatio ipso pro *Stagna*, uocabulo ualde suspecto, legendum esse *Templa*. Duae autem res iam sunt considerandae. Primum quidem scholia Acronis et Porph., *quae codicibus mss. quos nouimus uetustiora sunt*, cum argumentis totius odae tum in expositionibus h. l. aedificia alta atque opere magnifico exstructa commemorant, quorum in reliqua carminis parte nulla prorsus mentio facta est. Etenim memores sumus, u. 1 dictas *moles regias* (coll. III, 29, 10: *moles propinqua nubibus arduis*), non

4. 5. *platanusque caelebs e. u.* Plures, inquit, erunt platani quam ulmi; *platani*, quae sine fructu sunt, magis ad amoenitatem deambulationis positae quam *ulmi* utiles uitibus et necessariae [sunt]. Hinc notat luxum [praesentis] temporis, uel quod myrtus aut uiolaria anteferantur oliuetis, plusque odorum copia quam fructus curentur. *Caelebs* autem, uitibus uidua; ideo oliuetum dixit *domino priori fertile*, quia praesenti solam posuerat infertilitatem placere.

9. *tum spissa r. l.* [Infructuosa etiam laurus] aut ad excludendos umbra sua solis ardores posita, aut certe quia ideo in uiridariis instituebatur, quod feruidis ictibus fulminum credebatur esse contraria.

10. *excludet ictus Non ita.* Hoc est, contra maiorum laboriosam frugalemque uitam Romuli uel Catonis dicit luxum praesentem.

11. *praescriptum.* Praeceptum, a magistris ludi tractum, qui praescriptabant pueris, quae imitentur. *Intonsi* autem *Catonis* ideo, quia dicebat iniuriam naturae fieri, si quod tegumento capitis datum fuerat, amputaretur, unde et *Lucan.* (II, 375): *Intonsus rigidam in frontem descendere canos Passus erat.*

12. *norma.* Pro recta uia uitae posuit. Metaphora a fabris, qui normam uocant, ad quam opus dirigunt.

esse res sine uerba, quae uterque interpres explicat, sed commune eorum lemma *undique — lacu* ad uersus 2—4 spectare. Deinde resipiendum iudicanti tibi est supra dictum codicis Barc. argumentum inscriptionis: DE PRESENTI LUXURIA TEMPLORUM DICIT. Templa autem sunt *turres Celsae* C. II, 13, 10, *regumque turres* I, 4, 14, quibuscum tu, uta poeta ipso factum est, componas Octauiani '*Opus regium*' A. P. 65, luxoriosum portum Iulium prope Baias situm. Ita nuper disseruit in 'Programmate scholastico' F. F. Franke, uir doctus mihique perquam carus, qui insana Acronis commenta quaedam profiteri sana et comprobare conatus est. At quisque uidet, mirum duum uirorum scholion *Non latius extenta sed latius uisentur stagna s. templa quam Lacus Lucrinus* indoctum et hebetius esse, atque adeo *templa* coniecturam illius V. D., fumo uendito, nebulae instar acriore uento dilabi. — Non — uisentur om. libri, ut in Porph.: uncis inclusi totum schol., quippe indignum utroque interprete. — conspiceretur Ab,rmvafh. om. C. *circum*spiceretur R2. con*stitu*eretur γ.

8. *Laconicas m. t. h. p. c.* Hoc illo pertinet, quod, praetextas togas cum sibi nobiles conficiunt ad spem magistratuum gerendorum, uotum sit uxoribus clientum ad matronam conficientem conuenire et purpuram cum ipsa carpere.

9. *at fides et ingeni b. u. e.* Hic locus similis est illi *Verg.* (G. II, 461): *Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis uomit aedibus* [*undam*] etc.

10. 11. *pauperemq. d. m. p.* Hoc est: gratiam mei petit.

10. 12. *nihil supra deos lac.* Nihil inquit, amplius a Diis peto.

12—14. *Nec pot. am. Larg. flagito, Satis be. unicis Sabinis.* Hoc est, nec amplius a Maecenate opto, qui [me] satis beatum facit donando me uno fundo Sabino; qua possessione contentus satis beatum me iudico.

15. *truditur d. d.* Invehitur in eos, qui non intellegunt, tempus uitae suae ueIociter currere. Nihilominus tamen [non] desinent aedificia domorum ingentia et pretiosa construere, cum potius deberent, si memores mortalitatis essent, sepulcra sibi struere.

20. *marisque Bais obstr. urges.* Ordo est: litora maris obstrepentis

1) Id est, num. col. MAR2,r. rell. om. Num. — est MA (par). Nu. autem pars et africae *interior* 2. Numid*a* autem africae *interior* pars est R. Num. autem est Aphricae (apricae v) pars int. rva. In Numida (Numidia Q) quae est Afr. pa. int. fhQ. 5) quasi existimans hereditatem uindicasse a (haer.) fh. quasi exist. om. r. (uend.). qu*a* exist. haer. uend. v. — hered. po. ro. coepit M. Dicendo — uindicasse MAR2 (uend. R2). qu*i*a R. existim*a*mus 2. 7) client*es* 2,rv. c. in lemm. M. pertinet per quod pretest. tog. R. gerendorum. recte, ut in Acr. Cic. Phil. V, 19. rell. *agen*dorum. conficien*tem* 2,rvafh. conficient M. conficien*tis* AR. 10) cum ipsa MAR2,rva. *causa ipsius* fh. 11) ingen*i* M. ingen*ii* R. ingen*is* r. 12) salut*a*tum MR. 13) undam om. MR,rva. MR addunt: et caetera. 14) gratiam mei MAR2,r. gratiam *me* v. grati*a me* afhQ. conf. schol. Acr. 15) Nic*h*il r. rell. *Nihil.* Cuidam placuit *Nil* inculcare. Nihil inq. amp. a diis peto MAR. nihil *inquid aliud* a diis peto 2. *aliud amplius?* conf. Porph. II, 18, 27. Post *amplius* rva om. a diis peto *nec* — *unicis.* fh post *amplius* habent *deos* nec ampl. Mecenatem opto, lemmate omisso. Hoc nou. lemma hab. MR2. a mec. opto MAR. a mec. *peto* 2. nec ampl. Mecenat*em* opto rvafhQ. f*a*cit M,r, om. me, va. me satis 2,va. rell. fecit. 19) Inuehitur in eos qui non intell. MR2. intelleg*a*nt MR (-ig-). rell. intellig*u*nt. In eos inueh. qui int., om. *non*, rvafhQ. currere. Nihil om. tamen desin*e*nt MR2 (om. tamen). currere, nih. tamen *non* desin*u*nt afhQ. currere: nih. tamen desin*e*nt v. ueIociter. currere n. t. desin*e*nt r. 21) *et* pre*t*iosa MR2. *ac* preciosa rvafh. Rectius ideo est *qui non intellegant,* quod dicit: *si memores mort. essent.* 23) ba*is* — urg*es* MR. li*tt*ora — li*t*oribus M, atque omn. uett. codd. Hor. inconstantes sibi sunt in h. u., frequentior tamen scr. li*t*ora quam li*tt*ora. item in Verg. conf. Wagner. p. 433.

Bais, id est, Baianis litoribus perstrepentis. Hic autem corripit eos, qui in Campania affectent molibus in mari iactis praetoria super aedificare.

23. 24. *quid? quod u. p. r. a. t.* Accedit nunc, inquit, ad hanc ambitionem tuam et auaritiae scelus, quo uicinos tuos per impotentiam agris suis expellis.

26. 27. *pellitur p. i. s. f. d. s. u. et uir sordidos que natos.* Hic ipsa rei acerbitas descripta est, homines pauperes ac religiosos sedibus suis pulsos etiam sacra deorum penatum secum ferre, cum discedant nec aliud amplius quam filios suos, quos *sordidos* dicendo grauiorem inuidiam expellentibus facit.

29. 30. *nulla c. t. r. O. f. d. a. m. erum.* Licet habes, inquit, o diues, quidquid optas, scito tamen, nihil proprium tibi magis esse quam mortem; illa enim, quae possidentur, temporalia sunt, at mors perpetua est.

34. *regumque pueris n. s. o.* *Pueris* pro filiis positum regum; significat autem, omnes et diuites et pauperes pari mortalitatis conditioni subiectos esse, et idcirco non magnopere adpetendos esse honores nec diuitias.

38. *hic l. functum p. l. u. a. non uoc. a.* Belle, quia mors necessitas est; ita tamen perpetua requies laborum.

1) perstrepen*tis* MAR. rell. perstrepen*tibus*. 2) affectent MR2. rell. affect*a*nt. — mar*i* MR2. rell. mar*e*. utrumque recte dicitur. Hor. ipse III, 1, 34: iactis *in altum* molibus. ibi Acr. in mar*i* iacere moles conf. cum: uirtutum fundamenta ponere in uoluptate Cic. F. II, 22. Verg. IV, 204: iacere salutem *in arte*. sup*eredi*ficare R. conf. Paulin. Nol. Epist. 28. 3) accidit 2,rmv. nunc om. R. — *hanc* MAR2. rell. om. *et* auar. MAR2. rell. om. 4) qu*o* MR. rell. qu*od*. per potentiam 2. rell. per impot. 5) *ex* agris suis pellis 2. 6) Addidi lemmati sord. nat. sordid*os* natos r. sordid*us* nat*us* M. descri*b*ta M. 7) *ac* religios*os* R2,rv (*a* religios*os* saed.) et M: *ac* religio*sis* (?) sedibus su*os* pulsos. a religiosis sed. afh. conf. Acr. 8) penat*i*um M. rell. penat*um*. 11) erum M. *erus* et *crilis* constanter fere a K, Parr. AγEBφ, uet. Ambr., Ang. et Suecouat. scribitur, ut in Medic. Verg. conf. Wagner. p. 433 et quae dixi ad cod. Barcell. p. 25. — Habes licet MR2. habes om. r. licet, inquit, o diues, *habeas* (habe*n*s v) *quod optas* vafhQ. *quidquid p*utas MR. *quid p*utas 2,r. nihil proprium actuum (ac tuum?) tibi magis esse MR (act*um*). nih. pr. ti. ma. esse 2. nih. ti. pr. esse magis afhQ. magis esse rv. 13) at MR2, ra. at Et v. at *enim* fh. 14) positum. regum autem sign. MR2 et omn. edd. Ut in lemmate u. *pueris*, sic in schol. *regum* ad u. filiis pertinet. *at* sign. Q. seruaui *autem*. 16) adp. M. i*d*circo M.r. icc. 2,v. — *nec* MR2,rva. et diu. fhQ. 18) *in*uocatus rv. — Bell*e*, quia A. Felle quia M, more suo pro Belle. hinc: uelle *uidetur* quia 2,rv. uelle uidetur: *quod* a. *audit* quia, om. *Belle* R. Belle *dicitur* incule. Q. *Ostendere* uelle uidetur *quanquam* fh. mors nec. et omn. libri. Q inc. *ut* nec est (Acr.). ita ta. perp. req. lab. MR2,v. *propterea req*. lab. r. req. perp. lab. fhQ. *laborum, fiat*. fh. rell. om. *fiat*.

# CARMEN II, 19.

## ACRON.

*Bacchum in r.* Hac ode indicat a se uisum Liberum Patrem in secretis nemoribus carmina docentem, et quasi perturbatus [his] uisis exclamat, uelut praesentiam numinis sentiens: Euhoe. Ordo est: Vidi Bacchum docentem carmina in remotis rupibus, et uidi Nymphas discentes, et vidi acutas aures capripedum Satyrorum, credite posteri.

2. *credite posteri.* Id est: etiam uos credite, qui uenturi estis, talia dicenti.

3. *Nymphas.* Musas; nam Quidam [uolunt] ipsum [esse] Solem, ipsum Dionysum uolunt. Nam ut illi nouem [sacratae sunt] Musae, ita Soli nouem circuli et Dionyso similis chorus Baccharum. Modo tamen pro Musis Nymphas inducit carmina audientes. *Vergilius* similiter Nymphas pro Musis (B. VII, 21): *Nymphae noster amor Libethrides aut mihi carmen Quale meo Codro concedite.*

4. *capripedum Satyr.* Panas dixit caprarum pedes habentes.

*acutas.* Et ad audiendum et ad ipsarum aurium figuram.

6. *turbidum.* Turbide [mens laetatur].

8. *parce g. m. thyrso.* [Fronde] Vt uelut perturbatam ostenderet men-

ACRON. Ad liberum patrem A (Hor.). Notitia metri ante Acr. Enthus*iatice* ad lib. pat. γ. En*tusiace* liberi patris laudes. BφE (XVIIII). Entusiatice ad lib. pat. laudes b. Ode LVII R.

5) a om. R. indic*ans* b. 6) secretis tacite om. Q. — his om. AγbR1,r. et his uisis perturbatus, uelut praesen*tia* numinis *furore correptus* excl. Euoe C. *uisis* substant. ut Cic. Diu. II, 41: perterritus uisis. Acad. IV, 15. Verg. A. IV, 456. Ouid. A. III, 5, 32. 14. excl. *Euoe* fh. 7) rell. sentiens *euhoe* AγbR12, *heuh*oe rmv. Euoe Ca. *Euoe* in uasis, Iahn. p. 21, legitur, non in Hor. uett. codd. qui habent aut: *eu. hoe* KAγBφ etc. aut *heu. hoe* EA (inconst.) *heuhoe* R. al. *chohe*, ut Bern. B. 8) uidi rep. γ. cred. posteri add. γ. sat*ir*. γ. 10) Hoc schol. secundum Ordinem uett. interpretum duobus seqq. in libris, praeter r, postpos. est. totum schol. om. A. id est om. 2. 12) uolunt ips. mvafhQ. esse om. γbR12,mva. Nam quidam ips. ap. esse dionys. uolunt r. dio*nis*. uolunt AγbR2. *eundem esse* uolunt C. 13) ille b2· Apollini ¡C. 14) nouem musae, om. sacr. sunt, Aγb2C sacrate mv. circuli *sunt* C. 15) simil*is* Aγb,C (Bacch. chor.). rell. simil*iter* (ex seq.). hic autem C. rell. modo tamen. n*i*mph. Ab. — uirg. (h. l.) pro musis similiter nimphas Aγ (ny·). b om. exhomoeotel. inducit — n*i*mphas. Sim. pro mu. nym. r et 2, qui addit: *posuit.* rell. sim. Ny. pro Musis. 16) *ly*bet*r*. γ. libe*tr*. bR1,rmv. inducit *audire Bacchi carmina*, ut Virg. Nymphae C. 18) Hoc schol. ut subseq. in libris superius colloc. utrumque om. R1G,r. 20) Turbide R1,rmv. pro turbide γ, schol. om. ut b, qui habet: aduerbium est. turbide C. rell. turbid*a*. 21) Fronde om. Ab. C: fronde pampini circumuoluta hastae, qua sibi infestum Deum minari fingit. sic supra dixit. *grau. princ. am.* id est, seueras et saepe perniciosas. Hinc Q lacunam post *Fronde* statuit. *ty*rso b, rv. b a m. 2 gl. habet: *th*yrsus est *auis.* — uelut*i* fhQ. rell. uelut. — *per*turb. Ab. rell. turb. puto fh.

tem putat (putans?) sibi infesto thyrso deum imminere. *Graui* autem dixit *pernicioso*, ut ipse superius (II, 1, 4): *grauisque principium amicitias.*

9. *Fas peru.* Fas nunc non significat *licet*, sed *possibile est.* Vult enim probare, se deo non indignum esse mysteriisque eius [cum], quae ad sacra pertineant, sufficere cantandis.

*peruicaces.* Proteruas, uagantes, propter bacchantium discursum et saltatum.

*Thyiadas.* Bacchas dixit a sacrificio, uelut Θυϊάδας; θύον enim graece θυμιάματα et sacrificium nocauere.

11. 12. *atque tr. l. c. iterare m.* [*Iterare*, id est,] ex integro cantare et repetere, uel certe manare facere, aut iterum tollere. *truncis Lapsa cauis — mella. Verg.* (B. IIII, 30): *Et durae quercus sudabunt roscida mella.* Ideo autem haec sacra commemorauit poeta, quia in Spelaeis Dionyso uino, melle et lacte sacrificabatur.

13. 14. *et beatae c. ad. s. h.* Ariadnen in honorem Dionysi commemorat inter sidera collocatam, quae corona dicitur data [ardens] illi a Vul-

1) i*m*m*u*nere (sic) γ. rell. immin. 2) ut supra 2. — *in*imicicias r. 3) Fas n. n. sign. A. rell. non sig. *nunc* (*nec* v). licere R. *libet* b. cum fh. rell. om. (Porph.). 4) pertine*a*nt AbR,r (Porph.). rell. pertinent. sacra *eius* 1,mva (Porph.). sufficie*iat* fh. (ex Porph.). 6) peru. *autem* prot. R,r. prot. uag. om. 1. uag. om. bG,mva. proteru. propter *uagantium* disc. et sal*tus* 1. sal*tus* CrmvaQ. sal*tat*us AγbR2, fh. Discurs*um* et saltat*um* sing. num. posui pro discurs*us* et saltat*us*. 9) Difficillimum hoc et plane corruptum schol. sanare temptaui, scribens Θυϊάδας pro Theadas (AγR,vfh. the*o*das b. thead*es* 1,r. the*as* a), θύον pro theon. quod omn. libri habent, et θυμιάματα pro *deum ita*, uulg. lect. librorum. Q recepit ex C: ‚*Thyadas.* Bacchas, Bacchi sacerdotes insanas et furiosas, a θύω, id est, sacrifico et insanio.' Significationem insaniae siue furoris Baccharum (μαινόμεναι Soph. Ant. 152) addere per Codices mss. non licuit. Inter omnes autem constat, θύον u. et θυμιάματα Il. VI, 270 et θυόμενα Od. XV, 260, serius θυσίαν, atque etiam μανίαν Aesch. Ag. significare. Q coni. θυούσας θεῷ; graece enim θύειν sacrificare significat. graece γbR. rell. graec*i*. r: theon enim deum *significat.* ita et sacr. uocauer*unt*. uocauerunt 1. om. b. 10) Iterare id est (fhQ) om. AγR et edd. schol. om. b. 11) uel certe — tollere AγR,rmva. om. fh. *aut* iterum Aγ rell. *uel* iterum. manare *lumen* facere R. iterum cantandu, iterumque repetere, et cantando *quasi* manare facere. 12) Nouum lemma posui cum γ qui habet: *truncis* cum gl. logois. (lagenis s. lagoenis?) Virg. etc. 13) haec ex Aγ. rell. om. Quod ideo dicit poeta. quia C. sacre r. — Spel*ae*is (σπηλαίοις) posui. speleis A. *S*peleis C, inde f, non h: speleis. maiore lit. scripsi, quia uox sollennis erat in sacris et Dionysi et Mithrae. Tertull. cor. mil. prope finem: qui cum initiatur in *Speluco*, ut scrib. puto. Scriptura speleis apud Gruter. Inscr. 5. 7. 9. pag. 34. Verg. E. X, 52. Claudian. B. G. 354. rell. spel*unc*is. — dionys*o* Aγ (dion*i*so). rell. libri omn., et fCQ Dionys*io* et in seq. schol. Dionys*ii*. 15) ariadnem R. ariaduam r. ariadn*ae* γ. — dion*isi* A. dion*isii* γb. 16) collocat*um* 1 (G?) Q. — data *illi*, om. *ardens*, γ. arden*tis* a f. c. (sic) R. ard*ens* et ar*dentis* ex Verg. inlata sunt. rell. om. *illi*. coron*am* dr γ. conf. schol. C: Ariadnes filiae Minois regis Cretensis, cuius coronam nuptialem a *Venere* acceptam in honorem Dionys*ii* commemorat inter sidera collocatam. Virg. etc. Testimonia ueterum, ut Eratosth. Catast. 5. Hygin. Astr. II, 5. Theon. ap. Arat. 71, considerantibus nobis legendum uidetur aut *facta* a Vulcano aut *data* a *Venere*, aut utrumque. Nam Vulcanus fecisse, Venus autem et Horae dedisse eam traduntur. conf. Arat. Phaen. 71. Meurs. Thes. 14. Meziriac. ad Ouid. II, 109. Spectat huc locus Ouidii

cano (Venere?). *Verg.* (G. I, 222): *Gnosiaque ardentis decedat stella coronae.*

14. 15. *tectaque Penthei disiecta.* In quibus Pentheus captiuum Liberum Patrem uinctum recluserat, ob quam causam Baccharum furore discerptus est; uel certe notatur (notata?) fabula eius et Agauae matris.

16. *Thracis et exit Lycurgi.* Lycurgus legum lator cum uideret per uini temulentiam in mores multa committi, abscidi iussit uineta; propter hoc iracundia Dionysi per (uersus in?) furorem crura sua amputauit, et ideo ad laudem numinis posuit sumptum de inimico supplicium.

17. *tu flectis.* Domas siue superas, tamquam eorum cursus (decursus?) declinans: an quia multas gentes subegit, et per amnes uoluit terras intellegi? an *flectis* pro gyras, quia [et] Dionysus Nili fontem sicut Hercules quaesiit? an uero, quia — uino? —, muneri eius, inmiscentur aquae et ad suauiorem (saniorem?) usum *flectuntur?*

*mare barbarum.* Indicum, quia Indos Dionysus superauit. *barbarum* autem pro saeuo ac uiolento propter subitas tempestates.

18. *separatis.* Secretis ac remotis.

*uuidus.* Vino madidus.

Her. VI, 115 et pictura quae Ariadnen cum hac corona ostendit Pompeiana apud Zahn. III. 9. tab. 81 et 82, et quae contra O. Iahnii explicationem disserui in Allg. Preuss. Zeitung 1862. N. 346.

1) Virg. Aγb. rell. ut. dece*b*at γ1, mord*ic*ebat v. 4) ui*c*tum R. — *deceptus* 1. discertus b. discreptus v. 5) notatur CafhQ. rell. nota. — agau*e* Aγb.r (aga*u*e). agau*ae* R. rell. Agau*es*. agues v. 6) ly*g*urgus Bernn. ABC. Parr. EBφ. *lig*urgi bRIP. *lic*. γ. *lig*urgus ligum *d*ator b. 7) *propter* 2. cum om. b2. committi om. γ. 8) ui*tes* 2. dionisi A. dionisii b. rell. Dion*ysii*. C: Lycurgus *Thracum rex* cum uid. — uineta: quare irac. Dionys*ii in furorem uersus, uinitoria falce sibi* c. a. *et* ideo — supplicium. 10) *de*cursus A. rell. cursus. conf. Porph. *deriuas* C. gent. mu. mva. rell. mu. ge. 11) terr. int. AγbR12. rell. int. terr. *an* posui pro *aut* lect. uulg. Scripsi: *pro gyras*, a uerbo *gyrare* Veget. R. V. II, 5. Plin. H. N. V, 10: chlamys orbe gyrato. Aptum esset *pergyras*, si hoc uerbum in usu fuisset. Ut nunc Itali dicunt: fare suo giro, et Angli: you run the streets, sic *gyrare* accipiendum est pro procurrere. γῦρος et γυρόω non tam latae potestatis sunt quam *Gyrus* apud Latinos, quae uox aliquoties est id quod *cursus*. Colum. X, 226: *paruo decurrere gyro*. Ouid. R. 398: *gyro curre, poeta, tuo*, quamuis uerum sit plerumque intellegi et dici *paruum*, *exiguum* Cic. Or. III, 19, *angustum* Senec. E. 12, *breuiorem* Sen. Hipp. 313 (lunae) aut ordine constitutum, ut dici Hor. S. II, 6, 26, aut gyros *praescriptos* Prop. III, 2, 21. *per gyros* fhQ (r giros). per gyr*as* Aγb, mva. *progiras* 2. per *gratias* R. 12) et om. R2. dion*isus* Aγ. rell. Dionys*ius*. 13) quaes*iit* Aγ. quesi*u*it R. rell. quaesi*u*it. *an uero* AγR, r. *aut uero* b, mva. *an* quia 1. *aut* quia fhQ. Conf. Porph. *numini* R, mv. *muneri* cett. libri praeter a: *q. uino eius. Muneri eius* h. l. frigere Asc. sentit, sed *uino eius* propter *eius* additamentum displicet, hinc lege: *uino, muneri eius,* in misc. conf. Porph. — imm. libri. *imisc*. b. *in*misc. uet. Ambr. Parr. EBφγ. Bern. et Barc. al. Satt. I, 2, 76. a*s*auiorem R. rell. suauiorem. s*a*niorem puto legendum, nam suaue uinum non suauius fit aqua admista. 14) flect*i*tur afh. rell. flect*u*ntur. 15) Diony*sus* A. dion*isus* γ. rell. dionys*ius*. 17) schol. om. bR1,r. 18) et hoc schol. om. bR1,r. Perperam, ut persaepe, Q refert ordinem in ed. v, quae omnino facit cum fh. Neque uerbis *modo coerces* schol. ull. in libris meis datum est.

20. *Bisthonidum, sine fraude crines.* [*Bistonides*] Thracae sunt mulieres, quae in Liberi Patris sacris bacchari consueuerunt, angues gestantes in capite.

*Sine fraude* autem sine compositione (crinium?), qui comi non poterant utpote uiperini.

23. *Rhoetum r. l.* Rhoetum enim Gigantem in leonem [con]uersus occiderat Dionysus.

24. *horribilique mala.* Maxilla metuendus, ut *Verg.* (A. XI, 681): [*Et*] *malae texere lupi cum dentibus albis.*

29. *insons C.* Non insons Cerberus, sed tibi *insons,* cui nocere non poterit.

30. *cornu d.* Libero et cornua nonnulli adsignant, quoniam uinolentia proteruitatem et contumaciam consueuit augere.

31. *et reced.* Ordo est: et tetigit pedes et crura recedentis ore trilingui.

*trilingui o.* Dicitur enim Dionysus et apud inferos regnasse, ut et ipsi sicut Dianae triplex daretur potestas.

1) Bist*h*on. A$\gamma$bR, ut u. 20 in Hor. Bernn. KB, Parr. A$\gamma$E et Barc. Lem-mati adiunxi uerba *sine fr. crines.* Thrace 2. scripsi Thrac*ae*, cum substant. Thrac*es* ortum sit ex seq. s. Thrac*us.* ut Thrac*ius,* adi. usitatum poetis, Val. Fl. II, 201, et Gell. XIX, 12. ubi, ut in Plinii locis VII, 40. XII, 1. XVIII, 7 Thrac*us* et Thrac*ius* secum confunduntur. 1) sacri*ficiis* bac*h*are b, qui constanter habet bac*h*us, bac*h*ae. 4) Sine r. *autem* $\gamma$b. rell. om. *autem.* Sine comp. *qui* A$\gamma$bR12,rmva. qua fh. Sine comp. *quia* temere ineulc. Q, qui h. l. non lacunam aliis explendam reliquit sed ingenue fatetur: 'hoc schol. nec intelligere nec in integrum restituere potui; *ergo intactum reliqui.*' Interponendum est *crinium.* C habet scholion: sine periculo par*en*tis. Legas mecum par*a*ntis. Sicut enim in hoc scholio par*a*ntis explicandum est substantiuo *paratus,* gallice parure (conf. Ouid. F. III, 627: hanc faciem decet largis paratibus uti. Met. VI, 451: magno paratu. Gell. XIX, 1: diues ex Asia magno *cultu paratuque* rerum et familiae. Tacit. Hist. II, 95: natalem Vitelli celebrauere ingenti paratu), ita nostro *compositione* substantiuum uerbo *componere,* e. g. *comas* Ouid. II, 679. *capillum* Cic. pro Rosc. Am. 46, conf. *comere* caput Tib. I, 9, 16. Quintil. XII, 10, 47. *capillos* Cic. Pis. 11. comas Ouid. Fast. II, 560 et Hor. II, 11, 24: *in comtum* sine *comptum Lacenae more comas religata nodum,* ubi B habet glossam: *ornatum,* $\gamma$: in *compositum.* 6) *Rhoetum* A in lemm., $\gamma$,rmv, ut Bern. KAC, Fran., plurimi Pariss. praeter ED, qui *comotum* poterant b, qui uitiis scalet. qui hab. *roeth*um, ut R (Acr.). *roet*um R (Hor.). *reth*um Bern. B. *rhaet*um A in scholio. Rhetum a. Rh*aec*um fh. — uersus A$\gamma$. rell. *conu.* schol. om. b. cciderat G. dionis*us* A. rell. iterum falso Dionys*ius.* 8) schol. om. R1G.r. in mv sequenti postpos. — Et om. A$\gamma$C. schol. om. b. 10) Hoc schol. constitutum est ex A$\gamma$. schol. om. b. Lect. uulg. in mvafhQ: Non *semper* sed *tunc* insons, *cum* nocere non *potuit.* r praemisit: *Non insons Cerberus.* om. lemmate. — *cum* noc. $\gamma$. *insons.* tibi. *quia* n. n. potuit C. conf. Porph. et gl. infra. 12) et A$\gamma$b. rell. om. ass. libri. *ad*sign. ad E. II, 1, 8 in uett. Amb. et Angl. 2. 3, Parr. EB$\varphi$ et in Mon. Ancyr. Gruter. 231. — nonnullas signant b. uin*u*lentia A. uin*o*lentia $\gamma$bG, Cva. rell. *ui*ol. quo uiolentiam 2. 13) c*en*suit 2. 14) Ordo — reced. om. Ab. ore trilingui ex $\gamma$. rell. etiam. 17) ips*e* *sicut* r. rell. ipsi *ita* ut. ut om. 2. — *Glossae ex* $\gamma$: u. 5. *euhoe.* interiectio admirantis. *recenti.* in audito $\gamma$C. 6. *pleroque bacchi.* praesentia numinis $\gamma$. praesent*iae* num. C. 7. *Laetatur. euhoe.* una pars. 8. *graui.* seuero $\gamma$C. *metuende.* timende. 9. *fas per uicaces.* id est per-

## PORPHYRION.

*Bacchum i. r. r.* Hac ode indicat a se uisum Liberum patrem in secretis nemoribus carmina docentem et, quasi perturbatus his, quae audierat, exclamat: ‚Euhoe!'

4. *auris capr. Sat. acutas. Acutas Satyrorum aures* non ad audiendum tantum referendas dixit, sed etiam ad figuram earum; nam sic uidemus Satyros fingi oblongis auribus acutisque [habentes].

5. *Euhoe r. m. trepidat metu plenoque Bacchi turbidum laetatur. euhoe metu trepidat* sacrae sagittae [se] perturbatum significat, et mira ἐνεργείᾳ totus hic locus explicatur: *plenoque Bacchi pectore turbidum,* et est bonus sensus; uiso enim deo quis non perturbetur, licet gaudeat? et bene repetitum *Euhoe,* quasi incitamento mentis ad hanc exclamationem instigante.

8. *parce pr. m. th.* Bene haec dicuntur ab eo, qui per mentis perturbationem putet sibi infesto thyrso deum imminere.

9. *fas p. e. m. Thyiadas. Fas est* nunc non significat *licet,* sed: *possibile est.* Vult enim probare, se deo non indignum esse, [et] mysteriis eius cum sufficiat cantandis his, quae ad sacra eius pertineant.

uicaces (sic). *thiadas.* s. cantare. 12. *lapsa.* direpta γ. delapsa C. 13. *fas.* s. cantare γ. supp. *est* cantare C. *beatae* s. honorem. 15. *disiecta.* duruta γC (dir.) — *non leui.* litotes. sed praecipiti γ. *praecipiti*, maxima, *per litoten* C. 16. *exitium.* laetum, e cum cauda, i. letum. 18. *flectis.* domas. conf. C. *tu* s. flectis. — *iugis,* montibus γC. 19. *coheres.* constringis γC. *uiperino.* anguineo. species pro genere γC. 21. *per arduum.* per excelsum. γC, qui addit: per alta loca. 23. *retorsisti.* deiecisti γC. 24. *horribilique* terribili γC qui addit schol. maxilla — albis. 25. *choreis.* saltationibus γC. *iocis.* ludis. 26. *dictus.* aptior. — *sat.* i. satis. uirg. sat satis uenire que datum est γ. C: *pro* satis. uirg. sat *fatis Venerique* datum. *idoneus.* aptus γC. 27. *ferebaris.* dicebaris γC. *idem* situ. 28. *Pacis eras medio belli.* id est, et pacis et belli potens eras γC, qui om. *id est* et *eras.*

PORPH. Ode LVIII. R. 2) in secretis MAR2. om. fh. secr. om. rva. 3) *his* quae MR. *hiis* quae 2. *iis* quae vafh (*usque* r). heu *heu* M. *heu hoe* R,rv. *ehu ohe* 2. Euoe afh. 5) aur*is* M. 6) eorum MR,rvafh. e*a*rum Q. conf. Acr. 7) oblong*is* aur*ibus* acut*isque* MAR2. *ob* longas aures acuta*sque* r. v addit *habentes.* *ob*long. aur. acuta*sque* hab. afh. Q tacite posuit obl. aur. *et* acutas habentes. 8) M habet hoc lemma: *Heu herenti mens trepidat metu plenoque pectore (om. bacchi) turbidum laetatur.* Heu he metuit trep. etc. Sane amplificandum erat lemma, quod uulgo in edd. est: *laetatur* heuhoe, *heu ohe, euhoe, Euoe.* laetat*us* 2. met*u* trep. 2, et sic legendum uidetur aut (nam poetae uerba esse uidentur, non interpretis) *Trepidat metu.* uulg. lectio est: Metuit, trepidat. 9) se om. M2. sacr*ae* sagitt*ae* perturb. M2,rva. sacr*a* sagitt*a* *se* perturb. fhQ. Alienum schol. habet R: *heu. hoe rec m. tr.* satis acutum perturbatum significat et etc. — scripsi ἐνεργείᾳ, ut supra II, 12, 28, quia *energia* non latinum est uocabulum. 10) *n*otus hic locus r. explicat*us*. *Plenoque bacchi pectore turbidum* i. e. bonus sensus. uiso M. Verba *plenoque Bacchi pect. turb.* sunt ex MR2 et rva, qui repetunt: *Heu ohe rec. mens trep. metu* et adiungunt *plenoque* etc. *et est* uulg. lectio. om. R, qui habet: *turbidum laetatur.* Sensus est 2. repetit*ur* 2. *eu heu* M. heu hoe R (const.). heu ohe 2,rv. Euoe afh. i*mm.* libri. schol. om. 2. 15) lemma in M: Fas peruicac*is* est mihi *thyrsos.* fas paruicac*is* est mihi *tyrsos* rv. — poss. est MR2. est om. rva. rell. est possibile. 16) Potest quidem pro *se deo,* scribi *deo, se,* cum *esse mysteriis,* omissa *et* particula, MR2,rva habeant, satius autem duco ne uerbum quidem mutare, interpuncto tantum post *esse* u posito. *et* myst. fhQ (mysteriis*que* Acr.).

11. 12. *iterare.* Ex integro cantare ac repetere [fas est].

13. 14. *Fas et be. coni. adeitum stell. hom.* Ariadnes coronam significat, quam Liber pater inter sidera conlocauit.

14. 15. *tectaque Penthei.* Pentheus (Liberum Patrem? deum?) uinctum recluserat, qui ob hanc causam fulmine ictus est.

16. *exitium Lycurgi.* Hic quod uites excidisset furore [sibi] a Libero iniecto crura sibi falce amputauit.

17. *tu flectis amnes.* Pro eo quod est, domas, [*Flectis* autem] positum est, tamquam decursus eorum declinet, quo uelit. An quia multas terras subegit? An uero quia (uino?) muneri eius inmiscentur (aquae?) et ad suauiorem (saniorem?) usum flectuntur?

*tu mare marb.* *Barbarum* pro saeuo ac uiolento propter subiectas tempestates dixit. *Flectit* autem ex superiore hic quoque audiendo.

18. *separatis.* Secretis ac remotis nunc significat.

*uuidus in iugis.* Madidus, scil. propter uinum.

20. *nodo coherces u. Bisthon. s. fr. cr.* Bisthonides Thracae sunt, quae,

1) *fas est* h. l. om. MR2. extat in vafhQ. pertinent autem *fas et* ad schol. sequentis emma, quibus ex u. 9 glossa *est* io codd. adspersa conspicitur. 3) co*n*loc. M. pater MR2,rv. om. afhQ. conf. Acr. 4) Penthe*us* MR2. ut Acr., rell. Penthe*um*. Liberum Patrem uel *deum* uel *eum* om. libri. Pentheus Bacchum Q. Equidem puto legendum esse: Pentheus *deum* uinctum recluserat. Conf. Eurip. Bacch. Ex eiusdem tragoediae male intellecto uersu 633: Δώματ' ἔρρηξεν χαμᾶζε. συντεθράνωται δ' ἅπαν. Orellio ad h. o. uidetur ortum esse hoc scholion quod fulmine ictum Pentheum dicit, quippe quod exitii genus nusquam alibi traditur. Acron eum furore Baccharum discerptum dicit, Eurip. et Aesch., Theocr. et Strabo ab ipsa matre eiusque sororibus. Vide Millin. Gal. I. 53 et lege expositionem fabulae apud O. Iahn. Pentheus und die Maenaden, 1841. — u*i*ctum MR. ut ad Acr., rv. ui*n*ctum afhQ. qui *ad* R. 6) *li*curgi M. — sibi om. MR2. 8) Hoc schol. Fabr. (fh) anteposuit sequentibus, quae in MR2 et rva sic se excipiunt: mare barb. 2: uuidus in iug. 3: nodo co. uip. Bist. sine fraude cr. 4: tu flectis amnes. 5: separatis. 6: leonibus. Apud f hic ordo est: 1. tu flectis. 2. tu mare barb. 3. uuidus in iug. 4. nodo co. uip. Bist. 5. separatis. 6. sine fraude. 7. leonibus. — Flectis autem fhQ. rell. om. 9) quo uelit omn. libri. om. Q. 10) quia *muneri* eius *im*miscentur et M2 (i*n*misc.). q. *nu*meri eius immisc. et R. q. numeri eius miscentur et r. quia *uino aquae* miscentur et fhQ. q. *muneri* eius miscentur et, om. aquae, va. Cum *amnes* non supplendi sint, *aquae*, ut in Acrone, add. uid. et *uino*. 11) *suaui*orem omn. libri. Aquae ipsae a Plin. XIV, 21 uocantur *suauiores*, nusquam usus earum suauis dicitur. Vinum merum Hor. E. I, 19, 11. C. I, 36, 13, asperum Ter. Heaut. III, 1, 40. durum Sen. 36. austerum Cels. III, 19 aqua admista lenitur, et ualidum ea fit imbecillius Plin. XIV, 21. suauius et *corpori salubrius* Colum. XII, 27. hinc et h. l. legendum puto *saniorem* i. salubriorem. conf. Lucan. VII, 830. 12) sub*ie*ctas omn. libri, in Acr. *subitas*, quod et hic recepit Q. Auctoritatem codd. respiciens seruauerim *subiectas*, aliquantum difficilius intellectu. Subiectis enim non eo sensu accipiendum est ut: mare est subiectum uentis Cic. Tusc. IV, 26. sed surgentibus, ut flamma subiecta Verg. G. IV, 385. in equum subiectus Liu. VI, 24, aut cum nauigatione coniunctis, obuenientibus, excitatis, coortis. Pariter tuemur *audiendo* cum MR2,rva. *sub*audien*dum* fhQ. 16) co*h*erces M ut uett. codd. Hor. fere omnes. bis*th*on. codd. Hor. conf. Acr. M bis*t*onidum in lemm., in schol. Bis*thoni*. bis*thonii* R. rell. bistoni*des*. — qu*i* M. rell. quae. thrace 2. Thrac*ae* sunt ut in Acr. scripsi.

cum in sacris Liberi Patris crinibus solutis uersantur, angues et [in] capite et in manibus gestant. *sine fraude* autem sine noxa ac sine iniuria intellegendum.

23. *Rhoetum ret. le. ung. horr. mala.* An *leonis unguibus* et *horribili mala retorsisti* an *retorsisti Rhoetum* qui est *leonis unguibus et horribili mala.* Sic dicitur illud apud *Verg.* (A. V, 565): [*maculis*] *quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis.*

27. 28. *sed idem pacis eras m. b.* Hoc est, tam belli quam pacis potens.

29. *te u. ins. C.* Non semper *insons* sed tibi insons, id est, qui tibi nocere non potuit.

30. *aureo cornu d.* Libero Patri ei cornua nonnullis adsignantur, quoniam scilicet uiolentam (uiolentiae etiam?) proteruitatem et contumaciam addere solet, quae per cornua significantur.

*leuiter att. c.* Suauiter, ut solent canes facere dominis blandientes.

# CARMEN II, 20.

## ACRON.

*Non u. n. t. f. p.* Allegoricos significat se in cycni figuram mutandum et carmina sua totum orbem impletura; unde et se immortalem futurum promittit. Auis enim, in quam se transfigurandum dicit, canora est, ui poetae merito conueniat et Apollini consecrata. *Non usitata* autem propterea, quia non uulgaria nec communia scripsit. Ordo est: Ego biformis uates ferar per liquidum aethera non usitata nec tenui pinna.

1) et cap., om. in. MR. et man. R. 2) autem MR2. rell.aut. ac MR2. rell. aut. 4) Verba An — mala om. edd. omnes. M2: leonis unguibus et hor. ma. tetorsist*is*. (retorsist*i* 2). R: *an* ung. et hor. ma. retorsis*ti*. rell. om. *Ad* ret. rhoetum (rhetum 2). mala MA2. *an* ret. rhetum — mala. ut apud R. maculis quem *t*ractus M. alterum *maculis* om. 2. 9) tibi MAR2.rv. omn. afhQ. 11) Cornua Libero Patri *et nonnullis aliis* ass. afhQ. Cornua — et al. ass. v. Cornua om. r. aliis om. r. Liber*i* patri et cornua nonn. a*ds*. M, om. aliis. Libero patri corn. et nonn. aliis ass. 2. Libero p. et corn. *a* nonn. ass. R. 13) uiolent*am* R. uiolent*ia* rvafh. ui*no*lentia MA2. etiam prot. MR2. rell. om. 14) signific*an*tur M2,rv. rell. signific*a*tur. 15) suau. — bland. MR,rv. ut sol. fac. can. dom. bland. 2. ut sol. dom. can. fac. bl, afhQ (om. canes).

ACRON. Ad mecenatem A (Hor.; notitia metri ante schol.). Ode LVIII R. Ad mecenatem allegorice tetracolos uel paranetice *sibi* γ. paranetice *sibi* uel ad mecenatem H. paran. se inmortalem (imm. Bφ) futurum et in cignum conuertendum ait BφE (X. X. = Od. 20). Paranetice *sibi* uel ad mecenatem allegorice tetracolos immortalem se *functum* carminis benefi*t*io et in cignum conuertendum ait b. paran. de immortalitate *sui*. Bern. B. ad maecenatem K.

19) futurum om. 2. 21) *pro* ea A. qu*i* non A2. qu*ia ante* non R. scri*bit* 2. 23) p*i*nna Aγ schol. et in Hor. conf. supra I, 3, 35 et II, 2, 7 (Aγ et K ut III, 29, 54) in nonnullis uett. codd. inconst. script., in A saepe i mut. in e. Vide quae dixi de Cod. Barc. p. 21. et Wagner. p. 465. Ordo — pinna om. A. Schol. ad *Biformis* ex A. rell. om. conf. Porph. lir. et *ex*am. A. propter lyrica carmina et hexametros uersus C. Biformem se dicit uel propter haec duo opera quae ipse composuit s. lyrica carmina et heroica. uel quia habebat duas formas. diuinam s. et humanam secundum se 2.

2. *Biformis.* Qui et lyrica et hexametros scripsit.

4. *inuidiaque m.* Ego qui maior sum inuidia, relinquam urbes. Inuidia enim maiorem se dicit, quia maioribus inuidetur.

5. 6. *non ego p. s. p.* Non ero ignobilis, qui putor humilibus parentibus natus.

*non ego q. u.* Ordo est: Maecenas, non obibo ego, quem uocas, dilecte, nec cohibebor Stygia unda. Significat, carmina non obire, per quae aeternitatem ipse mereatur.

9. *iam iam res.* Iam se dicit in formam cycni transire.

13. *uisam gem. l. B.* Toto orbe se uulgandum promittit, ut etiam perueniat ad barbaras nationes; nam per commemorationem gentium omnes terrae partes designat.

15. *Syrtisq. G.* Libycas; *Verg.* (A. V, 191): *nunc promite uires, Nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus usi.*

16. *Hyperboreosq. c.* Thracios. Hi ultra Aquilonis flatus septemtrioni subiacent, ut est: (S. III, 381 (IIII, 516): *Quin et Hyperboreo septem subiecta trioni Gens effrena uirum.*

18. *Marsae coh.* Pro Italiae militibus dixit, ut ostenderet, solos Romanos Dacis esse terrori.

20. *Rhodanique potor.* Hispani et Galli.

21. *neniae.* Carmen funebre.

22. *luctusp. t.* Propter habitum lugentium dixit.

24. *superuacuos h.* Superuacue enim honorari mortuos multi dixerunt, maxime Horatius, qui immortalitatem se uideri uult per carmina consecutum, nam et *Verg.* (A. XI, 52): *uano maesti comitamur honore.*

3) se maiorem 2. se dicit mai. r. 4) Non ego ero 1. 6) Ordo — unda om. Aγ. adest in b et edd. 7) quae per fh. rell. per quae. 9) Schol. om. R1,r. ostendit mutationis celeritatem C. cele*bri*tatem mut. ost. γ, qui totum schol. habet sic: *iam iam res cr. asp.* tactu scilicet. iam se — transire. cygni h. l. libri. de cycni script. unde Porph. argum. h. o. 10) hoc schol. in fh sequenti postpo. est. om. R1.r. 12) designat Aγ2,Cvafh. *significat* tacite incule. Q. 13) Syrt*is*que R. *sirtis*que γ. schol. om. γ, qui hab. glossam: loca deserta. promit*e* RC. promitt*o* v. C. Libycas, supp. uidebo fluctuare. Est autem Gaetulia regis Africae. Virg. — Getulis Syrtibus usi. Getul. Aγ in Hor. 15) *traceas* b. hi om. b. septemtr. Abγ,a. sept*en*tr. fh. subiac*et* b. hyperbore*os* b. *Hyperb. camp.* Scithicos (styth. r). Virg. Solus hiperboreas glacies tanaimque niualem. Sic exeunt scholia Acronis in librum II in R.r et in 1, qui om. Scith. Virg. Solus. 18) schol. om. 2, qui hab. gl.: *Marsae.* romanae. 17) pro potator. hisp. γ. 18) lugubres cantus 2. 22) abitum A. 23) *doleri* mort. Aγ. schol. om. b. dolor*e* mort. v. *honorari* mort. afhQ. *lugeri* C: superu. mu. dix, *lugeri mortuos.* 25) *commu*tamur γ. comita*ntu*r C. rell. comita*mu*r. schol. om. b. — *Glossae ex* γ: u. 1. *Non usitata.* non nota. cf. C. *nec* tenui. *nec* solubili γ. *facile* solubili C. *ferar.* deducar γ. sustentabor C. 2. *liquidum.* purum γC. 4. *longius.* diu uel amplius γC. 6. *sanguis* pro sapia γC (prosapia). conf. Cic. Uniu. 2: 'uet. uerbo' et Quintil. I, 6, 40. VIII, 3, 26: insulsum *uniuersam eius prosapiam.* freq. apud Plaut. et Apul. 7. *dil. mec.* uocatiuum enim sibi quasi a mecenate dictum posuit. *obibo.* non moriar γC (moriar). 8. *cogibebor.* *re*stringor γ. *con*string*a*r. nec tenebor infernalibus claustris C. *unda non* tene*bo* inf. cl. γ. 10. *alitem.* auem

## PORPHYRION.

*Non u. n. t. f. p.* Poetice significat se in cycni figuram transiturum et dulcedine cantus totum orbem impleturum. *Non usitata* autem, hoc est, non uulgari, nec enim uulgaria scribit.

2. *biformis. Biformem* autem (*ratem?*) se dicit, quod et lyrica scribat et hexametros.

5. 6. *non ego p. s. p.* Hoc est, non ego ignobilis, quem putatis humilibus parentibus natum.

*non ego. q. u. d. M. o.* Negat se obiturum, quod per allegoriam intellegi uult carmina sua semper floritura.

9. *iam i. r.* Iam dicit se in cycnum transfigurari.

13. *iam Daed. ocior Ica. u. g. l. Bospori.* Hoc significat, carmina sua ad extrema usque orbis terrarum et ad barbaras etiam gentes peruentura. *Gementis* autem Bospori, hoc est, perstrepentis ac sonantis intellege.

16. *Hyp. c.* Qui ultra flatus Aquilonis septemtrioni subiacent.

18. *Marsae coh.* Italorum militum accipe. Marsi enim Itali sunt.

21. *absint i. f. neniae. Neniae* enim cantus sunt funerum.

22. *luctusq. t.* Ad habitum lugentium refert, qui scilicet turpes sunt; *turpem* autem ipsum luctum ait [squalore lugentium].

24. *Ac sepulcri Mi. superu. hon.* Superuacua est enim sepultura ei, qui immortalitatem uidetur per carmina consequi.

HORATI FLACCI COMMENTARIORVM LIBER II EXPLICIT (M).

γC, qui addit: scil. cygnum. 11. superne. diuinitus γBφD. in superna mei parte. superne recte KAC Bernn. et Parr. fere omnes, supernae DI et Barc. 13. *notior* uel otior (uar. lectio). *icaro.* magis *notus* c. leuis uolabo quam icarus filius dedali. 14. *uisam.* uidebo. *gementis.* fluctu resonatis γC (f. resonantis). 15. *canorus.* sonorus γC. 17. *me colcus.* s. noscet γ. *qui dissimulat.* dacus qui fingit se non timere romanos γ. fingit se non timere C. 19. *me peritus.* discendo me. 21. *inani funere.* inanis enim luctus fit pro (de C) mortuis γC. *compesce.* reprime γC. 22. *querimoniae.* ne murmuraueris γ. 23. *clamorem* lamentationem γC. 24. *mittes.* omittes γ. *mitte.* omitte C.

HORATII FLACCI LIBER SCDS EXPLICIT. (γ).

Q. HORACII FLACCI CARMINUM LIB. II. EXPLIC. (b).

PORPH. Ode LVIIII. ad mecenatem R· cycni M (v), ut in lemm. et schol. IV, 2, 25 et ad III, 28, 15. Ad IV, 2, 25 K, qui h. o. bis habet, in altera habet a man. 1, g mut. in c. conf. Cod. Barc. p. 24 et Wagner. p. 423. Verg. E. VII, 38 (κύκνος). 2) *figuram* MA R2. rell. formam. 3) autem MR2. rell. om. hoc est autem non uulgaria scribit r, om. ulgari n. enim. Bif. *autem autem* M2. *autem* om. R. rell. bif. autem. *Bif. autem* leg. est. 6) exam. M. 7) schol. om. 2. Non *ero* ignob. MA. *a*bibo M. Neg. se *o*biturum M. 9) quo incule. Q. 11) cycnum MA,v. 12) iam daed. *no*tior *h*icaro uis. gem. li*tt*ora bos*ph*ori M, ut KEγRA (Par.) a m. 1. cod. Pith. etc. 17) nen. M. cantus sunt MR. rell. sunt ea. De neniis schol. ex cod. Theu. ap. Surringar. 169. 18) Ad — sunt ex MR. reil. om. 19) squal. lug. om. MR, r. in 2 linea subducta est. 20) *ei* MAR. om. 2. rell. e*is*. uid*et* M. uid*etur* AR2. rell. uid*entur*.

Q. HORATII FLACCI CARM. LIB. II. EXPL. (B).

# COMMENTARII
## IN CARMINVM LIBRVM TERTIVM.

## CARMINVM LIB. III, 1.

### ACRON.

*Odi profanum uulg. et arc. fauete linguis.* Haec uox in sacrificiis frequentabatur, qua significarent, ut bona omina haberentur. Quod opportune hic poeta posuit, quia sacerdotem Musarum se dicturus erat inferius, ut praedicendo *profanos* sacrorum se meminisse monstraret, ut *Verg.* (A. VII, 258): *procul, o procul este profani! Profani* dicebantur sacris non poterant. Hic tamen per allegoriam *profanos* imperitos dixit, qui merito doctis exosi sunt. *Odi* modo praesentis est temporis, aliquando tamen et pro praeterito ponitur.

2. *Fauete linguis.* ut (*Verg.* A. V, 71): *Ore fauete omnes,* id est, cantate mecum. [sicut enim *Seruius* in V Aeneidos locum istum exponit, ubi dicit: *Ore fauete omnes et cingite tempora ramis:* Ore fauete. Apto sermone usus est et sacrificio et ludis; nam in sacris taciturnitas in ludis ne-

ACRON. INCIPIT LIBER TERTIUS (A. Acr.). Incipit liber tertius. Ode LVIIII R. Ad chorum uirginum et *puerorum* A (Hor.) ut K. Inscriptiones praeter modo positas codd. Acr. AR non habent. Incipit liber tertius. Ad choros uirginum et *puellarum* γ. Incipit Lib. III. Ad ch. uirg. et *uirorum* b. Incipit III. pragmatice ad *indoctos* D. Incipit tercius ad ch. uirg. et puerorum *uel* ad indoctos P. Incipit liber III. *feliciter* ad ch. uirg. et puer. pragmatice ad indoctos. v et Angl. 1.

1) profan. Aγ, proph. fh. 2) bona om. hab*eri* inculc. Q, scholio non intellecto. Sensus autem est: qua significare solebant profanos i. non initiatos – eo consilio — ut bo. om. darentur s. dari et capi possent. C: *fauete linguis.* haec uox in saer. erat usitata et frequens ad bona omina (capienda?). 3) oport. γ,r. hic opp. po. R. 4) dict. se A. — ut Aγr. phan. fh. 7) *per*osi inculc. Q. rell. *exosi.* — et AγR12,r. rell. om. aliq. et, om. *tamen*, 2. 8) po*suit* γR2. rell. pon*itur.* 9) ut – – omnes Aγ, qui addit: i. cantate mecum. ablatiuus est. cant. meo. *Virg.* fh. cant. – mec. *ut* R. cant. mecum *uel silete.* sic enim r. R ad marg. a m. 1: al. silete. sic. enim. silete *modo.* sic enim 1.mva. sicut et Q sic *et* C. Sicut — linguis om. Aγ. Sicut – dicit om. fh. Fabricius, qui h. l. om. *Seruium*, eiusdem tamquam magistri urbis expositionem loci *Licet antestari* ad Sat. I, 9. 76 adfert. conf. Suringar. III, 33 et II, 62, ubi posteriorem h. sch. partem *Ore fauete . apto – linguis* a rec. quodam librario in Acronis Comm. intrusam dicit. 'Acro enim, inquit, citat Horatii locum quasi ad alium poetam scriberet Commentarium, ut recte uidit Burm. ad Seruii locum.'

cessarius fauor est. Fauet autem ore etiam quis per taciturnitatem. Horatius: Fauete linguis.]

2. *carmina non pr. aud.* Ordo est: Ego sacerdos Musarum canto uirginibus et pueris carmina non prius audita, id est, non ante dicta, a Romanis scilicet, quamuis Laeuius Lyrica [carmina] ante Horatium scripserit, [ut illa non ad plenum et exacte facta monstraret].

4. *canto.* Promittit, se carmen prolaturum, quo teneras aetates ad utilia instituat, quibus uitam beatam peruenire possint.

5. *regum tim.* Ordo est: Imperium regum timendorum est in proprios greges; imperium Jouis clari Giganteo triumpho [et] mouentis cuncta, supercilio est in ipsos reges. Vnde et *Verg.* (A. X, 18): *O pater o hominum diuumque (rerumque?) aeterna potestas* —, ut philosophice ostendat, neminem hominum esse a metu immunem omnes [que] uindictae numinum subiacere.

8. *Cuncta superc. mouentis.* (*Verg.* A. IX 106. X, 115): [*Annuit*] *et totum nutu treme fecit Olympum.*

9. *latius ordinet.* Digerat in ordinem; uinearum enim satorem dicit.

10. 11. *hic g. d. i. c.* In campo enim Martio comitia erant populi Romani, et eo descendebant, qui honores petere uoluissent.

4) non ante audita γR2,r: non *ante dicta seu* audita. Posui: non prius aud. i. non ante dicta. Ordo — audita om. A. 5) scilicet γR 12,rmva. supple CfhQ. om. A. *Laeuius* posui, cum leuius, ut codd. AR2 ad Acronem et uet. M ad Porph. habent, idem sit atque uetus poeta a Gellio II, 24. XII, 10 et XIX, 7. 9 dictus et a uiris doctis saepius confusus cum L*i*uio (Andronico) E. II, 1. 62, id quod Scaliger. in Lectt. Auson. II, 27 improbauit. Sic Asc. nostro loco et ad Acr. et ad Porph. scripsit *Liuius*, ut, ad Porph., r et v, quae ad Acr. habet *Les*biu*m*, ut 1 m et G (les*bum*). *Lesbius* γbR2,r et C, qui *Lesbii plectri* I, 26, 11 memor et I, 32, 5. II, 13, 26. IV, 3, 7, refert: Quamuis enim *Lesbius Poeta* ante Horatium scripserit lyrica carmina. *ea non erant Latina sed Graeca.* conf. Epist. I, 19, 27: Temperat *Alceus* — 32: Hunc ego, *non alio dictum prius ore, Latinus* Vulgari fidicen. Fieri potuit, ut pro les*u*ius librarii ponerent le*u*ius sicuti cod. M glae*u*a, ci*u*os pro glae*b*a, ci*b*os (p. 14 ed. Lips.) et cod. Barc. li*b*ia pro li*u*ia in Schol. ad IV, 4 habent. Errauit Q referens Li*n*ius esse in uet. Auct. In utroque legitur Li*u*ius. Auct. pag. 690: 'Utique non prius audita Romanis, quamuis Li*u*ius Lyrica ante Horati*um* scripserit: *sed uidentur illa non Graecorum lege ad Lyricum characterem exacta.*' conf. Porph. Fabricius (fh) in Acr. et Porph. *Be*bius. *Ba*bius, *M*aenius, *N*aeuius in libris Acr. et Porph. ad h. l. non occurrunt. conf. Bernhardy Litt. Rom. 167. 189. 6) Uncis inclusi uerba *ut* — *monstraret*, quae omn. libri tuentur. interpolata atque ex Porph. orta uidentur et deprauata. — carmina om. AγR2. *li*rica A. scrips*it* R. scrips*erat* r. rell. scrips*erit* *o*ratium Aγ, r. — non plenum, om. ad, fh. et om. 1. 7) carm*ina* R12,rmv. se om. 2. carm*en* Aγa,fhQ (G?). beat. uit. γ. 9) Ordo — reges om. A. 18) *et* om. γR12,rmva. recte. et CfhQ. mon. cuncta (cunct*o* v) γR12,Crmv. recte. cun. mou. afhQ. 10) Unde et *u*irg. *rerumque* hominumque (et R) *e*terna po. AR. re*ga*mque hom. r. rell. O pater o hom. diuumque (rerumque Verg. edd.) ae. po. In γ loc. Verg. inferius pos*i*tus ad *Iouis* u. 6. 12) ostend*et* 1. omn*es* Aγ2, rell. omn*esque*. Ad *timendorum* in γC glossa: qui timendi sunt. 14) Hoc schol. Q leuiter omisit. Annuit om. AγR,r (om. *et*). olimp. γ. 16) 2: *latius ordinet arb.* hic incipit cantare q. d. alii sunt ditiores, alii nobiliores, sed omnes sunt equaliter mortales. (*ordinet*) i. digerat etc. Schol. om. A. uin. *enim* γ. rell. om. 18) *disce*bant b. descend*ant* 1. honor*es* Aγb2, r. rell. honor*em*. nolu*issent* omn. libri. rec*te*. Cuidam placuit inculcare uolu*erunt*.

13. *contendat.* Id est, uiuat. Nonnulli autem distinguunt, ut *hic melior fama et moribus contendat,* cum supradicto scilicet, qui *generosior petitor descendit in campum.* Potest autem et sic dici: *contendat,* id est, uiuat *melior fama et moribus,* ut ostendat uarios actus hominum una necessitate perire.

*necessitas.* Id est, mors, et per hoc ostendit studia quidem diuersa esse hominibus ad morum et honorum gradus, conditionem tamen mortalitatis unam esse.

16. *omne cap. mou. una.* Aut quia in urnam omnium nomina, qui honores petebant, mitti consueuerant, ut qui sorte egressi fuissent, de ipsis iudicaretur, aut secundum opinionem illam uulgarem, qua adfirmabant, sorte singulos ab Orco ad mortem trahi, ut est: *et uana uersat in urna. Mouet* autem est: uoluit ad sortiendum fatum.

17. *cui super.* [Desuper] ut (C. I, 9, 5): *ligna super foco* [*large reponens*], et per allegoriam significat, neminem deliciose et libenter sub metu uiuere, et sumpsit exemplum a Dionysio Siculorum tyranno magnae saeuitiae, cuius dum potentia et copiae a Damocle quodam philosopho laudarentur, quod ad luxum ei cuncta suppeterent, rogato eodem philosopho ad prandium destrictum gladium super ipsum tyrannus a culmine iussit ligatum seta pendere; quo metu perculsus philosophus regalibus et adparatis copiis uti non potuit. Tunc Dionysius timenti respondit, hoc modo tyrannos uiuere et inter summos adparatus imminentibus urgeri periculis.

20. *non auium c. c.* Propter illos Siculorum reges, qui aut pro sollicitudine aut pro deliciis sine auium cantu et sine citharae sono dormire non poterant.

21. 22. *somnus a. l. u.* Lenis i, e. altus, quo rustici aut lassitudine laboris utuntur, aut animi securitate. *Verg.* (G. II, 467): *At secura quies et nescia fallere uita.* Ordo est: Lenis somnus agrestium uirorum non

1) Viuat γ,r (om. id est). rell. om., habentes infra tantum *i. uiuat. aut* dist. 2. *et* mel. 1. cont. in campum 2, qui om. *cum* — *campum.* totum schol. *Nonnulli* — *perire* om. A. — distingunt b,r. — *ph*ama γ. 3) descend*at* R. — cont. *pro* uiuat R2. 4) homin*um* R. *ad* mor. AγR12G,rmva. *et* mor. fhQ. *b*onorum r. rell. *hon.* grad*um* 2. grad*ibus* fh. rell. grad*us.* 9) in urn*a* AγR,rmva, om. 2. 10) *im*mitti 1. 11) adf. γ. 12) orto 1. 14) Desuper om. AγR. — large rep. rfh. rell. om. 15) foco *ensis*] allegoricos 2. Aut lemma amplificandum aut pro et nouum h. l. ponendum: *ensis* — *pendet*] per alleg. (Porph.) 16) sub metu uiu. Aγb. rell. uiu. sub metu. R: uiuere posse sub metu. *et* sumps. AγbRC,rva. *et* om. fh (Porph.) *dat* exemplum *de* dionysio 2, 17) *diogene* 12G,ra. dio*mede* γ,v. diomed*ie* b. domede A. d*i*mo*cle* fh. *D*emocle C. d*a*mocle R (corr.). Cic. T. V, 21. — quodam om. 2. 18) subp. A. 19) ad *caenam* 2. destr. AγR2G,r, ut AγK in Hor. conf. supra Porph. I, 9, 5. rell. d*i*str. — *trabe* C. rell. culm. 20) ligatus et appendere b. 21) *ad*par. A. 22) t*i*r. b. 24) aut pro soll. Aγ (so*l*ic.) R12G,rm (solic.) va. om. fh. alt. *pro* om. A. deli*t*iis R. 26) Lenis id est om. A. rust. lass. lab. aut an. sec. utuntur 2. loc. Verg. om. 2. 28) Ordo — ruris om. A. satis, om. est fh.

fastidit humiles domos et umbrosam ripam, et non fastidit desiderantem, quod satis est. *Tempe agitata zephyris* i. e. loca nemorosa et amoena ruris. *Non humilis domos fastidit.* Vt *Verg.* (E. II, 29): *Atque humilis habitare casas.*

24. *quod satis est.* Quod sufficiat ad uictum cultumque aeris, non ad ambitum diuitiarum. (*Tumultuosum*). Hic [autem] conuertenda est oratio, ut: *tumultuosum mare* et *saeuus impetus cadentis Arcturi aut orientis Haedi* non sollicitat somnum et caetera similia.

28. *aut orientis Haedi.* 'Αντίθετα *cadentis et orientis,* qui aut in ortu aut in occasu faciunt tempestates, ut (G. I, 205): *Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis, Haedorumque dies seruandi et lucidus Anguis,* et alibi (A. IX, 665): *pluuialibus Haedis.*

27. *Arcturi.* Septemtrionis, ut (*Verg.* A. I, 744): *Arcturum pluuiasque Hyadas.*

30. *fundusque mendax.* Qui agricolae spem nihil ferendo deceperit Ordo est: Et non sollicitat [illum] fundus mendax arbore culpante nunc aquas, nunc sidera torrentia agros, nunc iniquas hiemes. *iniquas,* id est, nimias et graues.

*arbore.* Quae florum ubertatem non perferat ad fructum pomorum, ut *Verg.*, dum de fructifera loqueretur, (G. IV, 142): *Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos Induerat, totidem auctumno matura tenebat.*

33. *contracta p. ae. s.* Bene dixit *pisces,* non beluas, ut augeret breuitatem angustati maris, quam exiguitas tanta sentiret.

34. *iactis in alt. mol.* Verbo [in] ipso usus est fabricantum. *Jaci* enim in mari moles dicuntur, quotiens excluditur aqua.

36. *quietis ord. p. d.* Philosophi enim hanc beatitudinem Diis dederunt, qua eos otiosos esse et nihil curare nec alicuius rei sollicitudine teneri dicant, semel mundo lege disposito, unde *Verg.* (A. IIII, 379): [*Scilicet is superis labor est*] *ea cura quietos Sollicitat.*

37. *dum longus i. s. Ilion.* Tolerabilius se ferre confirmat, ut, longo spatio maris interiecto, Romae regnent potius Troianorum (Romani,eorum?) nepotes, quam ut Ilion fruatur imperio.

38. *exules.* De exulibus nati.

39. *regnanto.* Pro regnent, ut *sunto* pro *sint.*

40. *Priami Paridisque busto.* ut *Verg.* (A. XII, 828): *Occidentque sinas cum nomine Troia.* et (A. III, 11): *Et campos ubi Troia fuit.*

41. *insultet a.* Libere superuagetur et conculcet, ut (G. III, 117): *Insultare solo et gressus glomerare superbos,* et alibi (G. IV, 10): *Neque oues haedique petulci Floribus insultent.*

42. *inultae.* Inlaesae, securae. Siluosis enim et desertis locis ferae catulos tuto celant, ut (G. II, 471): *siluas et lustra ferarum.*

42. *stet Capitolium.* Subauditur: dummodo Ilium ruat.

43. *triumphatisque po. Ro. f. d. i. Medis.* Species participii est, ut

b. discere *uel* ducere 1 m. cum gl. Porph.: s. adsuescere s. saporibus nectaris. Par. C. utraque lectio uetusta. *discere* pure in uet. M Porph. et in BφDHPR. Bφ cum glossa: adsuescere sap. nect. et P: assuescere saporibus *diuinitatis.* Bern. A cum gl. gustare. *Discere* ergo et labiis cognoscere, ut auribus, oculis IV, 14, 8. Verg. A. II, 66. VI, 755. Ouid. Her. XXI, 228. *Discere* lectio Porphyrionis est, in quo displicet *adsuescere.* Plin. VIII, 43: asini adsuetos potant fontes. Cels. I, 3: sumere cibum adsueto leuiorem. In Acrone *ducere*, non *discere* explicatur per potare, propinare. — pot*iri* R. potiori γ. rell. potare. pro *priu*are r. rell. propinare.

1) Phil. *Epicurei* C. rell. Phil. *enim.* 2) qu*a* A, CmvafhQ. qu*ia* γ,r. qu*od* R2. *qui etiam* ociosos eos esse b. 3) simul 2. — disposit*a* A. 4) Scilicet — est om. Aγb. *his* sup. 1, ut Cod. Gud. in Verg. Conf. Quintil. IX, 2, 10. Rufinian. 196. R. Probi Inst. I, 10, 4. Donat. ad Ter. Andr. I, 2, 14. 5) To*ll*eb. 12. 6) *Troian*orum nep. Codd. mei et rfhQ, qui de h. u. tacet *Rom*anorum uet. cod. ap. Nann. Misc. III, 12. Grut. Lamp. I, 1266 et mva. Nannius: Roma*ni eorum* nepotes. 7) ut Ili*um* (ili*on* A,C et qui tacite inde induxit Q) fru*a*tur imper*io* AγCfh. ut *illo* fru*an*tur imper*io* R1G, rmva. il*io* *serue*tur imperi*um* uet. cod. Nannii qui consentit. il*ii* fru*an*tur imper*io* 2. schol. om. b. schol. ad u. 38 *exules* ex AγC. rell. om. Schol. ad u. 39 *regnanto* ex A. aliter γC: ut *sunto* pro*sint*. *futurum* pro *praesenti.* conf. Porph. rell. om. 12) schol. om. b. Libere superuagetur om. A et γ in scholio. glossa est, recepta a C. Lib*er* R. *in*culc. R2. rell. *conc.* Schol. ex AγC. rell. om. Conf. Seru. A. II, 557. III, 3. X, 60. Macrob. V, 1, 8. — Loc. Verg. ap. Nonium 330, 18. 14) et alibi — insultent Aγ,C. rell. om. conf. Macrob. S. VI, 5, 3. De *petulc.* Probus 64, 29 K et Festus 206 M. hedique A. 15) Schol. om. b. i*n*lese Aγ. i*ll*esae r. Loc. Verg. ap. Nonium 333, 7. *siluas et* libri Acr. *saltus ac* Verg. sylu. afh. 17) Subaudi*tur* dumm. A. subaudi*endum* dumm. s. dummodo γ2. *supp.* dumm. C. *sub est* du*m*odo r. rell. om. Ili*um* AγR2. ilio*n* rQ. schol. om. b1G, mva. 18) participi*um* γ. Loci Verg. sic se excip. in Aγ. VI, 793 *regn. per arua.* III, 125: baccatam (bacch. γ) nax*om.* et VI, 836: triumph. corin*to*, om. primum III, 14: *regn. Lycurgo.* Locum quartum VI, 793 om. γR, Crmva.

(A. III, 14): *quondam regnata Lycurgo*, et (A. III, 125): *bacchatamque iugis Naxon*, et (A. VI, 836): *triumphata Corintho*, et (A. VI, 793): *regnata per arua.*

44 *dare iura Medis.* Medos hic pro omnibus gentibus posuit, ac si dixisset: per triumphum subditis hostibus leges inponat.

45. *Horrenda.* Metuenda omnibus gentibus.

46. *Extendat oras.* ut (*Verg.* A. I, 279): *Imperium sine fine dedi.*

*qua medius liq.* Gaditanum mare dicit; inde enim incipit Europa secerni a Libya.

47. *ab Afro.* Ab Africa synecdochicos, id est, per quae loca diuiduntur Europa et Africa, duae partes mundi.

48. *qua tumidus riget arua Nilus.* Dum inflatur, ut riget.

49. *aurum inrepertum.* Aurum etiam Roma contempnet, quod multo utilius est [omnibus] hominibus, cum latet adhuc sub terra; minus enim causas auaritiae praestat. *Fortiorem* ergo dicit Romam contempnendo aurum fore, *quam in usus cogendo.* Veteres enim Romani et hoc plurimum potuerunt, quod amatores paupertatis diuitias post habebant. *Spernere fortior.* Quod fortis animus spernere debet (potius?) quam in usus cogere, ut (A. VI, 843): *paruoque potentem Fabricium* [*et u.* 844: te *sulco, Serrane, serentem*]. Ordo est: fortior spernere aurum inrepertum, — et sic melius situm, cum terra celat —, quam cogere in usus humanos, dextra rapiente omne sacrum.

52. *omne sacrum rap. dextra.* Sacra enim omnium gentium rapuere Romani, non modo aurum. *Dextram* autem aut pro auaritia aut pro bello posuit, [ut] *Verg.* (A. III, 56): *quid non mortalia pectora cogis Auri sacra*

1) lic. mv. 2) iugis om. Aγ. nax*on* mvafh. nason r. Cor*y*ntho Q. 5) di*xis*set AγbR12,r. rell. dic*er*et. hic om. b. — i*n*po. Aγ. Schol. ad u. 45 ex Aγ. metuenda gentibus in ultimas usque terras C. rell. om. 6) Schol. ex Aγ. rell. om. Extend*at* A in Hor., extend*et* in lemm. scholii. Loc. Verg. in Max. Vict. de carm. her. 6. — *u*nde 2. in *eo* b. rell. inde. 9) libia Aγb. 10) Schol. om. Ab. ab africa *et asia* 2. sin*o*doche r. Synecd. om. γ2. 12) *Qua tumidus rigat.* schol. ex A et γ, qui habet: i. dum infl. ut *terret.* C: Dum inflatur, rell. om. 13) Aur. e. Ro. γbR12,Crmv. aurum om. a. rell. Etiam Ro. aur. — conte*nd*et 2. conte*mpn*et Aγ. 14) *omnibus* hom. 1G, CrmvaQ. rell. om. *omni*bus. Ceterum aurum *utile* esse nequit, quod latet. 15) auar. causas R2. 16) Veteres — habebant om. 1G,mva. — *et* AγbR2. e*x* C. *in* fhQ. 17) pot*entes era*nt 2 (Verg.). rell. pot*uerunt.* 18) Nouum lemma et schol. *Spernere* — cogere ex AγR2. rell. om. loc. Verg. om. b. Probi Inst. I, 9, 10. Schol. Lucan. X, 152. Et, — serentem fh cum C. rell. om. *et* in Cfh Acronis, non Vergilii est. Q: et te sulco. Ribbeck: *nec* schol. Persii (I, 74) *et* schol. Horatii. In Verg. ipso: *uel* te sulco, Serrane, serentem. Ordo — sacrum om. A. Fabricius post *humanos* om. dextra — sacrum, lemmatis signum oblitus. 21) *quam cogere*] quasi 2. 23) rapuerunt 1. 24) modo om. γ. Sacra — aurum om. Ab. *rap. dextra*] *Aut* pro au. bR. 25) ut om. Ab. Quintil. IX, 12, 10. Isid. Orig. II. 21, 16. Priscian. Praeexerc. 360. Schol. Lucan. III, 118. *dextra* pro ui bellica quam comitatur aut praecedit potius auaritia, ut Virg. C. 25) quod non b.

*fames*, et *Iuuenalis* (X, III, 24): *Atque omni ex crimine lucrum* — *Quaesitum.*

53. *terminus.* Finis naturae (terrae? maris?), quo mundi spatia terminantur: [ad quem adhuc] ad hunc armis [dicit] perueniri ambitu gloriae, sine auri cupidine.

54. *qua parte debacchentur ignes.* Κεκαυμένην, inhabitabilem, ut *Verg.* (G. I, 234): [*Semper sole rubens et*] *torrida semper ab igni.* in qua incendium [ita semper est,] ut furor bacchantibus dominetur, ideo[que] dicit *debacchentur.*

56. *qua neb. p. r.* Septemtrionalem significat cardinem, hoc est, niualem, ut [item] *Verg.* (G. I, 236): [*Caerulea*] *glacie concretae atque imbribus atris.*

57. *sed. bell. fata Quir. hac lege dico.* Constituo, sancio Romanis hoc ius fatorum, ut perniciosum habeant, per se reparari Troiam. *Bellicosis.* pugnacibus.

58. *ne nimium pii.* Qui uelint praestare parentibus contra uoluntatem Deorum.

59. *Rebusque fidentes.* Confisi potentia.

62. *tristi cl. iterabitur.* Hoc Quidam ideo dictum uolunt, quo Fimbria, legatus Cinnae, Ilion temporibus Syllanis oppugnauerit ac diruerit, qui mox seditione militum peremptus est. Ordo est: Fortuna Troiae renascens lugubri alite iterabitur tristi clade me coniuge et sorore Jouis ducente uictrices cateruas. *Iterabitur.* repetetur.

64. *coniuge me Jou. et sor.* Ut *Verg.* (A. I, 46): [*Ast ego quae diuum incedo regina*] Jouisque Et soror et coniunx.

1) et om. mvafh. — loc. Iuuenal. om. R1,r. 3) finis *a maris* R. rell. fin. *naturae*. 4) ad *hunc* arm. Aγ. ad quem om. Aγ2. ad om. R1, mv. *ad quem adhuc* armis. — dicit om. Aγ. peruenire amb. 2. *prae*ueniri v. 5) *et* auri C. si*n*e γ2. recte, nam *Roma, spernere fortior aurum.* rell. si*u*e. 6) debachentur Ab. debach*a*ntur r. rell. debacchentur. conf. Acr. ad C. I, 22, 22, ubi κεκαυμένην (CQ) item codd. confirmatur. cecaumenen A. cecaumen G. cenaumenon R. ceucamen γ. cacumen rmv. ce*r*aumenen a. κεραυνομένην fh. dicit AγR,r. rell. di*x*it. 7) Semper — et om. AγR, qui habet: *ignes* plagam et zonam perustam dicit ut torrida semper ab igni. in qua incendium dominetur. igni *est* fh. schol. om. b, qui habet: qua p. debach. ignes i. *in arente.* 8) ita inc. A. *di*cit om. A. 10) septentrione*m* 2. signifi*cans* 1. sign. hoc est niu. cardinem 2. id est, *glacialem et* niu. C. item Verg. Caer. om. Aγ. 11) concret*a* Aγ (glat*iae* concr. at imb.) R, r (glacie*s* concreta *niuali* atque). i*n*br. A. 13) In lemm. Q om. *hac lege dico.* Constituto mvfh (lege). *Constituo* om. 2. Constituo AγR et rell. *edico*, constituo C. sanc*t*io A. sancio. *statuo* 2. reparari AγR et Q tacite cum C. edd. omn. reparare. *Bellic.* pugnacibus. ex AγC. rell. om. 16) *id est* qui 2. qu*ia* γ. rell. qu*i*. qui uelint *iusta* pr. C. Deorum uol. 2. 18) Confisi pot. ex AC. rell. om. 19) Hoc quidam ideo dictum Aγb. hoc ideo *dictum* quidam R. hoc ideo *dici* quidam r. rell. hoc ideo quidam dictum. fi*n*bria A (u. 65 fi*m*bria). 20) *eam* temp. b. rell. ilion. cynnae R. S*y*llanis AR,rmvafh. s*i*ll. γb. S*u*ll. CQ. obp. b. se dic. b. 21) Ordo — cateruas om. A. 23) *Iterab.* repetetur. ex AγC. rell. om. 24) Ut uerg. A. ut uirg. r. rell. *sic* uirg. Loc. Verg. om. γR. — Ast — regina om. A.

65. *ter si resurgat mur. aeneus.* Pro nimia fortitudine dixit: hic autem quotiens reparata fuerit, diruendam dicit, ut finitum pro infinito ponat, aut ter Troiam significat perisse, semel ab Hercule, secundo a Graecis pro (repetenda?) Helena, tertio a Fimbria.

67. *ter uxor.* Quidam Andromachen intellegi uolunt propter Hectorem et Astyanacta.

69. *non hoc iocosae conueniet lyrae.* Verba poetae, id est, non talia conueniunt nostrae propositioni. A Junonis uerbis in se poeta conuertitur.

70. *peruicax.* Vel licentiosa uel reprehensibilis.

72. *modis.* Modulationibus metrorum.

## PORPHYRION.

*Justum ac ten. p. u.* [Non est alia haec ode quam superior, sed illi ad-

1) Pro nim. fort. dixit γ. rell. om. hic autem γR. rell. hic *aut.* 2) fuerit *troia* A. diruend*um* γ. 3) sign. troi. per*i*sse Ab. rell. tr. sign. per*ii*sse (perisse γR,r). 3) iterum C. rell. secundo. 4) repetenda CQ. rell. om. 5) *Et* uxor A. — *per* hectorem 1. 6) ast*i*anacta γ. hastianacta A. ast*y*anacta R1,a. astyanact*am* r. astyana*tha* m. astyan*attam* v. Astyanac*ten* fh. 7) schol. om. b. non hoc A in Hor. et in Acr., γbR,rmv, ut omne fere uett. codd., rell. h*aec*. conueni*et* A (conueni*at* in Hor.) ut plurimi uett. codices. γ,r om. in lemm., conueni*at* b in Hor. ut HOP et pauci codd. rec., conuen*it* v. conueni*unt* a. Lectiones conuen*it* et conueni*unt* ex scholiis ortae. Par. C: non conuen*it* inquit lirico carmini seueriora loqui sed iocosa et de amoribus more suo agens etc. conuenie*nt* inculc. Q. — Verba poetae γ. rell. om. id est non — propisitioni om. A. schol. om. b. 8) pr*ae*p. 2. 9) *uel* lic. uel rep. Aγ. lic. rep. R12,r. rell. lic. uel rep. 10) modulatio*nis* fh. modulationibus *carminum* 2. modull. *lyricis* C. — *Glossae ex* γ: u. 6. *manus iouis.* s. quatit illum. 7. *fractus* illisus γC. *inlabatur.* i*r*ruat *et* capat γ. *ill*ab. ruat, cadat C. 10. *arces* celum γ. caelum *stellatum* C. *attigit.* tetigit. 11) *Quos inter* i. inter pollucem et *castorem* (Herculem?). 11. *augustus recumbens.* reclinans (reclina*tus* C) residens γC. 13. *merentem* i. tali honore dignum. γ. an *merentem* pro eo quod est meritum seu *tali honore dignum* an *merentem* i. militantem. C. conf. schol. 14. *uexere.* deduxere. *tigres.* animalia sunt bacho sacrata. *indocili.* insueto non tibi sed nobis γ. natura C. 15. *hac quirinus.* uirtute animi γC. 16. *martis.* i. patria uirtute. 17. *gratum.* dulce. placidum γC. post dum. 18. *ilion. ilion.* accusatiui sunt graeci. 19. *incestusque.* scelestus γC. 21. *ex quo.* ex illo tempore γ. tempore C. *destituit.* decepit. circumuenit γC. 22. *pacta.* promissa γC. 25. *splendet.* renidet γC. 27. *per iura.* fallax γC. *pugnaces.* doctos pugna γC (pugn*ae*). 28. *refringit.* ut (Verg. A. II, 13): *Fracti bello.* γC. cf. Acr. ad C. I, 35, 16. Seru. A. III, 1. Donat. ad Ter. Hec. I, 2, 39. 29. *ductum.* elongatum γC. 30. *protinus.* deinceps γC. cf. schol. — grau*is*. i*n*portabil*is* γC (i*m*portabil*eis*). 37. *dum.* i. tantummodo γ. dummodo C. 44. *Roma ferox.* aspera uirtute γC. 46. *Qua.* per que loca γ. conf. schol. u. 47. 50. *fortior.* ipsa scil. terra γR (Roma). *spernere.* ad spernendum γC. 54. *gestiens.* festinans. 56. *rores.* debacentur. 57. *bellic. quirilibus.* Datiui sunt. 63. *uictrices*, pugna*biles* γ. pugnaces C. *cateruas.* cohortes γC. 67. *excisus.* deiectus γC.

PORPH. Ode LXII. R. 12) *ac* M2,rvafh. *et* R (Acr.). Non — adhaereat in MR2,rva inferius sunt colloc. inter u. 16 et 17 post lemma *gratum eloc. consiliantibus.* Hinc alicui poetae codici adscriptum ac serius in Porph. receptum uidetur additamentum. Ut alios hic mittam, ex cod. Bern. 4 adscribo haec: dicunt quidam hoc esse de superiori oda et sic *continuabitur.* Instruendi sunt adolescentes fortitudine et fidelitate et insticia. Sed sit altera in hac oda. Intendit hortari ad tenacitatem iusticiae multas utilitates inde peruenire. hoc autem ad laudem augusti qui iustus et tenax propositi. — od*a* rva. qu*a* sup. M. *ac* tacite inculc. Q. rell. qu*am*. adheret M.

haeret. Quare falluntur, qui eas separant, quippe cum manifeste ipsi adhaereat.] In secta Stoica et hoc dicitur, iustum uirum et honesti propositi non terreri ciuium opinionibus exigentium, ut aliquid contra rationem faciat.

4. *non u. i. ty. m. q. s.* Id est, eum, quem *iustum et tenacem propositi* ait. Ergo sensus est: Sapientem uirum non quatit i. e. non conturbat minax uultus tyranni, ideo scilicet quia solida mente est, id est, firma ac constanti.

9. *hac arte Poll.* Hac uirtute.

*et u. Herc.* *Vagus* dictus est, quia orbem terrarum peragrauit.

10. *arces a. igneas.* Id est, sidereas, ac per hoc caelestes.

11. *quos inter A.* Bene, quia et ipse uirtutis cultor est.

12. *purpureo b. o. n.* *Purpureo ore* claro et splendido, ut *Verg.* (A. I, 590): *Lumenque iuuentae Purpureum.*

13. *hac te merentem Bac. Pater.* Hac virtute, scilicet *merentem. Merentem* quomodo accipimus? utrum simpliciter, id est, dignum, an ut *mereri stipendia milites* dicimus?

15. *indocili i. e. t.* Alioqui scilicet indocili; non utique etiam sub Libero Patre, qui eas docuerit iugum suum trahere.

17. *gr. elocuta consil. Ju. Diuis.* *Consiliantibus* nunc in concilio agentibus intellegendum. Est autem sensus: Junone elocuta, quod erat cum Diis, apud quos in consilio loquebatur.

15—18. *hac Quirinus Ma. eq. Ach. fu. gr. eloc. cons. Junone Diuis.* Significat enim hoc Romulum in caelum receptum, Junone iam mitigata

1) *cum* MR2,rva. qu*ae* fhQ. — *ipsi* 2. *operi* MR. rell. om. *ad*hereat MR2. haereat rva. *co*haereat fh. cohaere*ant* tacite incule. Q. Caeterum dicendum est, fhQ (G?) hoc schol. principio posuisse. 2) *etiam* hoc 2. dic*it* M. rell. dic*itur*. *et* hon. M2,rva. *ab* hon. proposit*o* R. *et* om. fhQ (honesti*que* tacite inculcans). 5) *et* ten. MR2,rvafh. *ac* incule. Q. id est quenque inst. et ten. prop., om. *ait*, r. *scil.* eum R. 7) *ac* MR. rell. et. 9) schol. om. afh. cf. Acr. 11) sid*era* R. 14) iuuen*tae* omn. lib. Acr. et Verg. cf. A. IV, 559 et Nonius 320, 5, 340, 33. iuuenecae fh. iuuen*te* v. 15) Hac uirt. M,r. gl. om. R2. *merentem* h. l. addunt M,rv. rell. ad lemma seq. sch. trahunt. Lemma amplificaui cum M,rva. Rell. *hac*] Virt. scil. 16) accipimus? R. accipi*mus*. M2. id est utrum 2. acc*e*pimus. utr. r. Utr. v. dicimus. M. 18) alio qui M. rell. alio*qui*. alioqu*in* R,Q. scilicet MAR2, s. rv. om. afhQ. — libero patre MAR2. patre om. rmvafhQ. 20) eloc*u*ta M. grat*a* elo*quu*ta r. 21) Post u. *sensus* Q puncta posuit dicens: 'lacunam signauimus de explenda eadem nimis dubii'. *quod* M2 (1 m. *quae* in *quod* mut.) cum R. rell. *quae*. *in* cons. MAR2,rv. *in* om. afh. loquebatur. Gratum eloc*uta* consiliantibus i. d. (Iunone Diuis) non est alia haec ode — adhereat hoc modo. hac quirinus martis equis acheronta fugit. gratum elo*quu*ta (sic M h. l.) consiliantibus iunone diuis. Significat enim hoc romulum etc. codd. et edd. Vide supra principio argumenti loco quae leguntur. 23) Interposito longiore lemmate omnia clara uidentur. *enim* M2. rell. om. h*ae* 2,rva. rell. hoc. re*per*tum R. iam MAR2. edd. om.

Romanis, quibus [aliquamdiu] propter iram, quam in Troianos habuit, aliquamdiu irata fuit.

18. *Ilion Ilion.* Haec iam Junonis uerba sunt in consilio.

23. *mihi cast. dampnatum Min.* Pro *a me* dampnatum, Ilium scilicet.

25. *iam nec Lac. spl. adult. fam. hosp.* Eleganter haec dicuntur, quibus quasi ostendit se Juno [ad] satisfactionem usque ad ultionem percepisse de Troianis.

34. *dicere nectaris sucos.* Id est, adsuescere saporibus nectaris.

37. *dum long. int. saeu. Ilion.* Dum longe sit, inquit, ab Ilio Roma, in qualibet parte orbis Romani, quantum in me est, regnent. Eleganter hic peruicacia iratae in Troianos Deae exprimitur.

39. *regnanto beati.* *Regnanto* pro regnent. Tertia pro secunda persona est, ut est illud *Vergilianum* (A. V, 314): *Tertius Argolica hac galea contentus abito*].

41. *dum Pri. Par. busto ins. arm.* Hoc est, pascendo supergrediatur.

42. *et catulos f. c. i.* Perite ostendit, quam desertam esse uelit Troiam.

44. *horrenda l. n. i. u.* Non perpetuo epitheto *horrendam Romam* dicit, sed *barbaris horrendam.*

45. *qua m. l. s. E. ab A.* Gaditanum mare (siue) fretum significat; inde enim incipiunt discerni Europa et Libya.

48. *qua tumidus r. a. Nilus.* Non semper tumidus, sed tunc tumidus, cum rigat.

49. *aurum inrepertum e. s. m. s. e. t. e. s. fortior.* Bene aurum utilius ait esse, prius quam de metallis [cum] effodiatur, quoniam effossum causam

1) aliquamdiu irata MR. rell. quibus aliqnamdiu. in troian*is* R. fuit om. M. 3) concilio 2. rell. consilio. utrumque recte, siue auditores siue consiliantes sint. 4) damn. M bis ut R,rvafh. dampn. 2. i*ll*um MR2,rv. rell. Ilion scilicet. Scil. Ilion pos. Q. I*l*ium scripsi. Ilion scilicet uerbis *cestusque* addunt fh, non Pat. ut Q refert. 2) quibus MA. rell. om. ostend*i*t MAR2,rv. ostend*a*t afhQ. se iuno MR2,rv. Iuno se afhQ. *ad* satisf. usque ult. afhQ. *a* satisfactione *usque ad* ult. (ulct. r) rv. *ad* satisfactionem usque ad ult. M2. iuno satisf. (om. ad) usque ad ult. R. recte. 8) *Discere* necteris su*cum* M. Discere nectaris *suetum* rv (non succum, ut ref. Q). *discere* nectaris *succos* R,a. ducere, n. succos fh. Lectioni su*cum* sapo*res* oppugnant et metrum. 9) inquid M. 10) reg*net* fh (sc. Roma). rell. regn*ent.* 11) peruica*t*ia M. iratae om. R. 12) regn. be. *Regnanto* M, rv. afhQ om. be. Regnanto. Pro uulg. lect. *Secunda pro tertia pers.* scripsi *Tertia* p. *sec.* pers., quia in loco Verg. *tertius* — *abito* tertia pers. pro secunda posita est. Lacunarum auctor, qui hoc non intellexit, dicit: ,aut mirum additamentum inest in uerbis *Secunda* etc., aut locus est — lacunosus. 13) ut *est illud* MR,rva. ut *est apud* 2. ut *et* ill. fhQ. — *hac galea* MR2. hac om. rva. galea hac fhQ. cf. Seru. in Art. sen. Don. 1791 P. Diomed. 330 P, 15) supergr*a*d. 2. 16) cat*ill*os fe*rr*ae M. ostendit MAR2. rell. om. perite*que* ost. 2. qu*am* MR. om. 2. edd. qu*asi.* 17) Non perpet*uum* epithe*ton* MR2,rva. Non perpetu*o* epithe*to* fhQ. horren*dum* R. 19) mare fretum MR2,rva. mare (Acr.) om. fhQ. 20) incipi*unt* MR2,rv. incip*it* afhQ. *et* libya MR. rell. *a* libya. 21) tunc tu*m*idus MR2,rv. tu*m*idus *tum* cum fh. tumidus cum a. tur*g*idus *tum cum* tacite inculc. Q. 23) *dicit* esse 2. 24) *cum* eff. fh. rell. om. — *quum* (?) M. qm̄ = quoniam a. rell. quoniam. praest*et* 2.

praestat auaritiae ac sceleribus. Populum autem Romanum ait constantissimum aurum contempnere, et merito, quoniam apud ueteres paupertas magis in honore erat quam diuitiae.

52. *omne s. rapiente d.* Non Romanorum [scilicet] dextra, sed eorum, qui cogunt aurum in usus humanos. Extrinsecus autem hic accipienda uox est *etiam*, ut sit: *etiam* sacrum rapiente dextra.

54. *uisere g. q. p. d. i.* Australem cardinem significat, qui est torrentissimus.

62. *Troiae ren. a. l. f. tr. cl. iterabitur.* Ordo et sensus [est]: Fortuna Troiae alite lugubri, id est, malo auspicio, renascenti iterata (renascens i. iterata?) excidio cadet. Hic autem sensus inde conceptus est, quod Flauius Fimbria legatus Cinnae Ilium temporibus Syllanis oppugnauit ac diruit, quem mox seditio militum occidit.

69. *non hoc iocosae conueniet l. q. m. t.* Nunc his uerbis poeta ad se conuersus ait, non se recte facere, quod lyrico carmine, cui iocosa conueniant, seueriora loquatur.

70. *desine perur, s. d.* *Peruicax* nunc pro *licentior* dicitur.

72. *et magna m. t. p.* Sensus est: Desine magnas res, quae heroico magis carmini conueniunt, extenuare humilitate lyrici carminis.

## CARMEN III, 4.

### ACRON.

*Descende caelo.* Id est, desine loqui de Diis. Propterea dixit (dicit?) *descende* [*de*] *caelo,* tamquam iam uelit Musam transire a uerbis Junonis, quae eam uelut in caelo habuisse ostenderat. Ordo est: Tibia, descende

1) *ac* om. libri. *et* tacite inculc. Q. 2) *et* merito MR2,r. *de* mer. v. rell. om. 4) *Nec* rv. — scilicet om. MR2. *sed eorum* scripsi cum MAR. rell. sed deorum. dextra sed om. r. 5) *humanos* MAR2. edd. *romanos*. 6) *etiam* MAR2. edd. *et*. 7) torentiss. M. 9) est om. MR2. 10) auspi*t*io M. augurio 2. renascen*te* M. rell. renascen*ti*. aut leg. renas*cens* (Hor.) id est iterata, aut: *renascens iterabitur*, id est itera*to* exc. cadet. renas*cens* iterata Q. 12) fi*n*bria M. S*y*ll. MR2,a. s*i*llanis r. si*lu*anis v. cf. Acr. — *ex*pu. 2. 14) hoc ioc. conuenie*t* M,rv. h*aec* — conueni*unt* a. h*aec* — conueniet fh., — *uerb. poeta* omn. libri. *poeta ait* tacite transpo. Q. 15) l*i*rico carmin*i* M2. l*y*r. carmin*i* rv. rell. lyr. carmine. 16) *obscu*riora R. 17) licent*ior* MR2. edd. licenti*ore*. 10) magis carmini omn. libri. carm. magis tacite transpo. Q.

ACRON. Ad calliope*m* musam A (Hor.), ut BDφ, qui non hab. calliope*n* (Vanderb.). Ymnus in musas A (Acr.). Ode LXII R. Ad calliope*n* musam γb, ut CHP, ut Bern. KC. Ad calliopem musam. IIII. E. Inscriptiones pro argumento positae uidentur. C: Inuocat Calliopen ut se iuuet in cantandis uersibus, et se tutari uelit ubicumque sit locorum. cf. Porph.

24) Id est — diis om. Ab. *diui*nis r. diuis R. rell. d*ii*s. deis h. l. inculc. Q. 25) *de* caelo R2,r. uelit iam 2. 26) quae etiam 2. quae e*u*m A. habuiss*et* osten*dit* 2. *uerba* habere Cic. Or. II, 47, ut *sermon.* hab. (Porph.) Cic. Att. VII, 2. ostend*eret* AγR1,rv. ostende*rat* afhQ. conf. Porph. Ordo — melos om. A. *Calliope melos*] Call. specialiter d. u. c. p.

caelo et Calliope regina, age dic longum melos. *Melos* autem specialiter dici uolunt cantum pastoralem; [est autem indeclinabile neutri generis].

3. *acuta.* Sonora, liquida, conueniente melodiis.

*auditis.* Dum ad solam Calliopen loqueretur, dixit *auditis*, ut est et (A. IX, 525): *Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,* et quasi Deae praesentiam se sentire ait, tamquam uenerit inuocata [, quod appellatur ἐνθουσιασμός].

5. 6. *amabilis. Insania* est, quod appellatur ἐνθουσιασμός, furor poetarum. *An me ludit am. ins.* Velut interrogans sodales suos posuit, id est, an, dum spero me audiri a te [et erro et], non audior, id est, decipior dulcis amore poetico? Ordo est: Videor audire, et uideor errare per pios lucos, id est, uideor mihi audire, scil. cantus uestros, tamquam diceret: uere (ne?) audio cantus uestros, et lucis intersum? an errore mentis imaginor, quem studio concepi poeticae? An [certe] per amoenos lucos Elysii uere uideo Musas errare?

7. *per lucos.* Per nemora Musarum. *amoenae.* Delectabiles.

8. *subeunt.* Praeterfluunt.

9. *Me fabulosae, Volture in Apulo, Altricis extra limen Apuliae, ludo* —

A, om. est — generis. 2: long. melos id est, cant. pastoralem, om. melos — uolunt. γ: specia*lem* — postoralem, om. est — generis. glossa: *melos.* neutri generis. C: est autem melos cantus suauis indecl. neutri generis. haec priora scholia 1 — 10 om. b.

3) comediis 2. cōmediis Aγ (= commed.). melodiis seu chordis citharae C. 4) Audi*tis*, non audi*ris.* lib. Acr. et Horatii. ca*l*iopen γ, r. — ut *est et* Aγb. ut *et* R. ut *est* r. rell. om. *est et.* caliope γ,r. ut Med. Verg. De plurali cf. Seru. ad u. 257. Locus laud. a Prisc. 731 et 821. Rufin. 252 R. Donat. ad Ter. Hec. IV, 4, 42. 5) a*d*spir. A. 6) presentiam senti*re* ait b. — hinc scholio in libris adi. sunt uerba: *quod appellatur* (AγbR, rmva. dicitur 2. apella*ba*tur fhQ) ἐνθουσιασμος. ἐνθ. CfhQ. enth*us.* ma. enthysi*a*mes R. enth*isia*mos v. en*tisia*mos γ. en*tisias*mos Ab. *a*ntisi*as*mos r. *insania.* furor poetarum A et γ qui addit: i. uidetur *mihi ut audiam. amab. insania.* delectabilis furor Poetarum, ἐνθουσιασμός C. Q recta emendandi uia haerens ait: 'hoc quoque schol. aliis purgandum relinquo.' 9) id est, an — uestros om. A. Velut interrog. — uestros om. b. — me spero 1. et erro om. γR12,rmv. dum spero me audi*re er*ro et non audi*o* a. 11) audi*re* 2,afh. audire (e mut. in i) R. rell. audir*i.* 12) uid*etur* mihi R2,rmv. 13) uerene C. cantus u. et m. intersum om. 2. uestros om. afhQ. — *an* AγR12, C. rell. *aut.* error*em* A. error*es* b. rell. error*e.* 14) poet. concepi R. poetic*e* AγbR. edd. poetic*o.* scripsi poetic*ae.* cf. Porph. Aut — errare om. C. *Aut* libri. scripsi *An.* certe om. 2. Glossae ad u. 7 et 8 ex Aγ,C. delectab. om. A. rell, om. glossas. 18) Schol. difficillimum iam antiquitus uitiatum. Princeps autem labes est uetusta illa lectio uarians: al. *limina pullie* γ *in scholio (limen apuliae* in Hor.), quae iam transiit in uet. K: limina p*u*lliae (polliae Mueller.). Inde Froehnerus in Philologo XII, 1 Horatio nomen nutricis eruere atque inscriptionibus comprobare temptauit, Quodam calidius adstipulante. At uero nomen illud neque 'restituendum certo certius uidetur' neque uel ueri simile dicendum. Una enim corruptela altera nititur. Fons illius est lectio *nutricis*, per uetusta quidem, quippe obuia in Bernn. KA, Parr. AFEP, Franeq. aliique, quos hic enumerare neque iuuat neque placet, sed haud infrequenter aut interpretamenti munere fungens, ut in mss. sic in ipsis quas tenemus scholiastarum expositionibus, aut ita notata, ut *altricis* a 1 m. tamquam uarians i. e. tamquam uerior at uetustior lectio adscriptum sit in uett. codd., ut BφIM: *nutricis* al. *altricis.* Occurrit autem *altricis* etiam pure in uett. codd., ut Bern.

*palumbes Texere.* Voltur mons est Apuliae. *Apuliae* prouinciae nomen, *altricis* pro *nutricis* posuit, quia inde fuit. Fabulo[sam uero nutricem appellauit, quod hae fere alumnis suis narrare fabulas solent]. Ordo est: Me puerum fatigatum ludo et somno texere palumbes noua fronde in Volture Apulo extra limen [fabulosae] Apuliae [, meae nutricis] altricis.

12. *fronde noua.* Viridi, non antiqua nec arida, quae odore et umbra somnos nutriret, ut est (*Verg.* A. I, 694): *Floribus et dulci adspirans conplectitur umbra.*

14. *Acheruntiae.* Acheruntia ciuitas est Apuliae contermina Lucaniae, quam nidum ob hoc appellauit, quia parua est et in montis constituta summitate sicut nidi auium in summis arboribus.

15. *saltusque Bantinos.* Bantia ciuitas Apuliae fuit contermina Ve-

B, Parr. HMOQ, 5 Harll. inter quos Graeuianus, todidemque Oxonn. inter quos Reginensis, ut de aliis hic et de uett. edd. ut Nap. et Lauer. taceam. Accedit quod lemmata neque uet. M Porph. neque codd. Acr. AγbR alteram utram lect. ostendunt. Inde colligere licet, *nutricis* lectionem ex ipsis scholiis in codices Hor. transisse. Quae cum ita sint, audacius agere fas est in dirimendis difficultatibus tollendisque ineptiis scholii, cuius lect. uulg. in libris haec est: V*ulture* (uolture AγBφER, Bern. C etc.). Vultur mons est apuliae. Fabulosam uero — fabulas solent. Ordo — nutricis. Prouinciae nomen posuit pro nutricis — fuit. Primum *Apuliae* lemma interposui et *altricis;* deinde implicatiorem scholii partem sic expediuerim: fabulosas uero *palumbes* appellauit, quod haec (sc. Apulia) fere *de columbis illis* narrare fabulas solebat. quod *feminae* de *palumbis suis* siue palumbinis narrare fabulas sol*ent.* — Caeterum dicendum est, constructioni et explicationi *nutricis fabulosae* apud Acr. et Porph. repugnare uetustam glossam in γC: *fabulosae. de qua* multa dicuntur fabule (*narrantur* fabulae C), ex qua patet ibi Apuliam ipsam fabulosam esse dictam. Potuit quidem hoc loco ,*altrix Apulia*' i. e. patria dici fabulosa, ut Hydaspes supra I, 22, 7 ab Horatio et Atlas a Plin. XI, 39, sed *fabulosae* epitheton ad *palumbes* pertinere uidetur. Quod tamen qui Porph. remotiorem sedem substantiui, improb*a*ndum esse censeant, hi mecum legant, nulla littera mutata, fabulose i. e. miro modo licet nullus codex sic habeat.

1) mons *est* Aγ2, Cr. rell. om. apul. AγR12, Crafh. appul. v. Apuliae — appulo a. nomen posuit fhQ. genitrices posuit γ. rell. nutrices posuit. *meae* R2, mvafh. rell. om. appell. nutricem b. rell. nutr. app. 3) haec fere 1. *he femine* b. rell. *hae fere. quia nutrices* a. s. fab. nar. *consueuere* 2. solens A. cf. Porph. dicit palumbes, quia sunt consecratae ueneri, et de uenere dicturus est. 4) fatigatum ludo et somno γb, ut in Hor., rell. fatig. somno et ludo ex Hom. Il. X, 98 et Paus. IX, 23 de Pindaro in re simili. A in lemmate: limen in a*pp*uliae, in Hor.: Nutricis extra *limina* (2 m. i in e mut.) *puliae.* R in scholio: in ultur*ae* apuli*ae* extra *limina* apuliae fab. nut. *meae.* γ: in uolture ap. extra *limina pullie* fab. nutricis. cf. gl. infra. A om. Ordo — nutricis. 2: extra *limina* fab. apul. meae nutricis. 7) ut est AγbR. ut est apud Virg. r. rell. *Sic* Virg. Aγ om. Floribus. — et dulcia spirans Aγ (sperans). et dulcia spiran*tis* comp. b. co*n*pl. γ. 9) acher*u*ntiae 12, ut Bern. ABC. plures Harll. Par. D, Franeq. al. cf. M Porph. et C. I, 3, 36. II. III, 3, 16. Ritschl. Proll. Plaut. Trin. XCVI. u. 499. 525 (Acher*u*ntem). acheronciae b in schol. et Hor. γ in Hor. achoeronthiae, in schol. acheron*t*ia, in lemm. acheron*th*iae ut AE et Bern. K. — contermin*ata* luc*h*aniae b. nidum ob hoc AγbR. rell. ob hoc nid. 10) con*d*ita A. 11) arb. *solent* C. 12) Bantinos Aγ (uel *cu*bantinos. cf. cod. Turic.) bR, ut omnes fere codd. Hor., Asc. ban*th*inos v. ba*u*tinos r. batinos fh. ban*th*ia γ,v. ba*u*thia 1. ba*u*tia r. ba*t*ina fh. rell. ba*n*tia. om. b. — apuliae *fuit* Aγb. rell. *est* apuliae. contermin*ata* b. cf. schol. praeced. uenus*iae* b. subi. *sunt* siue uic. sunt r.

nusinae ciuitati. Huius territorium pascuis amoenatur, cui campi subiecti [siue uicini] sunt, qui *Matini* (Bantini?) appellantur nunc abusiue.

16. *humilis Forenti.* Forentum oppidum est Apuliae Venusinae ciuitati uicinum, quod ideo *humile* appellauit, quia in ualle situm est: sed nunc sine habitatore est.

17. *atris corpore uiperis.* Aut ueneno nigris, aut tactu letalibus.

18. 19. *premerer sacra Lauroque conlataque myrto.* Tegerer, defensarer. *Sacra autem.* [Laurum sacrum] ait non propter solum Apollinem sed etiam propter se, eo quod paruus extra casae (cellae?) limen [Apuliae] expositus lauro myrtaque columbis deferentibus tectus sit, in omen futuri poetae. Laurus enim dicata Apollini est, [et] myrtus Veneri, quae, lyrae ornatus et luxuriosi otii, futura portendebant, dum (ut?) lyrico carmine res uenerias describeret.

1) sub*diti*, om. siue uicini, 2. 2) *seu* γ. Ma*th*in*ia* A. ma*th*ini γb. mātini R = m*a*nt., *ban*tini 2. rell. matini. conf. Plin. III, 11. Liu. XXXVII, 25. Fea ad h u. — nunc abusiue om. 2. 3) Forenti Aγb1,mv, ut K Regin. aliique. F*lo*renti Franeq. et Romani quidam apud Feam. In F*la*renti, man. 1 corr. *fo.*, in G *fo.* mut. in *ta.* Ferenti R2, Crafh multique codd. Horatii, ut EBφII, Bern. AC. Bern. B mut. *o* in *e.* Perperam et h. l. rettulit Q: ‚Ferentum in *omnibus* libris.' Duae diuersae erant Italiae ciuitates, altera Forentum Liu. IX, 20. Plin. III, 7 et 11, quam Fea hodie Foren*zo* nominari ait, alii Forenza, Orell. cum Romanelli in Typogr. del regno di Napoli II, 234 et Lombard. Antich. di Basilic. (Inst. corrisp. archaeol. III, 230): i Castellani s. i Castelli propre Forenz*a*, hodiernum oppidum, altera Ferentum Vitruu. II, 7 et Tac. A. XV, 53: Ferentanum oppidum. Lectiones nondum satis tutae uidentur neque in scriptt. latt. neque in Diodoro, qui XIX, 65 Φερέτη habet. Quae si uera est scriptura atque auctoritas, legere in Horatio cogimur: Ferent*ae.* Cf. Porph. Scriptores Italos modo dictos nostram urbem scribere Ferentum post Orellium certe notatu dignum puto cf. Epist. I, 17, 7, ubi tamen uet. Ambr., γ et scholia in b *T*erentinum habent. — forent*us* 1. forent*um* et ferent*um* iidem libri qui supra. opidum γb. a*pp*uliae v. om. 2. — uenus*iae* 2. propinquum C. 4) quod *ideo* Ab2,r. rell. om. humil*em* 2. humil*ae* v. — sed nunc — est om. 2. habitat*ione* R. *et* nunc r. quia — hab. est om. C. *humilis.* in ualle *po*siti. gl. in γG. 5) Schol. ad u. 17. *atris* ex Aγ,C. rell. om. 7) Lemma *premerer* amplificaui propter *Sacra autem* AγbR,rmva, pro quibus uerbis fhQ habent: *Laurum sacrum.* 9) *extra limen Apuliae* lect. uulg. ex Hor. petita. extra *cesae* limen exposit*is* A. par*uis* extra *cesa olim* expositus b. extra *cel*sae limen R,r. extra *casae* limen exp. 2. extra limen exp., om. Apuliae, γ. Legendum aut *casae* aut *cellae.* de *Apulia* hic non agitur. 10) lauro m*i*rt*a*que Aγ (m*u*rtaque? Cato R. R. 125.). lauro mirt*o*que R. lauro m*y*rtoque r. lauro m*i*rtoque b. rell. lauro *et* myrto. solem apoll. R. Sacra autem *dicit*, quia laurus dicata est, Apollini, qua cum tectus esset eius columbis ramos deferentibus, fuit omen futuri poetae C. — in *n*omen Aγb. om*nem* R,h. rell. *om*en. 11) et om. γ. ueneri myrtus R,r. Verba *quae* — *futura* difficiliora sunt. lect. uulg. est: quae lyrae *erat et luxurioso* futura. Q: 'uerba inclusa non adsecutus sum.' Pro *erat* posui *ornatus*, nam *decora* uel signa minus conuenit. pro luxurios*o* autem luxurios*i otii* s. luxuriae, luxorios*ae uitae.* Datiuus minus placet. 12) uen. myrtus *quod portendebat ut* lyrico — describeret 2. rell. quae lyrae erat et luxurioso futura *d*um lyr. — describeret. cum inculc. Q pro *dum*, ut supra saepius I, 3, 24. 25. cf. Porph. I. 6, 19. Acr. I, 12. 23 (ter *dum*). 24, 13. 13) uener*i*as Aγ,r. rell. uenereas. C: *myrto.* myrtus est sacra Veneri: hoc ergo *signum* erat, cum futurum Poetam lyricum et ´decantaturum res Venereas. In schedis Bern. 'A' legitur: Quidam emendant: erat luxurios*ae ad*futura. Ach. Statius: luxurioso *fau*tura.

20. *non sine Dis animosus inf.* *Inpauidus*, ut (G. III, 81): *Luxuriatque toris animosum pectus! honesti Spadices.* Ordo est: Camenae, ego infans animosus non sine Dis, uester tollor in arduos Sabinos etc. Prodigum autem fauorem dignitatis et securitatis suae fuisse confirmat, tamquam si numen sibi inesse uelit intellegi.

21—24. *Vester, Camenae — seu — liq. plac. Baiae.* Ubicumque sum, inquit, uester sum, o Musae, cuius infantiam uos custodisse manifestum est, significans, quod ubique nil aliud quam scribendo carmina studia Musarum colat, ut est (G. II, 475—78): [*Me uero primum dulces ante omnia Musae*] *Quarum sacra fero* [*ingenti percussus amore Accipiant*].

23. *supinum.* Montuosum, ut (G. II, 276): *Collesque supinos.* Situm autem ciuitatis descripsit, quia in ascensu constituta montis est.

24. *seu liq. pl. B.* *Liquidae* aut inter aquas constitutae, aut deliciosae, siue puri aeris.

25. *uestris amicum font.* *Amicum*, amabilem. Ordo est: Me amicum uestris fontibus et choris non extinxit Philippis acies uersa retro, non deuota arbos, nec Palinurus Sicula unda. Apud Philippos enim a Bruto et [a] Cassio dimicatum est, in quorum parte et Horatius fuit. *Lucanus* (I, 694): *uideo iam Phoebe Philippos.*

27. *deuota non. ext. arbor.* Execrabilis, detestanda.

28. *Palinurus.* Promunctorium est Siciliae [non] a Palinuro, Aeneae

1) Inp. γ. 2.*ait* γ. rell. ut. Luxuriatque toris R,C. lux. *th*oris I,r (*ch*oris) mva. rell. om. cf. Nonius 481, 10. 2) spadices omn. libri. pectus hon. Spadic*is* Hitzig. cf. Diomedes p. 373 P. Probus 59, 16 K. Ordo — Sab. etc. om. Ab. schol. praeced. *Inpauidus* — *Spadices* antepo. 2, r. prodi*gum* r. pro dig*num* γ. rell. prodig*i*um. 3) fauor*em* 2. rell. fauore. Q: '*fauore* uox quid sibi hic uelit nescio.' Prodigium autem *fauore dignitatis* secur. b. rell. di*ui*nitatis (Porph.), cui oppugnat et *securitatis* et *numen.* Prodig*i*um abieci, quippe ex Porph. transgressum, ubi plane alia est conceptio. et om. Ab2, r. securitatis*que* 2. uelut γ. *hoc* autem prodigium (om. fauore) diu. et sec. fu. conf. t. si *per hoc* numen — intelligi C. 6) A habet lemma: *uester cam. uester.* rell. om. amplificaui lemma. *Ubique* sum inqui*d* b. 7) inquit om. 2. — patet 2. — *nil* aliud AγbR,va. scribend*i* r. lect. uulg. est: quam studia, scribendo carmina, Musarum (fh). Transposui: scr. carm. stud. Mus. 9) *Me* — *Musae* et *ing.* — *Accipiant* om. Aγb (Quartum). 10) perc*ul*sus R2,Cfh. perc*u*sus G. rell. percussus. 11) Nonius 326, 9. Collesque supin*os* om. libri. 12) const. mont. est Aγb, quia est *in monte* const. 2. rell. mont. est const. descri*b*it γ. 13) *Baiae uel b*aiae man. I. b. *in* aqu*as* fh. *in* aqu*is* C. 15) *Am.* amabilem A. ami*c*abilem γ. me amabilem uobis et gramm. C. rell. om. — Ordo — Palinurus om. A. 17) *Apud* philippos 2. apud om. A. *in* philippis r. rell. philipp*is*. 18) et cassio R,Gmva. schol. ad u. 27 ex A. exsecr. *et* det. γ. execr. *ac* C. rell. om. — et Hor. AγR,r (et Orat.). rell. om. et. schol. om. b. Locum Lucani habent Aγ,C. rell. om. ui*duam* Aγ. uid*i* *i*am C. febe γ. phebe A. cf. II, 7, 9 (*fi*lippos). Dimicatum est *cum bruto, sub quo* erat horatius 2. exst. uet. Mon. in lemm. Porph. /// rasura in B. exstin*xit uel git* b. arbo*r* h. l. plurimi uett. codd. Aγb DEH et Bern. KBC. Fran. etc. 20) Schol. ex A. exsecr. *et* det. γ. execr. ac C. rell. om. 21) prom*unc*-*tur*. A. prom*unctor*. γb. prom*o*nct*o*r. v. rell. prom*on*tor. cf. I, 15, 7. 28, 3. 34, 10. 37 argum. (pro*muntu*rium). *et* sicil. γ. sc*i*cil. b. *Nam* a pal. A. rell. *non*, quod ortum duco ex glossa: non extinxit.

gubernatore, dictum [sed ab Hannibale], ubi redeuntem se Horatius de Macedonia periclitatum dicit, quia est et nauibus (nauigantibus?) periculosus locus.

29. *utcumque.* Pro ubicumque; saepe enim ueteres *ut* pro *ubi* ponebant, [ut] *Verg.* (A. V, 329): [*labitur infelix*] *caesis ut* [*forte iuuencis*].

30. *nauita.* *Nauita* hic pro nauigante posuit.

*Bosporum.* Mare [sic] a natatu (transitu?) bouis dictum.

31. *et urentis harenas.* Calentes. In Assyria enim regione Persarum uehementior sol est: ubi et Antonius, dum ad Cleopatram uellet reuerti, exercitum morbo perdidit.

32. *litoris Assyrii u.* Ordo est: Et ego uiator libens uisam urentis harenas Assyrii litoris et Britannos feros hospitibus et Concanum laetum equino sanguine. *Litus* enim camporum extremitatem ueteres dicebant; unde et *Verg.* (A. II, 557): *iacet ingens litore truncus* et (A. IV, 212): *cui litus arandum cuique loci leges dedimus.*

33. *feros.* Inhospitales. Britanni enim inmolare hospites dicebantur,

34. *et laetum e. s. Concanum.* Concani gens Hispaniae dicebantur, uel, ut Quidam nolunt, Thraciae, qui[bus] dum uinum deesset, lacte et sanguine utebantur, de quibus ait *Verg.* (G. III, 463): *Et lac concretum cum sanguine potat equino.*

35. *uisam.* In omnibus subaudiendum est (u. 29): *utcumque mecum uos eritis.*

1) sed a*nn*ibalis, om. ab, A. ab a*n*ibalis γ. ab annibal*e* b. rell. ab Hannibale, 2) qu*i* est AR2,rv. qu*ia* afh. promontorium est *Lucaniae*, a Palinuro Aeneae nauium gub. d. [om. sed ab Han.] ubi Hor. se red. *ex bello Philippensi* pericl. fuisse dicit. *est enim nauigantibus* loc. periculosus C. quia — locus om. 1. 4) pro γbR,r. rell. om. — ut om. Aγb. 5) lab. inf. om. AγbR1. fo. iuu. om. Aγb. cesis ut b. cesi sis γ. Diomed. 404. 6) Nauita alt. om. A. naui*ta* γ2. nauit*as* 1. na*u*tam r. *nusqu*am fh. rell. naui*tam*. pro nauiga*tione* r. nauiga*ri* te A. 7) schol. om. Ab. bos*f*orum r. rell. bos*pho*rum. cf. II, 13, 14. 20, 14. mare om. 12. sic om. γR2,r. nata*tum*, om. a, γ. a transitu C. 8) uren*tis* r et γA (urent*es* in schol. A) non urent*es*, ut Pottier refert. γ cum rep. gl. calent*es*. *u*rent*es* b1Gmva, ut Bern. KA. Par. D cum gl. estuantes. b cum gl. calen*tis*. in aliis a in u mut. ut in Bern. C. in aliis, ut I, urentes uel ar. *a*rent*is* R in lemm., *a*rent*es* pure Bern. B, Par. II al. et fh. *ha*renas omn. fere uett. codd. et r. 22) s*i*ria A. asiria γ. ass*i*ria b. rell. Assyria. regia b. — sol est AγbR2,r. 10) uellet b. rell. *uult*. exerc. mo. AγcR,r. rell. mo. exerc. morbo *periit* 2, om. exerc. 11) Ordo — sanguine om. Ab. — *u*rent*is* γ,r. *ha*rentes 2. rell. *a*rentes. *ha*renas om. praeter Cafh. 12) *o*sp. γ. let. γ. 14) unde et γ. unde A. rell. om. — cf. Seru. A. II, 134. 15) cf. Seru. A. I, 3. 16) inmol. A. i*m*ol. *o*sp. γ. 17) Conca*u*um. Conca*ui* r. Concan*um* gens b. dice*ba*tur γbR. 18) *t*raciae b. *quibus* omn. libri. qu*i* Q. *d*um inculc. Q, ut saepius. cf. u. 21. 19) ut eb*a*tur γ. Verg. om. A. — con*caep*tum f. conce*p*tum h. contum γ. *cretum* 1. (co*c*tum. conco*c*tum?). rell. con*cre*tum. cf. Porph. recte? Cic. T. I, 27: *mixtum et concretum.* Plin. XXX, 2 de butyro. Colum. VII, 8, 3 de caseo. Quaeritur autem utrum '*materia concretior*' potari dicatur. nam aqua *niue pruina*que concrescit Cic. N. D. II, 10. *frigore* sanguis Verg. A. XII, 905. *glacies* concreta Liu. XXI, 36. Liberius C: Concani Hispani erant, uel, ut quidam uolunt, Thraces, quibus lac et sanguis equinus erat potus, sic Virg. — *equino.* 21) Schol. om. Ab. 22) *Vos* γR12,r. rell. om.

*pharetratos Gelonos.* Geloni gens Scythiae sagittis potens, ut (*Verg.* G. II, 125): *Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.*

36. *inuiolatus.* Intactus tuitione Musarum.

*amnem.* Tanaim [aut Histrum], de quo *Verg.* (G. III, 349): [*qua Scythicae gentes Maeoticaque unda*] *Turbidus et torquens flauentes Hister harenas.*

37. *Vos Caes. altum mil.* Magnum, fortem, siue triumpho sublimem. Ordo est: Vos recreatis Pierio antro Caesarem altum militia, quaerentem finire labores simul abdidit oppidis fessas cohortes.

38. *Fessas cohortes. Fessas* hic non lassas, sed a labore quiescentes; ad hiemandum enim de castris ad oppida ducebatur exercitus. *Abdidit,* interius recondidit, ut (*Verg.* A. VII, 387): *et natam frondosis montibus abdit.*

39. *finire quaer. labores.* Necessitates bellorum ad praesens releuare.

40. *Pierio recr. antro.* Musico secreto, ut ostenderet Caesarem poeticae quoque artis studiosum.

41. *uos lene consilium et datis.* Per Musas, id est, per studium litterarum intellegi uult, mentem sapientia roborari. *Lene* enim consilium sapientiam ac philosophiae moderationem dicit.

42. *scimus ut imp. Titanas — aequo.* Ordo est: Scimus ut sustulerit impios Titanas caduco fulmine et immunem turbam, unus qui temperat inertem terram et uentosum mare et qui aequo imperio regit tristia regna et urbes et Diuos et mortales turbas.

42. 43. *impios Titanas.* Hic parecbasi ostendit, uires sine prudentia non solum uanas esse, sed etiam sibi aduersas. Unde et Gigantum

1) Ad loc. Verg. cf. Diomed. 411. P. ut Aγ. rell. om. 2) *non* Aγ. schol. om. b. *aut* r. rell. *haud.* 3) tu*i*tione Mus. AγR,C. *tu*tione mus. rmva. rell. Mus. tu. schol. om. b. intactus om. r. i*mmo*latus r. *auxilio* mus. 2. Neque *auxilio* neque tutela opus est. tui*t*io Cic. Top. 23. Macrob. II, 2. 4) Schol. om. A. aut — arenas om. γ. aut Hist. om. R1,rmva. Istrum Cfh. Qua — unda om. R1,Crmva, Ister arenas Cfh. rell. Hist. har. 7) *in* triu. 2. 8) Ordo — cohortes om. Ab. ch*oo*rtes bD. 10) fe*n*sas coh. γ. — quie*tas* 2. lassas, *ut* a labore *militari* quiesc*erent.* sed labore γ, lab. *req.* γ. h*y*em. rmvah. 11) *in* opp. fh. ad hiem. ad oppida *ex* castris duce*ba*tur exer. lect. uulg. duceb*an*tur exer. C. scripsi duceb*a*tur. duceb*an*tur sc. cohort*es.* duceb*an*tur 2, om. exer. — a*b*didit AγR2,Cvafh lectio Acronis esse, a*d*didit K, Par. B*γ*D,rm Horatii uidetur. cf. Tac. A. XIII, 31: *additis ueteranis.* rasurae frequentes, ut Bern. A *ad*d., C abd., aut uar. lectt. ut I abd. *uel* re*d*didit, quod b et HNO habent. 12) recon*dit* Aγ. ut — abdit ex Aγ,C. rell. om. schol. om. b. 14) nec. *lab*orum γ. reue*l*are r. releu. *cupiens* 2. 15) musico *uel* secreto R. secreto om. 2. *et* ut 2. Musis sacro et secreto. hoc dicit (ut b di*x*it), ut o tenderet C. 17) per om. 2. studi*um* AγbR12,Crmva. Porph. studi*a* fhQ. 18) le*ue* 1. — sapienti*ae* γ. sapienti*am* AR2,rmva. Porph. sapient*um* C. sapient*ium* fhQ. *ae* γRb2,r. rell. *ad.* 20) Ordo — turbas om. Ab. cf. Porph. ad II, 1. est om. R. sustulit 1. 21) Titanos h. 22) in*h*ert. γ. 24) *ty*tanas 2, ut supra. Scripsi parecbasi. hic *per exiguas* γb2. hic *pareguasi* A. rell. hic per *titanas.* cf. Porph. 25) non solum *perexiguas* esse C. — aduers*as* sibi mvfh. aduers*is* sibi a. sibi om. 2.

ponit exemplum, qui inrationabili furore aduersum Deos arma sustulerunt. *Caduco.* Ruenti.

45. *Qui.* Iuppiter. *Terram inertem* aut (ait?) quae eos genuerit, qui uicti sunt, aut quae iacet semper nec agitatur aut fertur metu alicubi percuti ut alia elementa, ut *Verg.* (A. I, 224): *Despiciens mare ueliuolum terrasque iacentes. Imperat.* Mitigat.

46. *tristia.* De statu suo semper sollicita.

48. *aequo.* Iusto.

49. *magnum illa terrorem int. Ioui.* Ut (*Verg.* A. VI, 584): [*qui manibus magnum rescindere caelum rescindere caelum adgressi*] *superisque Iouem detrudere regnis.* Ordo est: illa horrida iuuentus fidens brachiis et fratres tendentes imposuisse Pelion Olympo intulerant magnum terrorem Ioui.

50. *Fid. iuuentus ho. br.* Melius intellegitur *horrida* iuuentus quam *horrida brachiis*, ut (A. VI, 582): *Hic et Aloidas geminos inmania uidi Corpora;* aut *brachia* pro uiribus accipienda sunt.

51. *tendentes.* Contendentes montibus montes imponere, ut *Verg.* (G. I, 281—82): *Ter sunt conati imponere Pelion Ossae Scilicet, atque Ossae frondosum inuoluere Olympum.*

53. *Typhoeus et u. M.* Nomina Gigantum [recenset], ut (*Verg.* N. A. III, 578): *non terruit ipse Typhoeus.*

54. *minaci.* Sublimi, eminenti, ut (A. II, 240): *mediaeque minans inlabitur urbi.*

1) ponit Aγb. rell. pos*uit.* — i*n*rat. Aγb. aduersu*m* AR2. rell. aduersus. 2) *ruenti* ex Aγ. rell. om. 3) in*h*ertem Aγ. Aut quae Ab,mvafhQ. atque γ. aut*em* 2,r. Scribe *ait.* 4) *iacet* ex Vergilio. — aut fertur motu ut om. 2. motu uti a'ia 1. motu *alicuius uti* r. motu *alicuius percuti* al. elem. A. motu ali*cubi percuti* al. el. b. metu ali*cui percuti* al. el. γ. fertur metu *uti alibi per* elementa R. *inertem.* immobilem (*in*mob. γ): nec enim agitatur aut fertur ullo motu, ut alia el. C. Scripsi *fertur metu alicubi percuti*, quia mater Gigantum non sine sensu erat (cf. II, 731), et quia *fertur motu* idem esset quod *agitatur.* 5) Loc. Verg. om. Aγb. ut om. R. *hinc* Virg. C. *De*spiciens lectio Macrobii S. VI, 5, 10 et Seruii A. XII, 304 ('deorsum adspiciens'. non *di*spiciens, 'diligenter inquirens' libri Acronis. *Di*spiciens Lachm. Lucret. 236 et Ribbeck. 6) mitigat ex Aγ,C. rell. om. *iusto* ex Aγ,C. rell. om. Ut — regnis Aγ et C, qui habet uerba inclusa. praemisso u. 582. rell. om. cf. schol. Lucan. IV, 596. 9) Ordo — Ioui om. A. 8) iuuent*as* uel t*us* b. cf. I, 30, 7. 13) iuu. q. h. br. om. I. 14) Q, ne uno quidem uerbo ad scholia adlato, leuitate sua posuit Alcidas. alcidas r. aloid*os* γb. cf. Ouid. M. VI, 117. schol. Lucan. VI, 410. Macrob. S. V, 13, 8. Apollod. I, 7, 4. Hom. Od. XI, 304. 16) montes montibus b. 17) conat*e* r. oss*ae* u. 282 non impedit quo minus legamus Pel*ion* Oss*ae* cum AγbR2,r contra auctoritatem Seruii, qui, ut rell. libri, habet Peli*o* Os*sam.* cf. schol. Lucan. I, 389 et VI, 412. Probus Peli*on* et Ossam) XLIII, 17. inpo. γ. osse *inponere* olimpum γ. (olimp. Abγ.) Pelion ossae *et reliqua* r. 19) ti*p*h*a*eus R,fh. typh*ae*us H, ut Medic. Verg. A. IX, 719 cum rasura. tiphoeus Q, ut γbBφ. Τυφωεύς Apollod. I, 6. II, 3, 5. III, 5. Hygin. 152. Verg. A. I, 665. Prisc. 588. Ouid. M. V, 348. F. IV, 491. Sil. XIV, 196. typh*o*eus K etc. t*i*pheus gigant*is nomen* r. schol. om. b1,mva. recenset om. AγR. Nomina haec sunt omnia gigantum 2. Nomina sunt Gigantum ut non t. i. Typhoeus C. t*i*pheus A. typheeus γ. rell. om. loc. Verg. 21) i*n*lab. A. loc. om. R1,r. schol. om. b.

55. *euolsisque truncis.* Tantae enim erat uirtutis, ut truncos arborum iaceret in hostes.

57. *aegida.* Clipeum Mineruae; similiter *Verg.* (A. VIII, 699): *Contra Neptunum et Venerem contraque Mineruam Tela tenens* [Aegis est pellis caprae Amaltheae, a qua nutritus est Juppiter].

58. *ruentes.* Inconsiderate uenientes.

*hinc.* Id est, ex [una] parte Iouis.

*auidus.* Propter ignis capacitatem, ut (A. II, 758): *Ilicet ignis edax* [*summa ad fastigia uento Voluitur*].

59. *hinc matrona Juno.* *Ouid.* T. VI, 33: *summi matrona tonantis* et (*Verg.* XI, 476): *matronae puerique. uocat labor ultimus omnis.*

37. *uindex a. f.* Vindicem nunc pro punitore posuit, quia *uindicare* apud ueteres non tantum defendere, uerum etiam punire significat.

38. *ducentis a. s. c. p.* Utrum pecuniam pro auaritia posuit, quae merito ad se cuncta ducere dicitur, quia auari rapere omnia student, an *ducentis ad se cuncta pecun.* ad hoc referens dixit, quia pecuniosorum gratiam omnes sequuntur?

39. *consulq. n. u. a.* Virtutes tuae, inquit, te perpetuum consulem faciunt.

40—44. *sed quotiens — arma.* Quotiens, inquit, animus tuus honeste indicans praemia oblata a nolentibus respuit, totiens gloriosus ex hostibus uictoriam reportauit.

45. *non poss. m. u. r. b.* Ordo: Non recte uocaueris beatum multa possidentem.

51. 52. *non i. p. c. a. p. t. perire.* Deest *erit.* Ait [autem], eum, qui bonis artibus instructus sit, non dubitare et pro amicis et patria mortem subire, si necesse sit.

# CARMEN IV, 10.

## ACRON.

*O crudelis adhuc.* De Ligurino iuuene loquitur, quo modo in senectute contristetur, cum eadem uenerea uoluptas non perdurauerit ei seni, quae nunc est iuueni. *Crudelis,* ut (B. II, 6): *o crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,* significans amoris querelam.

γ habet haec: Significat autem eadem fuisse sepe gesta quae legimus *ea tantum nota quibus magnus poeta contigerit.*

1) enim rvafh. om. codd. in*h*ertiae M in lemm. inertiae schol. 2) sic fh. scilicet 2. rell. si. 5) punitor*e* *r*epo. M. 7) pecun*ia* vfh. rell. (ra) pecuniam. 8) an om. M. 13) honest*a* rvafh (non hones*tum* ut Q ref.). 16) Ordo om. MR. uoca*b*eris M. 18) *g*erit MA2G,rv. rell. *e*rit. autem om. M. bonis MR. qui*bus* art. r. qui*hus* (non hiis) v. his afhQ. 19) *et* pro MR, rell. om. *et.*

ACRON. Ad ligurinum speciosum et arrogaqtem aduersum *maiores* exotice monocolos A Hor. Ad lig. *puerum* — monocolos EP. Ad lig. pu. spetiosum et ar. aduers*us* *amatores* cr. monoc. γ. Ad l.g. spec. et acr. aduersum *maiores* K. Ad ligurinum (liguri*u*m Bern. B.) puerum speciosum b. Bern. Ode LXXXXVIII. ligurinum R.

25) Ad ligurinum puerum hanc odem scribit qua significat amoris querelam R. Haec *hodes* in lig. pu. *quem amabat* scripta est q. am. cont. γ (Porph.). 27) nihil me. car. curas om. fh. De Lig. — pulchritudine om. 1.

1. *Veneris muneribus.* Pulchritudine.

2. *pluma superbiae.* Plumam pro barba incipiente posuit.

3. *Et quae nunc um. inu. dec. co.* Usque ad pubertatem enim pueris comae nutriri consueuerant, ut (A. X, 137): *crinis cui lactea ceruix Accipit.*

4. *puniceae.* Sanguinei coloris, ut (A. XII, 77): *Puniceis inuecta rotis.* *prior.* Priorem pro meliore dixit.

5. *hispidam.* Iam hirsutam barbam.

6. *dices heu quotiens te.* Inmutationem formae per aetatem aspectam dolebis in speculo.

## PORPHYRION.

*O cr. a. e. V. m. p.* Haec ode in Ligurinum scripta est querelam amoris continens.

1. *muneribus potens,* Id est: munera, quae in te Venus contulit.

2. *insp. t. c. ueniet pl. sup.* Plumam pro prima barba posuit.

4. *nunc et q. c. e. puniceae fl. prior r.* *Prior* pro melior.

5. *in fac. u. hispidam.* Id est, hirsutam.

# CARMEN IV, 11.

## ACRON.

*Est mihi nonum.* Ad Phyllidem scribit amicam suam, inuitans eam sub promissione uini Albani ueteris ad laetitiam conuiuii exhibendi natali Maecenatis.

2. *Albani c.* Elocutio est *Albani cadus,* ut (A. I, 195): *Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes.*

3. *nect. a. c.* Vel quia Alcaeus frequenter se dicit apio coronari, uel quia tardius deponatur, qui prandet apio coronatus, ut (B. VI, 68): *atque apio crines ornatus amaro.*

3) Hoc schol. leuitate sua om. Q. *ac*cipit Amv. accepit R2. ceruix. *creuit.* i. accepit r. *ex*cipit Ccafh. 6) pro meliore*m* 2. *prior.* pulchrior 1. 7) hirs. *iam* barb*am* AR2. iam om. r. Iam hirsutam barb*a* afhQ. iam hirs. bar*bam* 1,mv. 8) in mutatione A. *im*mutationem R,2r. 9) doleb*it* A2.

PORPH. Ode LXXXXVIII. *In* ligurinum R. 12) ωδη M. quaerellam M. 15) plum*am* MR2. rell. pluma. 17) fatiem M.

ACRON. Ad phillid*am* de die nata*lis* sui simul et mecenatis qui erat idibus aprilibus erotice tetracolos A. Ad ph*yllam* de die nata*lis* sui s. et mec. q. e. id. aprilibus K. Ad *phydilen* detetracolos H. Ad philli*dem* C. Ad philli*den* P. Ad phill*iden* de die nat*ali* mecenatis Bern. B. Ad phillidam de die nata*li* mec. φ (natalis B). Ad phillidam de die natalis sui et mecenatis b. Ode LXXXXVIIII. Ad phillidem R.

22) filli*dem* AR. rell. phil. et phyl. 23) Albani om. Q. Natalem diem mecenatis se celebrare dicit inuitans phillidem ad prandium γ. 25) Eloc. est *Elliptica* C. 27) coronari, ut — amaro Q. 28) uel om. fh. tardius *inebrietur* R. tard. *demp*natur A. — *coro*natus am. R.

5—8. *religata fulges.* [Id est,] pro coronata fulges.

6. *ridet.* Splendet. — *castis.* Id est, puris, sacris. — *uerbenis.* Verbenae sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas, dictae quasi *herbenae.* — *auet.* Id est cupit. — *spargier agno.* Id est, spargenda erit agno immolato.

9. *cuncta f. m.* Multitudinem ministrantium pro apparatus festinatione significat.

10. *curs. mixtae p. p.* Ut (A. I, 705): *totidemque pares aetate ministri.*

11. *sord. fl. t. r. u. f.* Duo epitheta posuit, quia et flammae ueluti sub quodam tremore uoluuntur et fumus sordidus est i. e. niger.

13. 16. *ut t. n.* Diem natalem Maecenatis significat, ut fidem faciat promissae laetitiae.

14. *agendae.* Celebrandae.

*qui d. m. V. m. f. a.* Quia Idus ueluti diuidunt mensem. *Aprilis* autem mensis Veneri consecratus est.

17. *iure solemnis.* Merito amicitiae.

18—20. *paene n. pr.* *Paene* pro adulatione uitanda posuit.

19. *luce.* Die.

*affluentes.* Id est, crescentes, aut multos.

*ordinat.* Disponit toto anno facienda.

21. *Tel. q. t. p. o.* Amauit. Utrum ad eandem Phyllidem an ad aliam loquatur, incertum est, quia non prodidit nomen. Dicit tamen Telephum, quem ostendit ab ea amari, alterius ditioris amore occupatum.

25. *terret a.* Nequid auide et supra conditionem nostram appetamus, Phaethontis et Bellerophontis exempla ponit; inpossibilia enim cupiendo ad pericula peruenitur.

27. *grauatus.* Grauiter ferens.

*Belleroph.* Dicitur enim ausus Pegaso ferri per aera in terram decidisse.

29. *Possibilia suadet adpetere et sibi competentia et digna sperare.* Sensus ergo hic est: O tu Phylli, uita potentiorem Telephum et tibi dis-

1) *religata* pro religanda corona*nda* fulges R2,r. *rell. fulges.* religata pro corona*nda* A. rell. id est coronata. cor. *fulges* AR2,r. 2) *pu*ris sacr. om. A. Verbenae — herbenae om. A,r. 6) ministran*tum* A. 15) mensis A. rell. om. sacer 2. 18) uitanda om. R21,r. *ad* uitand*am* adulation*em* C. 22) loq. amicam 2. 23) ditio*n*is R2,m. dic*t*ionis 1,r. di*lecti*onis v. dilec*tricis* ac. 27) phetontis et bello*rum*fontis A. p*het*ontis et belleroph. r. Phae*ton*tis et Belleroph. afh. exempla ponit A. exempla *praep*onit r. exemp*lo* imposs. R21,vm. exemplo *monet qui* afhQ. *in*poss. *enim* A. *nam imp*. r. 27) peruen*itur* AR21,rmv. perue*nerunt* afhQ. 28) enim A21,rmvca. autem R. hic fhQ. 31) adp. A. 32) Sens. *ergo* AR,r. rell. om. ergo. Sens. est 2. O tu AR,r. rell. om. tu. phil*lis* 2. filler*is* A. philli R. rell. phylli.

parem, qui et aliam amat, et dilige me, qui tibi par sum, finis enim eris mei amoris, quia, si consenseris, aliam non amabo.

34. *cond. m.* Disce, inquit, carmina et lyrae sonos, quos suaui uoce cantes, ne rustica uidearis.

35. 36. *min. a. c. c.* Tunc enim uoluptas admittitur, si cura pellitur.

## PORPHYRION.

*Est m. n. s. a.* Significat, se diem natalem Maecenatis uelle celebrare; loquitur autem ad Phyllidem amicam.

5. 6. *qua cr. r. f.* Pro fulgere soles. Non enim iam coronatam esse dicit, sed inuitat eam, ut coronetur. —

*ridet.* Pro grata est ac fulget.

9. *c. f. m.* Ad multitudinem ministrorum refertur.

11. *s. fl. t. r. u. f.* Non otiosum, [sed] ἐνεργῶς dictum est.

14—16. *Idus t. s. a. q. d. m. V. m. f. Apr.* Idus Apriles significat. Aprilis autem mensis ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης dictus uidetur, nec inmerito, cum in res uenerias eo tempore omnia animalia excitentur. Significat autem, Idibus Aprilibus natalem diem Maecenatis esse, in cuius honorem sacrificet et epuletur.

21. *T. q. t. p. o. n. t. s. i. p.* Ad mulierem loquitur, cuius nomen non ostendit; significat autem, amari ab hac Telephum puerum, quem iam alia occupauerat.

22. *non tuae sortis.* Non tuae condicionis, non tuae mediocritatis.

23. 24. *tinetque gr. c. u.* Belle grata conpede amoris uinctum ait.

25. *t. a. Ph. a s.* Nequid auide et supra condicionem nostram appetere conemur, Phaethontis et Bellerophontis proponuntur exempla.

29—31. *semper u. t. d. s. et u. q. l. s. n. putando disparem uites.* [Dicendo *disparem uites*] Difficilis dictio phrasis. Monet autem: *disparem uites*, ut possit se digna sequi et nefas habere in spem referre plus quam oportet.

1) *qui* et AR21,rva. qu*ia* et cfhQ. ardet r. rell. amat. et dil. me A. rell. *sed.* sed me dil. R2,r. 7) q*uasi* A. q*ui* si consens*us* *erit* R.

PORPH. LXXXXVIIII. ad hpillidem (sic) R. 9) fillidem M. phylliden 2. phylli*da* r. phylli*dia* v. 10) pro MRA. rell. om. 11) u*ti* rvafhQ. ut *ipse* R. rell. ut. 14) sed om. MR2G, rva. ener*ios* R. energos M,2,rv. 15) Idus — mensis om. M. 16) *in*m. M2. 17) uener*ias* M,r. eo temp. MA2G(Q) *omni* temp. R. edd. *eo ipso.* 18) Apri*lis* fh. 23) condi*t*ionis libri. 24) *Belle* RA. *u*elle m. s. pro belle M. rell. *puellae.* 8) co*n*p. M. uinc*tum* M. rell. uinc*ul*um. 25) auide et om. 2. conf. Acr. 26) faethontis et belleroffontis M. phaetontis et bellerofontis R. proponuntur M2G(Q). ponuntur R. *prae*ponimus r. proponitur v. propo*nit* afh. 27) Locus turbatus. Q: „priora scholii uerba ut emendarem non contigit." In lemm. pro *putando disp.* uites habet M: *dicendo* disp. uites. Hinc vulg. lectio haec orta uidetur. Deinde *phrasis* est genitiuus, ut *dictio sententiae.* dictio*nis* phrasis fh. 29) *ut* disp. ui*tet* omn. edd. digna *signa* seq. fh. ne*ph*as R,rv.

31—32. *age i. m. f. a. n. e. post hac a. c. f.* Quare finem amorum suorum hanc dixerit, ipse ostendit; ordo est autem: age iam, meorum finis amorum, condisce modos. †)

# CARMEN IV, 12.

## ACRON.

*Iam u. c. q. m. t.* Ad Vergilium negotiatorem scribit admonens, ueris tempus esse aptum nauigio. Usitatum autem poetis est, *animas* dicere flatus uentorum, dum ad Graecum uocabulum referunt ἄνεμος, ut (A. VIII, 403): *Quantum ignes animaeque ualent.*

1. *temperant.* Tranquillant.

2. *lintea.* Vela.

3. *iam nec p. r.* Ipso enim tempore et hiemps clauditur et ueris amoenitas aperitur, quo Fauonius coeperit flare.

*niue turgidi.* Adultum iam ueris tempus uult intellegi, quoniam nix omnis elapsa est.

5. *n. ponit Ityn.* Itys filius [fuit] Prognes, quem occidit ob culpam Terei.

*fleb. g. inf. a.* Progne enim uersa est in hirundinem.

6. *Cecrop. d.* Cecrops dux Atheniensium fuit. Athenienses enim fuerunt Tereus et Progne. Per Prognem uero hirundinem significat,. quae eo tempore apparet. Nota historia est, quod pro stupro sororis Philomelae ad uindictam filium Terei reciderit Progne, et fuit peior paena peccato, dum committitur parricidium propter incestum. Unde Tereus, comperto facinore, dum ambas insequitur, ipse in upupam dicitur mutatus, illae fugientes in hirundinem et lusciniam.

2) ostendit dicendo: non alia posthac calebo foemina 2.

†) Scholia ad u. 15 *Veneris Marinae* ex cod. Thevenot. ap. Suringar. p. 167 et ad v. 26 *ales pegasus* ibid. p. 172 non leguntur in cod. γ, qui ad h. o. ut ad antecc. et seqq. proprias suas habet expositiones.

ACRON. Veris descriptio est ud u*i*rgilium quod tempus in mortalibus est gratissimum paranetice tetracolos Aγ, ut E (mortalibus est crat.) P. Veris $^{de}_{a}$scriptio (1m. corr. non expu.) ad u*i*rgilium quod tempus in mortalibus sit gratissimum K (conf. Or.). Ad uirgilium loquitur quendam unguentarium b. Ad uirgilium unguentarium Par. C. Ad uirg. quend. ung. Bφ. Ode C. ad uirgilium negociatorem R.

9) esse om. fh. 10) ἄνεμος C (allusione uocabuli Graeci ἄνεμος). inde Q. an*i*mos A. rell. anim*as*. 12) tranquillant AR2,r. rell. tranquillum reddunt. gl. om. 1G. 13) vela om. 1G. 14) hiemps A. 18) it*is* A, it*yn* in Hor. fuit om. AR21,r. — ob culpam AR21,rm. culpam v. rell. culpa. *infelix auis.* i. procne quae in eam auem conuersa fuit. Itys fit. 2. Idem *ordo* in R1. 21) Ath. fuit. AR2,r. rell. fu. Ath. 22) et prog*nes* AR,r. Prog*nes* et philomela 2. — *uero* omn. libri, Q tacite corr. *autem*. 24) peior paena R. p. pena A2. p. poena r. rell. poena peior.

*Cecrop. d. aet. opp.* In domo enim Cecropis hoc est factum scelus.

9. *in tenero gr.* Ut (B. VIII, 15): [*Cum*] *ros in tenera pecori gratissimus herba.*

10. *cust. o. c. d. deum.* [Carmina] Pana significat, a quo [fistula] pandurium dicitur inuentum, ut (B. II, 32): *Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit.*

11. *cui pecus et nigri.* Pana, ut (B. II, 33): *Pan curat oues ouiumque magistros. Nigri.* Umbrosi.

13. *add. s. t.* Sitim pro aestate posuit.

14. *pr. l. d. A.* Calenum uinum; *ducere* i. e. bibere.

15. *cliens.* Aut Augusti, aut priuignorum eius Neronum, aut Maecenatis dicit.

16. *nardo u. merebere.* Ioculariter nunc se Calenum uinum prolaturum promittit, si unguentum acceperit. Si dederis, inquit, nardum, dabitur tibi uinum a me.

*nardi p. onyx.* Onyx [est] metallum gemmae simile. De hoc ad unguenta odorata parua fiebant uasa, de quo *Lucan.* ad ostentationem luxus (X, 116): *Totaque effusus in aula Calcabatur onyx.*

18. *qui n. Sulpiciis acc. horreis. Sulpicia horrea* dicebantur, ubi nunc Galbae. Illic oleum condi consueuerat.

19. *spes d. n. largus.* Cadus scilicet; maiora enim sibi per licentiam poti promittere sperando consuerunt.

20. *efficax.* Potens et qui largitate sua curas expellat.

21. *ad q. s. pr. g.* Ut supra dixit i. e. pocula non dabuntur tibi, nisi et tu ad [me in]uicem *mercem* [id est?] ampullam detuleris unguenti.

23. *immunem.* Si ueneris sine munere. —

*tingere.* Id est, madefacere.

1) fa. est R1,r. 2) Cum om. A2. 4) Carmina fh. — fistula fh. a quo fistulam dicunt inuentam Asc. et Cario. a quo *pandrium* A. pand*o*nium 2. p*i*ndar*um* R1,rmv. pindar*i*um G. *fistula pandrium* fh. et fistula et τὸ πανδήριον C. pandura Q. posui pandur*ium*. Variae et Graecae et Latinae h. u. formae extant. 7) sch. om. A2. 8) umbrosi AR2,r. rell. om. siluestres obscuri. amoeni. frondosi nemoris γC. 13) iocose 2. 14) spondet 2. Si — me om. A. 16) est om. AR21. 19) Sic omn. codd. et m. *hordeum* condi (ordeum rv) cafh. Sulpicius Galba horrea Romae habuit, a quo dicta sunt *horrea Sulpicia, ubi oleum condi consueuerat* C. Sulpi*t*ius galba romae horrea habuit. Ostendit se uinum habere in horreis reconditum *ex eo tempore quo sulpitius galba consul exstitit* γ. Pro *ubi nunc* scrib. uidetur *Sulpicii* et *uinum* pro *oleum*, ut sit: *Sulp. horr.* dic. Sulpicii Galbae.Illic uinum co. consueuerat. Q: Sulp. ho. di. Galbae, ubi nunc *uinum et oleum* c. c. conf. Porph. *Supp*licia R. 21) scilicet A2.rmva. puta C. al. supple. — per *leti*tiam A. po*tus* 2. 22) consuerunt A. consueuerunt R1,mvea. consuenere r. consueuer*a*nt fhQ. 23) et AR2,r. rell. om. et. sua om. A. 24) superius 2. di*xi* fh. 25) me om. AR21G,rv. ad uicem A. mer*cem* AR2,rmvQ. merc*edem* 1G. merc*is* ca. merc*es* fh. *aut* pullam 2. 26) Si *V*eneris fh. schol. om. A. 27) ting*u*ere Q, ut b Bern. BC. gl. om. 1G,r.

24. *plena d. u. i. d.* Ut gratis pascam, sicut diuites consueuerunt.

26. *nigr. m. d. l. i.* Lugubrium ignium, ut memor mortis laetitiam non recuset.

27. *misce st. c. b.* Breuis temporis otium.

28. *dulce e. d. i. l.* Id est: iucundum est a seueritate discedere aliquando.

## PORPHYRION.

*Iam u. c. q. m. t. inp. a. l. Thr.* Vergilium adloquitur. Iterum autem ueris tempus describit. Ceterum *animas* pro flatibus uentorum usitatissimum est poetis. Sic denique *Verg.* (A. VIII, 403) ait: *Quantum ignes animaeque ualent.*

3. *iam n. p. r. n. fl. st. hib. n. t.* Atqui ueris tempore intumescere flumina incipiunt.

4. *hib. niue turg.* Adultum iam ueris tempus uult intellegi, quoniam nix omnis elapsa est.

5. *n. p. I. fl. g. inf. a.* Procnen ac per hoc hirundinem significat.

6. *et Cecropiae d. aet. obprobr.* *Cecropia domus,* quoniam Athenienses fuerunt; Cecrops autem Atheniensium dux.

7. 8. *quod m. c. r. e. u. l.* Nota historia est Procnes, quae obstupratam et lingua debilitatam Philomelam sororem a Tereo marito filium sibi communem et illi et Ityn nomine occidit et epulandum inprudenti opposuit; deinde palam facto facinore cum fugeret cum sorore infestum maritum, in hirundinem et lusciniam transfiguratas esse [fingunt], ipsum quoque Tereum in upupam auem esse conuersum.

11. *cui p. e. n. c. A. pl.* Pana pastoralem Arcadiae deum [esse] significat.

15. *iuv. nob. cl.* Augusti et Maecenatis; aut numquid Neronum priuignorum Augusti dicit?

17. *Nardi paru. onyx.* Onyx genus ampullae est marmoreae, ioculariter autem dicens: Si adtuleris unguentum, tum demum ego proferam uinum Calenum.

1) sch. om. A. cons. *facere* 2. 2) lugubrium i. infernalium 2. rogi et mortis C. id est mortis et rogi γ. *ignium.* quibus cadauera incendebantur i. sciens te moriturum da conuiuiis operam paululum et ludo γ. 5) aliq. disc. A,fh.

PORPH. Ode C. ad virgilium unguentarium R. 9) inp. M. iterum *et annuum* ueris fh. 13) A*d*qui M. 17) procnen M. *Cae*crop. (ter) MG. 19) fuer*u*nt omn. libri praeter Q, qui tacite inc. fuer*i*nt. 20) hist. *est* Procnes *quae* ob stupr. M. Nota est *fabula* Prognes R. Vulgo: Nota historia est: Prog*ne obst*upratam. est tacite om. Q. 21) sororem *atreo* MRG. a om. 2,rv. 24) fingunt fh. rell. om. 25) esse om. fh. 26) archad. M. esse om. MR2G. 28) et om. vafh. numquid codd. nobilium rvafh. 30) Hoc schol. leuitate sua omisit Q. Onyx in lemm., on*i*x in sch. M. *est* om. edd. adtul. M. t*um* MAR2. t*uum* 2,rv. om. afh. domum a.

18. *qui nunc Sulpiciis accub. horreis.* Sulpicii Galbae horrea dicit: hodieque autem Galbae horrea uino et oleo et similibus aliis referta sunt.

19. *spes d. n. l.* Cadus scilicet; potulentos autem scimus plerumque maiora sperare.

32. *cum t. u. m. u.* Cum ampulla unguenti scilicet.

24. *pl. d. u. i. d.* Ut, si diues sim, et in domum meam omnium rerum plenam te inuitem.

26. *nigr. ignium.* Funerum dicit, quasi lugubrium ignium.

37. *misce st. c. b.* Breuem stultitiam, hoc est, breuis temporis.

# CARMEN IV, 13.

## ACRON.

*Audiuere Lyce.* Ad Lycen meretricem scribit, de cuius superbia in tertio libro questus est eo quod anus facta contemnatur a iuuenibus, de quorum amore ante plaudebat.

3. *uis form. u.* Utrumque in anu muliere turpissimum est, ut et formosa uelit uideri et lasciuire, et ideo addit *inpudens.*

4. *inpudens.* Pro inpudenter, nomen pro aduerbio posuit.

5. *et cantu tremula.* [Tremulum] Vel ad uocem uel ad aetatem rettulit.

6. *Cupid. l. soll.* Iuuenum scilicet cupidinem, qui ideo lentus est, quoniam tu eis ingrata es per aetatem.

7. 8. *ille uirentis c. o. ps. Ch.* Multum decorum uult Chiam mulierem uideri, uel quod uirenti aetate sit et docta saltare, uel quod genis i. e. facie pulchra sit; et ideo Cupidinem excubare in genis eius dixit.

9. *imp. c. tr. a. q.* Per inrisionem quercum aridam uoluit anum mulierem intellegi, quam Amorem, dum festinat ad iuuenes, necesse est transuolare.

11. *luridi.* Nigri, squamosi. —

1) *fulpliciis* M accu*p*at M. 2) Sulpi*t*iis galbae M. et simil. aliis M. et aliis rebus simil. R. oleo simil. r. similibus*que* aliis vafh. infecta r. 6) Ut si diues sim MRA2G,r (dices) aQ. ut *scis* diues sim v. ut *scis* diues *sum* fh. 8) funerum MR2G,rvaQ. funebrium fh.

ACRON. Ad licē meretricem senescentem A Acr. Compotem se uoti sui factam esse dicit quod lyce anus facta sit paranetice tetracolos A Hor. et γ, ut E et K, qui om. paran. tetrac. Ad licem uetulam meretricem b. Ode CI ad licem R.

14) *Audiu. lice.* Ad *licem* AR. lycem 2, rell. lycen. 15) de om. fh. 17) muliere om. A1. 18) *in*pudens p, ut EBφDR Bern. B. 19) sch. om. A. 20) Tremulum om. A. 22) scilicet codd. supple fh. cupidinem AR. rell. om. 23) ei 2G. conf. Porph. 24) meretricem 2. 25) saltare AR21,rmv. Psallere acfhQ. conf. Porph. genis i. *oculis pulchris* sit A. 27) i*n*ris. A. uult R. 30) nigri squam. om. A.

*te q. rugae.* Ut (A. VII, 417): *Frontem obscenam rugis arat.*

12. *turpant.* Foedant, ut (A. X, 832): (*Sanguine*) *turpantem* (A. XII, 99): *foedare in puluere crines.* —

*et cap. niues.* *Niues* pro canitie posuit.

13. *nec Coae r.* *Coae* pretiosae a loco; in qua enim insula purpura melior tingitur. Significat autem, nec uestimentorum cultu nec gemmarum pretiis reuerti pulcritudinem annis iam et aetate consumptam.

16. *incl. u. d.* Signauit, deposuit, sepeliit, inclusi enim defuncti tumulo dicuntur.

17. *Venus.* Venustas, cuius ab ea fugam ideo se simulat dolere, ut ei maerorem incitet grauiorem.

18. *motus.* Saltatus, i. e. quid habes illius aetatis pristinae, aut quid tibi praeteritae gratiae remansit?

20. *me surpuerat mihi.* Syncope pro *subripuerat,* hoc est, alienatum mente fecerat.

21. *felix post Cinaram.* Pulchra. *Post* autem ad qualitatem pertinet, aut ad tempus i. e. secunda pulchritudine a Cinara, aut post illam defunctam tu ad amandum elegantior.

*notaq. e. a.* Probata et artifex.

22. 23. *breues a. f. d.* Tamquam quae immatura aetate perierit.

25. *corn. uet.* Cornix enim diu dicitur uiuere, cui Lycen comparat pro longinquitate uitae.

26. *poss. ut i. u. f.* Ut quae incenderat vultu suo, ad uicem facis, in cinerem damnis consumeretur aetatis, iuuenibus iam facta risui. Et quod *facem* dixerat, bene *dilapsam in cineres* memorauit.

28. *dilaps. i. f. c.* Ita, inquit, amisit pulchritudinem, sicut fax consumpta in cinerem.

2) libri: *Turpantem puluere crines.* 5) in quo A. (Co? cf. C) in *choa* r. rell. *hac.* posui *in qua.* purp. melior AR2,r. pretiose. *ibi enim* optima purp. ting*ui*tur γ. 6) ues*tium* cul*tum* A. hoc es*t* quantum uis te ornare gemmis ac *uestibus* tamen non potest cultus ipse temporis prioris eui reuocare γ. conf. C. 7) *ad* pulchr. 1G. *an* pulchr. *posse* annis r. 8) Signauit om. A. sepe*liit* AR,r. rell. sepeli*ui*t. *inclusit.* signauit gl. γ. 10) *Amor* cuius 1G,rmvea. rell. Venustas. ab eo R1. dolorem 1,r. simulat se ut et dolorem inc. mai. R. 11) *excutiat* γC. *graui* orem AγC. rell. maiorem. 14) su*b*rip. AγC. al. surrip. Syncope om. A. Syncope subrip. om. r. amore A (*ab* amore R) 21,rvca. amore*m* fh. *alienum a mente* fecerat seu amentem C. *amentem* fecerat γ. Posui *alienatum mente.* conf. Plin. XXVIII, 8. Liu. III, 48 (ob libidinem). 16) cinara*n* A (*cy*nar*an* Hor.). *potest* autem ad qu. perti*nere* 2. Post *aut* fh. 17) *ac* binar*an* A. 18) tu *fuisti* ad 2. *es* eleg. C. 20) *aetat*e omn. libri. *morte* tacite incule. Q. 22) *per* longinquitatem mvcafh. pro long*itate* r (G?). 23) *Id est* quae A,r. uul*tu* suo A2. ut quae incen*dat* vultum *tu*um R. vulg. uul*tum suum* (tuum r). 24) *dam*nis AR21,rmv. rell. *annis*. *et* annis ea. 25) delaps. cafh. 26) sch. om. A. *amisi* R1,rmv. *am*isi*sti* a c. perdidisti γC. misisti fh. conf. Dillenburger. Q. II. p. 101. Posui *amisit.*

## PORPHYRION.

*Aud. Lyce di. m. u.* Ad Lycen loquitur, de cuius superbia in tertio questus est in illa ode, cuius initium est: *Extremum Tanaim si biberis Lyce.* Ergo senectutem illi nunc obprobrat, per quam ingrata iuuenibus facta fastiditur.

3. *et tamen u. f. u. l. e. b. inp.* Belle illam lasciuire ait, et ideo bene additum *inpudens.*

6. *cup l. s.* Qui ideo lentus est, quoniam tu ei ingrata es per aetatem.

7. 8. *ille u. e. d. ps. ch. p. e. i. g.* Cupido scilicet. Ob multa autem decoram esse Chiam, uult intellegi, quod et uirenti aetate sit et docta sit psallere, et quod genis ac per hoc oculis pulchris sit; et ideo Cupidinem in ipsis genis eius dixit *excubare.*

9. *inportunus e. tr. a. q.* Allegoricos *aridas quercus* pro: senio affectas mulieres. [Et inportunus iocus ἀφρονία dicitur.]

13. *nec Coae r. i. t. p. n. clari l.* Hoc est, quod supra dixit: *et tamen uis formosa uideri;* significat enim, illam puellariter se ueste et gemmis excolere.

14—16. *quae s. notis c. f. i. u. d.* Quae iam retro acta sunt.

20. *quae m. s. m.* Ip est, subripuerat.

21. *felix p. C. n. e. a. g. f.* Post *Cinaram* utrum ad qualitatem pertinet, an ad tempus i. e. secunda pulchritudine, an post illam defunctam, deinde felix pulchritudine.

28. *delaps. i. c. f.* Ἐμφατικῶς illam ut amoris facem dilapsam ait in cineres est consumptam refrixisse.

# CARMEN IV, 14.

## ACRON.

*Quae c. p. q. q.* Negat ullos a senatu uel populo Romano dignos honores inueniri, qui pro meritis uel triumphis Augusti aeternitati ipsius consecrentur.

PORPH. Ode CI. ad licem R. 3) qu*ae*stus M. obpr. M. 6) *B*elle R. *u*elle M. rell. om. 8) inpu. M. 9) ei MRA2.rvaQ. e*is* fh. conf. Acr. 9) multam autem decor*am* MR. 10) *et* uir. RA2G. rell. om. conf. Acr. 11) psallere — sit om. rvafh. 12) ip*sum* in genis fh. codd. *in ipsis* genis. 13) allegoric*ae* v. — *ce* afh. 14) Et — dicitur libri. ap*h*enia R. ἀφρονία M2, rvafh. 16) formo*n*sa M, ut ad Epod. XIV, 9, S. I, 2, 85. 3, 25. pue*ri*liter 2. puellari r. rell. puellariter. 21) an post illam def. de. fe. pulchritudine MA2,r (om. deinde). 23) Illam *autem* amoris fh.

ACRON. Ad augustum tetracolos A Acr. De lute (sic pro *salute*) aug. ait esse sollicitos patres ad plebem encomiastice tetracolos A Hor. De salute — plebem K. Ad plebem encomiastice in qua de salute augusti a. e. pat. soll. tetracolos γ. laudes augusti bBφ. de salute augusti DH Bern, B. Ode CII. R.

28) Cod. γ habet schol. Porph. ad h. l. 30) consecr*ar*entur A2.

4. *mem. fastos.* [*Fasti* sunt] annales, qui ad commemorationem honorum uel rerum gestarum inuenti sunt; ipsi enim *fasti* dicuntur, indices uirtutis, siue in quibus memoria temporum continetur.

5. *aeternet.* Aeternum faciat et laudibus consecret.

*o quo sol habitabilis.* *Habitabilis* propter inhabitabilem κεκαυμένην.

7. *quem l. e. Lat.* Latinitatis nescii uel ciuilitatis.

8. *Vindelici di. mu.* Augusto inputat de Vindelicis Drusi uictoriam, qui eius ordinatione et exercitu uicerat.

9. *milite n. t.* Hyperbaton; ordo enim rectus est: Drusus acer non simplici uice deiecit Genaunos et caetera.

10. *inpl. g.* Inplacabile; Genauni et Brenni gentes Gallorum.

12. *tremendis.* Terribilibus.

13. *deiecit acer plus. u. s.* Aut *non simplicem uicem* dixit, quia dupla, quam dederant, clade perculsi sunt, aut [quia dixit] *acer non uice simplici.*

15. *maior N.* Drusus, qui maior natu fuit.

15. *inm. Rh.* [Id est,] fortes. —

16. *secundis.* Prosperis. —

17. *spectandus.* Famosus, uel terribilis bellator.

18. *deu. m. p.* Rhaetorum gentis animos libertatis amore morti destinatos fuisse dicit.

19. *quantis fatigaret r.* Tempestati furenti uiri fortis animum comparauit.

21. *Pleiadum choro.* Pleiades dictae sunt, quae et Vergiliae; harum ortus tempestuosus est. *Choro,* Vento tempestuoso.

22. *sc. nubes.* Ita pugnantem Drusum scidisse dicit hostium turmas, ut uentus nubes undasque consueuit.

1) fast*us* A in Hor. fast$\overset{v}{_o}$s A Acr. 1m. corr. Fasti sunt om. A. 2) indices — continetur om. A. 5) habitab*ilis* A bis. al. habitabiles. — κεκαυμένην. fh. cecaumenen A,a cecaumen R. cecaumem v. ceraunem 2,r. conf. III, 54. 6) *cubili*tatis A. *ciuili*tatis mv. nescii. *Vindelici*] Augusto R2. uel ciu. om. G,r. C: Latinae. non sabiacentes Italis (idolis γ). vel ciuilitatis et humanitatis expertes et ignari. inputat A. uindelic*iis* A. 11) i*n*plac. A. *c*enauni A Acr. genauni A Hor. g*elo*nos ca. uide Nannii Misc. III, 18. Grut. Lamp. I, 1268: Genabos. b: genauni populi sunt cisalpine quos et *urenses* uocamus sicut bre*u*ni. ge*r*aunos brennosque R. ge*nau*nos] ge*r*aunos *c*isalp. ga. ge. sunt γ. g*erm*anos et brenn*i* r. — Gall*ia*rum cafh. galorum mv. 12) terrib. om. G,mv. 13) non *simplicem uicem* libri. *in* simplicem uicem vac. non simplici uice Q. 14) percussi 2. *quia dixit* omn. libri. acer non uice simp. AR2,r. rell. non simp. uice. γ: *acer.* id est. qui drusus lesus non est contentus nisi duplicem intulisset iniuriam. conf. C. *plus uice* ut plures hostium prosterneret quam ipse perdiderat γ. similiter C. 16) i*n*man. A. Id est om. A. has 2. gl. om. 1G,mv. i*m*manes] seuos γ. conf. C. 19) ret*i*orum AR2. *rh*et*i*orum rvca. rh*oeti*orum m. rhoe*to*rum fhQ (ae). r*ae*ti AγK. IV, 4, 17. Wagner. p. 468. *animos* destinatos omn. libri praeter fhQ, qui habent: animos libertatis am mo. dest. amore *more* A. rell. amore mort*i* praeter Q qui tacite incule. amor*i* mor*te*. 22) P*li*adum. P*lia*des r. sunt om. AR1,r. pleiades dicuntur uerg. 2. 23) temp. ortus AR2,r. temp. *et occasus est et* ortus C. uent. temp. AR2,r. *scind. nub.* uent. temp. faciente pluuiam C. 24) sci*n*disse A2,rmv.

24. *mitt. eq.* Inrumpendo [in] hostium cuneos.

*perignes.* In medium pugnae feruorem.

25. *si. t. u. A.* Omnium fluminum famosorum uultus cum cornibus finguntur propter impetus et mugitus aquarum, ideo *tauriformis*, ut (A. VIII, 77): *Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.*

28. *dil. meditatur a.* Inundationem fluminis uiro forti comparat pro Drusi laude, ut (A. II, 304): *aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros.*

31. *primosq. e. e. m.* Ut (A. X, 512): *Proxima quaeque metit gladio.*

32. *sine cl.* Sine damno suorum militum dicit.

33. *te c. t. c.* Augusti auspiciis Drusum dicit hostes fudisse et felicitatem habuisse.

34. 35. *tam t. q. d. p. al. s.* Felicitati adsignat Augusti Drusi uictoriam demonstrando ante annos XV eodem die ab Augusto Alexandriam captam, quo Drusus (?) Vindelicos superauit; Pompei enim mortem Actiaco bello ultus Augustus est.

36. *uacuam.* Sine hoste, sine domino.

36. *et opt. p. i. d. a.* Inmortalitatem ex consecratione uidetur significare, cum dicit *peractis imperiis*, diuinos enim honores meruit Augustus [ut idem in secundo Epistularum (II, 1, 16): *Praesenti tibi maturos largimur honores Jurandasque tuum per nomen ponimus aras*].

41. *non a. d.* Non ante Caesarem uictus.

42. *prof. Scythes.* [Aut sub Aquilone interius constitutus, aut] qui numquam in eodem loco manet; unde et *nomades* dicuntur.

43. *o tutela praesens.* Augustum dicit; sic idem alibi (Hor. E. II, 1, 2): *Res Italas armis tuteris moribus ornes. Praesens* aut (autem?) potens, siue propitia, ut *Verg.* (G. I, 10): *Et uos agrestum praesentia numina Fauni.*

45. *te f. q. c. o.* Origo enim Nili nescitur, ut (*Lucan.* I, 20): *Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.* Gentes fluminum commemoratione designat.

47. *beluosus.* Plenus beluis et monstris.

1) I*n*rump. A. in om. AR21,rmv. 2) In AR1G,rmvca. rell. per *fu*rorem R2G,rmvac. 7) ut. saxi de uertice (u. 308) torrens stern. agr. A2,r. 11) host. et fel. fudisse A2. hostem feliciter fudisse r. felic. *consecutum* C. 13) *ad*sign. A. 14) XV A2,r. conf. Porph. rell. duodecim. ab aug. AR2,r. vulg. Alex. ab Aug. 15) drus. vind*i*lic*i*os A. acciaco AR. 17) Sine h. s. damno R21,r. mvac habent utrumque: sine damno, sine hoste, sine domino. 18) I*n*mort. 2. *ex* conseeratione A. *et* consecratione 2. *exe*cratione G. vulgo *et* consecrationem. conf. Porph. 19) cum dicit AR2. rell. om. — diu. enim 2R (qui repetit *peractis imp.*). 20) ut — aras om. A2. 22) *nulli* ante fl. 23) Aut — aut omn. libri. 24) numquam *ideo* cōmanet A. in eodem loco *com*manе*ant* r. *in* om. 1. conf. Porph. 25) Aug. dicit om. 1. Sic idem — ornes om. A. 26) *Praesens* novum lemma in R atque in cafh. 27) propici9 = eius r. conf. C. 28) Et om. A2.

48. *obstr. O. Br.* Britanni enim interfuso Oceano terris omnibus separantur, ut (B. I, 66): *Et penitus toto diuisos orbe Britannos.*

49. *non pau. f. G.* Mortem enim Galli [ferocia] non pauent.

50. *duraeq.* Laboriosae, ut (G. III, 408): *Aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos.*

51. *te caede gaud. Syg.* Bella optantes adsidua. *Sygambri*, qui et Germani.

51. *comp. u. a.* Iam pacatis moribus et feritate deposita.

## PORPHYRION.

*Quae c. p. q. Quiritium.* Negat ullo senatus populiue Romani obsequio posse pro meritis dignos honores inueniri uirtutibus Caesaris, quibus in aeternum consecretur.

[4. 5. *per t. m. fastos aeternet.* Fictum uerbum est *aeternet.*]

7—9. *quem l. e. l. V. d. n. q. m. posses.* Non si haec dicit, quasi ab Augusto Vindelici debellati sint, sed quod Drusus exercitibus auspiciisque Augusti eos debellauerit.

10. 11. *Genaunos . . Brennosq.* Cisalpinae gentes sunt [hae].

12. *et arces A. i. tremendis.* Non *Alpes* tremendas, ut dictum est, intellegamus, sed hos tremendos i. e. timendos, qui eas habitant.

13. *deiecit a. pl. u. s.* Vult intellegi, in uastandis his non tantam illis cladem intulisse, quantam ipsi dederant, sed duplam; hoc est enim *non simplicem uicem* reddente.

14. *mai. N.* Ordo est: Drusus maior Neronum; hic enim maior natu fuit.

18. *d. m. p. l.* Eleganter; non metuens *mortem liberam.* Perpetuo epitheto dictam accipe.

19. *q. fatigaret r.* Hostium ruinis scilicet.

20—23. *ind. p. q. u. e. A. Pleiad. ch. sc. n. imp. h. u. t.* Mirum quod sequitur ἀναχόλουθον; cum enim praedixisset, *qualis* non intulit, quod erat

2) Et om. A2. 3) Mortem en. Ga. AR,r. rell. Galli en. mo. — ferocia fh. rell. om. ferotiã A (*propter* ferociam? cf. C: . . aut *propter* ingenitam *ferociam* . .) aut ferociâ ex Porph. 4) ut — Hiberos om. A,r. imp*er*atos R1. 6) *ad*sid. A. syg. (c in rasura) A. *et* om. fh. 8) peccatis A2 (non v ut ref. Q).

PORPH. Ode CII. in laudem augusti R. 11) senat*u* fh. 14) schol. om. MR. 15) poss*is* MG(Q). 18) *T*enaunos MG (ad marg. *Ger*annos). rell. *gen*aunos. hae om. M. 19) Non Alp. trem. om. MR. 20) sed *eos* R. 21) tant*um* M2 (tm̄) R1m. mut. u in a. ill*is* MR2,afh. ill*os* rvQ. *in*tulisse omn. libri. *tulisse* tacite inenle. Q. 22) *eam* non simpl*ici* uice redden*tes* fh. eam non simpl*ici* uice red*didisse* a. hoc est *enim* non simplicem uicem redden*tem* M. hoc — redden*te* R2. enim non om. r. 27) dict*am* M. rell. dict*um*. 28) supple fh. 29) Mirum *an* quod MR2G. rell. om. *an*. ἀναχόλουθον M2G(Q) anacoluton R. rell. om. 30) quod erat *constans* rvafh.

consequens *talis* sed *inpiger*. Ergo sic totum intellegendum: qualis est Auster cum ortu Vergiliarum [seu] Pleiadum concitatus cum exercet undas, tam inpiger Drusus hostium turmas uastabat.

24. *per ignes.* Ignes nunc pro acerrimis concitatisque periculis accipere debemus.

25. *sic t. u. A.* Omnium fluminum genii cum taurino uultu et iam cum cornibus pinguntur propter impetus et fremitus ipsarum aquarum.

27. 28. *cum s. h. c. d. meditatur a.* Male dixit *meditatur*, quia in ipso actu est nec debet cogitare aut condiscere, id quod iam facit.

31. *pr. e. c. m.* Sic et *Verg.* (A. X, 512): *Proxima quaeque metit gladio.* *sine cl. u.* Id est, sine suorum clade.

33. *te cons. et t. pr. d.* Hoc ideo dicitur, quia auspiciis Caesaris haec gessisse dicitur.

34. 35. *u. t. q. d. p. Alexandria s.* Ita euenit, ut post annos quindecim Drusus eodem die Rhaetos Vindelicos uinceret, qua die Augustus Alexandriam uicerat.

36. *et opt. p. i. d. adrogauit.* Inmortalitatem ex consecratione uidetur significare, cum dicat *peractis imperiis*.

42. *te prof. Sc.* *Profugus* dicitur, qui numquam eodem loco manet; unde et nomades dicuntur.

49. *te n. p. f. G. d. t.* Per zeugma ex inferiore [uersu] *tellus* *audit* accipere debemus. *Non pauentes* autem Gallos *funera* ait, quia uel ferociâ uel uana persuasione rursus renascendi mortem non timebant; de quibus et *Lucanus* sic ait (I, 492): *animaeque capaces Mortis et ignauum rediturae parcere uitae.*

52. *Sygambri compositis u. a.* Id est, pacati.

2) seu om. MR2G,rva. 6) Omni*um* fl. *genii* MA. vulgo: omnia fl. ge*nera*. in R lacuna. omnia flumi*na* gen*u* taur. 2. *etiam* cum corn. MRA. *et cum* corn. G(Q). edd. et corn. 7) fremi*tum* rvafh. 8) *mini*tatur MR (*imi*tat*us* 2) rv, ut nonnulli uett. codd. Hor., *medi*tatur afh. ut γb. Fran. Bern. uett. omnes aliique. Ex ipsa interpretatione patet, Porph. legisse *meditatur*. glossa *minitatur* in paucioribus codd., ut Par. C, tamquam var. lectio occurrit. 13) gessisse MRG. rell. aegisse (r) et egisse. 14) Ad hoc schol. conf. Nann. Misc. III, 18. Grut. Lamp. I, 1269. 15) eodem MAG. rell. eo die (eo die *inde* rv.). raetos M. rethos R. — qu*a* MR,rv. qu*o* 2,a. 17) Immort. *ex*ecrati*one* M2,rv. Immort. exentione R. rell. Immort. *et con*secratione*m*. conf. Acr. 18) dic*it* 2. 19) *in* eodem 2. 20) νομάδες fh. *profugus*. quia numquam ut*un*tur hisdem (eisdem C) sedibus γ. conf. C. 21) *te galliae et haec tellus* M. per ze*u*ma ex inferior*i* acc. R, om. uersu. Conf. I, 35, 1. II, 8, 11. 10, 11. III, I, 28. Addidi u. *tellus*. Q: ex inf. *uersu uerbum* acc. deb., id quod contra morem scholl. dictum est. γ: Te *non pauentes*] Et *haec tellus* subauditur et uerbum *audit*. 22) fero*t*ia M. uel *ua*na M,a. uel *uera* fh. rell. uel una. 23) *et* Lucanus *sic* ait MR2. rell. Lucanus ait. 26) paca*tis* rafh. *pe*ccatis v. pacati sunt R. *sygambri* lemmati addidi. conf. Acr.

# CARMEN IV, 15.

## ACRON.

*Phoebus u. p. m. l. u. e. u. i. l.* Non *lyra increpuit* sed *uolentem me proelia lyra loqui*, quod est lyrico carmine, *Phoebus increpuit;* amoribus enim aptum hoc est metrum, ut (B. VI, 3): *Cum canerem reges et proelia Cynthius aurem Vellit et admonuit.*

1. *ne p. Tyrr. p. ae.* Per allegoriam significat, magnam materiam non sufficienti ingenio et humili generi carminis non debere committi.

5. *fruges e. a. rett. u.* Seu quia in pace diligentior cultus uberiorem fructum facit, seu quia ipse deus Caesar faueat frugibus, ut (B. IX, 47): *Ecce Dionaei processit sideris astrum, Astrum quo segetes gauderent frugibus.*

6. *et signa n. r. Ioui.* Quae interfecto cum exercitu Crasso a Parthis Augustus receperat.

8. *et uac. duellis.* Id est, bellis.

9. *Ianum Q. cl.* Significat omnia pacata sub Caesare, templo Iani clauso, quod belli tempore semper patere consueuerat; unde ad significationem futurae pacis apud *Verg.* (A. I, 294): *Claudentur belli portae.*

*rectum e. f. l. i.* Leges tulit, quibus mores regerentur.

11. *emouitq. c.* Remouit, eiecit, ut (A. II, 492): *emoti procumbunt cardine postes.*

12. *et ueteres r. a.* In his quattuor uirtutibus ueteres uitae artes esse dicebant: prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia. Per has omnem constare uoluerunt politiam. *Artes.* Disciplinas.

15. 16. *ad ortus s. a. h. c.* Ut (A. I, 287): *Imperium oceano famam qui terminet astris, Iulius.* Ab oriente ad occasum imperium significat peruenisse Romanum, ut (A. VII, 100): *qua sol utrumque recurrens Respicit oceanum. Hesperio cubili.* Ab occasu.

18. *eximet.* Excludet.

19. *pro cudit.* In cudibus producit et fabricat.

20. *et m. inimicat u.* *Inimicat* i. e. inimicas facit; *miseras* autem tamquam bellum patientes.

ACRON. Ad augustum tetracolos A Hor. et Acr. Ad *diuum* augustum tetracolos γ, ut EDII. Ad diu. aug. b, ut BφC Bern. BC al. Ode CIII. R.

7) aptum est hoc *carmen* R. hoc *metrum* est A. est hoc metr. 2. *et* omn. edd. 8) admouit fh. 12) seu quia *si* A2. seu quia ipse RG et edd. praeter fh, qui habent *seu quasi.* 13) Dionei libri. process*it* AR2,rvca. process*u* fhQ. 14) crasso cum exercitu R2. 23) In his quattuor A (quatuor R) R. lis quatuor uirt. 2. 24) omn*em* poli*tiam* constare uoluerunt A. omnes const. uol. *disciplinas* R1G,mv. artes *et* disciplinas r. const. uol. politias fh. *Artes*] Disciplinas A2. rell. om. 27) Iulius AR2. 29) *H*esp. A Hor. *e*sp. A Acr. R2,r. 30) exi*get* A Acr. exi*git* A Hor. rell. eximet. γ cum gl. eiciet uel ex*iet.* conf. Porph. 31) faciet A.

21. *non q. p. D. b.* Gentes a fluuio, ut (A. VII, 715): *et Tiberim Fabarimque bibunt.*

22. *ed. r. Julia.* A nullis gentibus dicit leges Augusti contemni; in Juliam enim gentem fuerat adoptatus Augustus.

*Getae.* Gothi.

23. *infidiae P.* Crassum enim securum de pace persuaserant.

24. *non T. p. p. fl. orti.* Scythae.

25—29. *profestis lucibus.* Diebus. *Profesti* dies dicebantur, qui ante festos erant.

26. *iocosi.* Laetitiam iubentis, ut (A. I, 734): *adsit laetitiae Bacchus dator et bona Juno.*

[28. *rite.* Cum affectibus.]

*apprecati.* Inuocantes.

29. *uirtute f.* Duces, inquit, optimos parentum pietate uenerabimur, inter quos Augustus est.

30. *Lydis r. c. t.* Lydis tibiis laeta canebantur, Phrygiis tristia; tres enim modos habebant tibiarum: Ionicum, Lydium, Phrygium, quem et Barbarum. In honorem autem Lydorum dictum, quia ipsi primi tibias inuenerunt.

31. 32. *Tr. e. A. e. a. p. V. c.* In Augusti honorem Venerem laudari uult, quia ab Juli descendit origine. Ordo est: Nos apprecati deos canemus duces functos uirtute more patrum remixto carmine tibiis Lydis et Troiam.

## PORPHYRION.

*Phoebus u. p. m. l.* Quidam separant hanc oden a superiore, sed potest illi iungi, quoniam et hic laudes dicuntur Augusti.

1. *Phoeb. u. p. m. l. u. e. u. i. l.* Non lyra increpuit, sed uolentem me proelia lyra loqui.

*ne p. tyrr. p. ae. u. d.* Allegoricos significatur: ne magnam materiam humili generi carminis committerem.

3) nationibus A. 5) flumine R2. Gothi om. 21G,rmvca. 6) Per cr. en. se*u*erum de pa. persuaser*at* 2. persuaserat 1. rell. persuase*rant.* Q per*cus*serant. quoniam crassum *simulata* pace *necauerunt* γC (necaue*rant*). 14) uenera*mur* A. uenera*ntur* R21,rmv. uenera*bimur* acfhQ. 16) ca*ne*bantur AR2,r. rell. can*ta*bantur. — Lyd*iis* A Hor. lidiis A in lemm. et in sch. 17) *luu*ium et fryg. A. 18) lid*i*orum *quia* A, om. dictum. lid*i*orum dictum *qua* R. *frigiorum* dict*us* quia 2. ly*di*orum di. *quia* r. lydiorum di. quod mv. ly*dor*um di. *quod* cafhQ. 20) Aug. hon. AR2. rell. hon. Aug. 21) iuli*ae* A. iuli 21R(Q). rell. iul*ii*. Ordo — Troiam om. A1G,r.

Expositionū Horatii liber IIII. explic̄. incipit liber V. A (cod. Horatii: Q. Hora*ti* Flacci Carminū Lib. IIII. explic̄. incipit epodon feliciter.). Acronis Grammatici Commentarius in Q. Oratii libros carminum finit. eiusdem in epodon incipit (R).

PORPH. Ode CIII. R. 26) Foebus M bis. ωδην M. 27) et om. rvafh.

*et s. n. r. I.* Signa dicit, quae adempta Romanis interfecto cum exercitu a Parthis Crasso duce Augustus recuperauit.

9. *Ianum Q. cl.* Id est, pacem ubique fecit; tunc enim claudebatur, belli uero tempore patebat; nam et *Verg.* uolens ostendere perpetuam pacem futuram, sic ait: *Claudentur belli portae.*

*et ord. r. e. f. l. i.* Ordo est: iniecit frena licentiae ordinem rectum euaganti.

18. *non furor c. c. a. u. exiget o.* *Exiget* nunc *excludet* significat, quasi ἔξω aget, ut *Ter.* (Andr. prol. 27 Fl.): *spectandae* an *exigendae* [*sint uobis*].

19. *non i. q. procudit enses.* Producit h. e. fabricat.

20. *e. m. inimicat u.* *Inimicat* fictum uerbum est [i. e.], inimicas facit.

24. *n. Tanain p. fl. o.* Scythas significat.

30. *lydis remisto c. t.* Aiunt tres modos tibiarum esse: Jonicum, Lydium, Barbarum.

31. 32. *et almae p. V. c.* Id est, gentem Juliam, quae ab Julo nepote Veneris oriunda existimatur.

1) cum exerc. MR. exerc. om. 2. 9) e*r*o R. *ex eo* r. *extra* afh. — *ait* MR agit 2G,r. rell. ag*et*. 11) producit M, ut Acr. rell. procudit. producit bis G. 12) hoc est om. MR. 14) Ly*diis* MR. — conf. Epod. IX, 6. 16) iu*lo* M2. rell. iulio.

PORPHIRION GRAMMATICVS IN LIBROS CARMINVM FINIT. (R).
(in *epodon* incipit).

†) M transit ad *Artem poeticam* cum hac inscriptione:
INCIPIT EIVSDEM CARMEN DE ARTE POETICA.

# CARMEN SAECVLARE.

## ACRON.

*Phoebe s. p. D.* Saecularis carminis duplex deuotio esse consueuerat, aut enim pro sedanda et uertenda pestilentia, aut pro certo et constituto annorum numero; centesimo enim decimo anno in Capitolio a pueris et puellis impuberibus cantabatur. Ideo autem tempora numeraturus ab Apolline et Diana principium sumpsit, quia ipsi in honore solis habebantur et lunae, unde Vergilius dicturus Georgicon carmen sub aliorum uocabulis numinum ipsos inuocauit [dicens] (I, 5): *Vos o clarissima mundi Lumina, labentem caelo quae ducitis annum, Liber et alma Ceres.*

2. *o col. s. e. c.* *Colendi* in futurum, *culti* in praeterito.

5. *quod.* Cum Roma pestilentia laboraret, ex libris Sibyllinis iussum est, ut Diti Patri ad Terentum stipes mitteretur. Hoc etiam idem libri iusserunt, ut nobilium liberi in Capitolio hoc carmen cantarent.

ACRON. Epodon explicit incipit carmen saeculare A Acr. Q. Horatii Fl. expl. incip. carm. saec. quod patrimi et matrimae cantarunt in choro puellarum et puerorum ad apollinem et dianam proseutice tetracolos $\gamma$. Epodon explicit. Incip. carmen sclare q. p. et m. canta*ue*runt *ad chorum* p. et p. *in* ap. et d. pr. tetr. b. Q. horatii flacci epodon expl. || feliciter. quod patrimi et matrimae cantauerunt ad chorum puerorum puellarumque K. Vet. Ambr. O: Q. hor. fl. epodon expl. Incipit carmen seculare *lege* feliciter. Carmen seculare quod p. et m. cantauerunt ad ch. p. puellarumque ad apollinem et dianam proseutice tetracolos. R inscr. caret. Notandum autem hic breuius est, in libris scholiorum non inueniri memorabilem illam diorthosin, quae *inter lib. Epodon et Carm. saec.* legitur in septem (non quinque, ut in libro de cod. Barcell. p. 6 dixi) Horatii codicibus, Parr. E et R (8216) Regin. Bruxell. Taurin. Leidensi et Gothano, quorum princeps pleniorem eam sic, cum compendiis quidem, exhibet: Q. horatii flacci epodon explicit. uettius agorius basilius muortius (al. m*a*uortius. om. Taurin.) uir clarissimus et inlustris excomes domesticus ex consulum ordine leg[i] et ut potui emendaui conferente mihi magistro felice oratore urbis romae. Incipit saeculare carmen quod patri*ne* cantauerunt ad chorum puerorum puellarumque. In Cod. $\gamma$ *argumento Porphyrionis* praemittuntur haec: Carmen ideo dicitur seculare quod per centum et decem annos ludi celebrabantur tribus diebus et tribus noctibus. Metrum tres sa*ph*ici. quartus di*pp*odia. Dixerunt autem hoc carmen secularibus ludis quos celebrabat augustus in capitolio post centum et decem annos uirgines et pueri pretextati.

2) sedanda *et* A. rell. sedanda *aut. vertenda* ADXN12. *a*uertenda R. vulg. *uitan*da. aut uit. om. r. 3) et dec. 12. 5) qu*ia* libri. qu*i* tacite inc. Q. 6) unde ARND2,r. rell. *ut.* dict. Ge. carm. dicturus. Georgic*on* AN,r. Georgico*rum* 2. Georgic*um* cfh. 9) sch. om. 1G. praeterit*um* libri. praetori*to* C (Q tacite). 10) *quod* uet. Ambros. (cum glossa: tempus), ut Bern. KA. $\gamma$ in Hor. quo//// (rasura) cum glossa: s. tempus est, in lemmate: *quod sib.* s. tempus. sch. ex $\gamma$. conf. C. $\gamma$. rell. om. conf. Val. Max. II, 4, 5 et Fest. s. u. Terentum. *quos* id est *romanos* AR. qu*os* (etiam in B$\varphi$ atque in uet. Harl. 2. saec. IX) ortum ex lect. vulg. qu*o* *S*ibyllini. *Quod* neque ad *tempore sacro* pertinere potest neque ad *carmen* ('date quae precamur *carmine*, quod Sibyllini monuere uersus uirgines — — dis dicere' apud Orell. contorta constructio est), sed dictum uidetur hoc sensu: *eo quod* virgines puerique casti diis carmen dicunt ex Sibyllae consilio.

7. *dis. q. s. pl. c.* Romam significat in septem collibus, ut *Verg.* (G. II, 534): *Scilicet est rerum facta et pulcherrima Roma Septemque una sibi muro circum dedit arces.*

9. *alme Sol.* E contrario perpetuum Solis numen ostendit dando ei et praeteritum et futurum tempus, dum in diem alius renascitur. Sicut enim ortu suo diem, ita discessu noctem facit.

11. *poss. n. n. R. u. m.* Magnitudinem suam precatur urbi Romae seruari.

13. [*aperire.* Aedificare.]

*lenis Ilithyia.* [Lenis i. e.] propitia; ipsam enim Lucinam, Lunam et Dianam [ostendit], quae mystico nomine [sicut] in sacris dicebatur, *Ilithyiam* nominauit, sicut eam et Homerus uocauit; ipsa enim partubus mulierum fauere putabatur.

16. *seu genitalis.* Genitalem uocauit Dianam, quam et Lunam intellegi uoluit, quia ut Solis calore animantur semina, ita Lunae humore nutriuntur; penes ipsam enim et omnium corporum ratio esse dicitur et potestas.

17. 18. *patrumq. p. d.* Nuptialibus, inquit, legibus faueas.

19. *feraci l.* Fecunda, quae procreandorum liberorum causa promulgata est, quae lex Julia dicitur.

21. *certus u. d. p. a.* Decies undenos annos centum dixit per orbem circuli annalis peractos, pro quibus et carmen saeculare dicebatur; ludi enim saeculares ternis diebus et noctibus agebantur pro cultu Solis die ac nocte Lunae.

25. *uosq. u. c. p.* Quae uera mortalibus praedicant futura; et uos ait prosperate carmen, quod pro perpetuitate imperii Romani et Sibyllae libris in celebritate ludorum constitutum est, unde et (A. I, 278) [est: *His ego nec metas rerum nec tempora pono;*] *Imperium sine fine dedi.*

26. *stabilis.* Perpetuus et inmutabilis.

27. *bona i. p.* Perfectis rebus uberiora fata iungite, quae nihil habeant aduersitatis.

1) coll. positam 2. ut Septemque, om. Verg. — Roma, A. 4) solis *nu*men A1. numen solis 2,r. nomen solis R. rell. *lu*men. 9) ap. aedif. om. Aγ2N. *e*dificar*i* r. 10) Lenis i. e. om. A. 11) qu*ae* my. no., om. *sicut*, 2. rell. qu*am*. 12) elithiam A (ylethy*a* in Hor., ilith*ii*a in schol.). *Lenis ylythy*] facilis et propitia a nobis genitalis dea a grecis ilythyia. inuocat dianam quae et ily*thia* uocatur a silua γ. hilitiam 2. $\frac{y}{i}$lit$\frac{y}{i}$a P. il*e*thia K. il*e*thia Bern. A. etc. sic*ut* A12,rmv. rell. *sic. ostendit* omn. libri. conf. Porph. 13) fau. put. AR2. fau. putab*i*tur r. rell. put. fau. 15) solis cal. AR2,r. rell. cal. solis. semina om. 2. 19) quae AR2G,rmva. fecunde procr. fh. 21) decem om. afh. 24) ac AR2. rell. et. et lunae A. 25) praedic*abant* R2,r. 26) pro om. R1,rv. *et* sib. AR1,rv. et om. 2. rell. *ex*. 27) in cel. lud. om. 2. et A2,r. rell. om. est — pono om. A2,r. 28) imper*ii* 12. 29) i*n*mut. A. 30) Id est perf. 2 et Par. 7986.

29. 30. *fertilis f. p. t. sp. d. C. c.* Laudat Italiam et optat frugum ubertatem et prosperam pecorum foeturam. Unde et coronas offerri Cereri pro messium fertilitate promittit.

31. *et aquae salubres.* Dulces, serenae, ut (G. III, 335): *Tum tenues dare rursus aquas et pascere rursus.*

32. *et Iouis aurae.* Serenus aer, ut (G. III, 336): *Solis ad occasum cum frigidus aera uesper Temperat.*

33. *condito m. pl. t.* Mitem et placidum optat Apollinem, qui est sagittis armatus. Sic enim iratus ponitur, ut (A. VIII, 704): *Actius haec cernens arcum intendebat Apollo.*

35. *siderum reg.* Ita pro puellis Lunam, ut Apollinem pro pueris, precatur.

37. 38. *Roma siu. opus Iliaeque l. E. t. turmae.* Si Romam (Romae?), inquit, numina coli iussistis (a?) turmis Iliacis, statutis uestris fauete, ut semper felix sit, ut apud *Verg.* (A. X, 33): *sin tot responsa secuti quae superi manesque dabant;* siue propter Iliam sacerdotem Romuli matrem [dictam].

38. *litus Etruscum.* Propter Euandrum, qui illic prior regnauit.

39. *iussa.* Deorum responsa, ut (A. III, 5): *Auguriis agimur diuûm,* et alibi (A. III, 161): *Mutandae seges* [et (A. IV, 346): *Italiam Lyciae iussere capessere sortes*].

40. *sospite c.* Propter nauigationem, [ut (A. I, 263): *Bellum ingens geret Italia populosque feroces Contundet moresque uiris et moenia ponet*].

41. *Cui Romae. per ard. sine fraude Tro.* Aut ut Troia non proditione uideretur euersa sed fato, aut *sine fraude:* sine laesione, ut (C. II, 19, 20): *Bistonidum sine fraude crines.*

2) offerr*i* A. *a*fferr*i* Par. 7986. *a*ferr*i* R. offerre fhQ. ces*a*ri A. *caesa*ri R Par. 7986. rell. cereri. coronas pro fertil., om. *off. Cer.* et *messium*, 2. 4) et aquae — Temperat om. A2,r. 5) cursus aqu*is* R. 8) plac. *dicit* RN1,rvac. rell. pl. *optat.* qu*ia* fhQ. rell. qu*i* qui *et* sag. arm. est r. 9) Sic — Apollo om· r. Sic — ponitur om. 2. ut AR. rell. om. iratus Actius, om. ponitur, rmvac. haec Apollo om. v. Accius N. armatus. Sic enim *a poetis* iratus *inducitur*, ut uirgilius in III aen. Accius R. 10) tendebat R ut Py ap. Ribb. 11) *Ita* omn. libri. *Sic* inc. Q. Lunam *ut audiantur* ut Apoll. A, fh. p̄ca*b*atur r. 13) Rom*am* omn. libri. Scribendum est Rom*ae*, ut sit genitiuus. Q: 'fort. lacunosum hoc schol. expectes sic fere: si Romam, inquit, *condidistis* et *Latium* coli iuss. t. i. Sed uideant alii unde salus petenda.' Idem Q inculc. turmis i*talicis* pro turm. *Iliacis*, quod omn. libri tuentur. Scribe *a* turmis Iliacis. γ: Si propter uos facta est roma, quia oraculo apollinis troiani sicut uirgl. ad italiam peruenerunt. ideo ait *ilie turme.* nam aeneas auctor est romani generis. cf. C: Id est, si*quidem per* uos facta Roma est etc. 14) stat*uis* fh. 15) si*n* tot AR,v. Ribbeck. *sint o* resp. 1,m. s*u*nt o N. *si* tot afhQ. sin tot om. 2. Par. 7986, r. 17) dict*a*m fh. dict*u*m Q. rell. om. 18) schol. uncis incl. Q. prior illic 2. lit. etc.] tiberinum litus qui (l. quia) ab etruscis oritur γ. 19) et — sortes om. A2. Par. 7986. 21) capes*s*ere R. 22) loc. Verg. om. A2 Par. 7986,r. 23) *nomina* ponet N. 24) Romae AR Par. 7987,r rell. om. ut non uid. pro*d*., om. troia, 2. 25) γ: *sine fraude*] Non *sine fraude ardentem* sed *sine fraude iter muniuit eneas.* conf. C et Porph. — *ait* ut R.

42. *castus Ae.* Pro religioso siue [pro] pio posuit, ut (A. II, 409): *Hac casti maneant in religione nepotes,*siue pro: animo incorrupto.

43. *lib. m. i.* Ut (A. II, 632): *flammam inter et hostes Expedior dant tela locum flammaeque recedunt.*

44. *daturus pl. r.* [Posteris maiora daturus.] *Da* — syllaba breuis semper est praeter in imperatiuo modo, ut (A. VIII, 150): *Accipe daque fidem.*

47. *remq. pr. e. d. o.* Imperium, decorem[que] optat et populum, ut populo imperium et populus imperio Romano praestetur.

49. *quaeq. u. bubus u. a.* Ut G. II, 146): *Hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus Victima.* Per quam [rem] deuotionem Romam uult intellegi religiosam.

50. *clarus Anch. Ven. sang.* Per Aeneam Romani accipiendi.

51. 52. *bellante prior, iacentem lenis in hostem.* Siue Augustum dicit *priorem* ad arma, aduersum rebelles, et sabiectis mitem, ut (A. VI, 853): *Parcere subiectis et debellare superbos,* siue quia Romanis mos erat, ut iustis causis bella susciperent et nisi per Fetiales edicta belli causa minime pugnarent.

54. *Alb. t. secures.* Romanos magistratus, ab Albanis descendentes, ut (A. I, 7): *Albanique patres atque altae moenia Romae.*

55. *responsa petunt. r. p.* Id est, praecepta, quae obseruare auctor

1) Castum eneam pro relig. A. *pro pio* AN2 Par. 7986. propr*i*o R. prop*it*io edd. omnes Ne scribas: *siue pio posuit ut* etc. sed cum ARN2 Par. 7986,r: pro relig. siue *pro* p. posuit *et incorrupto amino*, ut: *hac — nepotes.* sine pro incorr. animo (fhQ) om. mvca. 2) *sub* relig. A. 3) flammam — Fxpedior om. A2 Par. 7986. flamm*as* R. 5) Po. mai. daturus om. AR2. in imp. modo AN Par. 7986,a. modo om. R,mvacfh. praeter imperatiu*a* G. praeter impertiu*um* Q. semp. br. est *nisi da* ut 2. praeterq*uam* R. semp. breu. Par. 7986. 4) decorem A,r. rell. decorem*que*. Optat ut populo 2, om. lemma et uerba *Imp. dec. et populum.* pop. *id est* ut Q. 10) Hic fh. Loc. Verg. supra ad VI, 2, 53. 11) rem. om. ARN2,r. ro*mam* AN2,r. recte rell. romanam. 12) Cum u. *religiosam* Comm. Acronis exeunt in 2. Lenis] Mitis, ut: *Parcere subiectis* [et deb. superbos RN,r] RN et edd. fere omnes. ex Porph. atque ex schol. ad u. 51. 52. γ: *inpeteret*] s. in bellantem. fortis *in bello lenis*] *in pace*, Virgilius Parcere s. et deb. superbos. conf. C: *iacentem lenis in ho.* Deuictum, ut: Parc. — superbos. 13) sch. om. RN,rmv. γ: hoc ad cesarem iulium pertinet quod iulia gens ab iulio ac per hoc uenere et anchisa orta existimatur ideoque ueneri genitrici templum constitutum est. conf. C. 14) sch. om. RN,rmv. dicit priorem A. rell. pr. dicit. 17) Fetiales A. *foec.* afh. *e*dicta A,ca. recte. legem, diem edicere ap. Cic. et Liuium. *Indicta causa* i. sine defensione Cic. Phil. II, 23. ad Diu. V, 2. Liu. III, 56. rell. *in*dicta. 19) rom. magistratus — patres γ. conf. C, qui addit: de Alba ciuitate traditus est *hic mos.* ut primo rei virgis caederentur, deinde securi ferirentur. A: *medus asb.*] a medis hostibus timentur secures romane. ideo autem albanus di*x*it quia roma ab albanis quos continet dictaẽ. ut alb. — romae. legas dicta *est.* fh: rom. magistr. Albanas, quia ab Albanis *quos continet* dict*ae.* ca: Rom. mag. Albanas dixit, ut: Alb. patres. N1,mv: Rom. mag. albanis *degentes* (gentes mv.) 21) qui *deos obs*eruare auctor. iub. A. uulg. lectio: quae eos auctor (aQ, autor cfh) *seruare* iuberet. *obs*eruare A. recte. u. Caes. B. G. V, 35, ut imperium Sal. Jug. 80.

(Aug.?) iuberet, ut B. I, 44): *Hic mihi responsum primus dedit ille petenti*; et hoc in laudem Augusti [dicit].

56. [*superbi n. e. I.* Ut (G. II, 172): *Imbelle auertis Romanis arcibus Indum.*]

57. *iam fides e. p. e. h. p.* Armis pacem et honorem pudoremque Romanos dicit quaesiuisse et reparata uirtute [superiori tempore neglecta] rediise fortunam; ipsa enim est, quae copiam beato (*beatam pleno*?) i. e. diuite cornu diffundit. Singula autem singulis applicanda sunt: fides militibus, pax ciuitati, honor senatui. (*Neglecta.* Superiori scil. tempore?)

59. *r. u. audet.* Properat, nil iam dubitat, ut *Verg.* (B. IV, 5): *Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.*

61. *augur e. f. d. a. Ph.* [Propter augurium et sagittarum usum atque musicam.] *Verg.* (A. XII, 393): *Ipse suas artes, sua munera, laetus Apollo Augurium citharamque dedit celerisque sagittas.*

62. *acceptusq. n. c.* [Dilectus, quia sibi consecratae sunt Musae.] Gratus, amabilis.

63. *qui salutari.* [Ipse enim est deus medicinae.]

*leuat arte.* [Medicinali peritia.] περιφραστικῶς.

leges Cic. Of. II, 11. Seruare legem Cic. ad Diu. II, 17, ut iura, ordinem, amicitiam, consuetudinem, iusiur. et fidem iurisiurandi cum hoste Cic. Off. III, 29. Pro *auctor* leg. puto *Aug.* i. Augustus; namque *auctor* legis Cic. Acad. IV, 5, non *lator* legis est, conf. Cic. Leg. III, 16: neque lator legis nec auctor. Liu. II, 56.

1) iuberet et hoc in laud. aug. ut hic — dedit *ille petenti* A. rell. om. ille petenti. *dicit* inculc. Q. γ habet: *responsa.* praecepta romani quasi a melioribus aut a diis aut sitiā (sic) scithae legatos ad nos mittunt et petunt responsa quasi de roganda pace. aliter C. quia sub lege nostra sunt i. e. (sunt legis praec. r.) praecepta romanorum expectant N1G,rmv. 3) Schol. om. Aγ. Loc. Verg. supra ad C. I, 12, 53. 5) Totum sch. om. CR1G,rmv, qui habent: quae antiquis fuerat romanis. et *negl. red. uirtus.* superiori (— re G1) scilicet tempore. Audet, G addit: integra scelerum. γ et vet. Ambr.: *Audet.* Temporibus augusti. conf. et Porph. C. 6) *acquisiuisse* C. 8) diuit*i* A. 9) *beata pl. Copia cornu.* abundantia omnium rerum N (hab.) R1G, mv. roll. om. conf. Porph. 10) Sch. om. AγR. iam om. c. *cop. cornu.* quasi *corporalem deam* hic accipe copiam *et* per eam utique rerum omnium habundantiam γ. Porph. glossa γC: plena fecunditas. *beata* diues C. 11) *secul.* fh. secl. ca. rell. saecl. saec. nasc. ordo om. m. 12) Totum schol. om. γNR1G,rvC. Propter musicam om. A, qui habet: Ad laudes apollinis redit cui datur augurium. sagittarum//// (usus?) et musica unde inter nouem musas. cum cithara ponitur canere. ut uergil. ipse sp/////tes sua munera letus apollo aug. cith. dedit celer*is*que sagittas. *dabat* Seru. G. II, 486. Ribbeck. libri Acr. *dedit.* celer*is*que A. *fulg. dec. artu* (sic). id est si respicit res romanas apollo felicissima tempora consequ̅ntur γ. 15) Sch. om. Aγ. gratus amabilis gl. vet. Ambr. γC, qui addit *propter musicam* Virg. Augurium — celeresque sagittas. 17) Sch. om. AγC. Idem enim et medicinae putatur inuentor ut (A. VII, 760): Poeon*is reuocatum herbis et amore dianae.* Lachm. Lucr. 280. conf. XII, 401: Paeo*num* in morem. γC habent: *Salutari arte* i. medicina cuius (ipse C) apollo inuentor est. inducitur enim apud Ouidium (M. I, 521) loquens *inuentum medicina meum est.* conf. C: ita loquens *de se ipso* apud Ouidium. 18) περιφρ. γC. rell. om.

65. *si Pal. uidet aequus arces.* Propitius[, ut (A. IV, 372): *Nec Saturnius haec oculis pater adspicit aequis*].

67. *alti l.* [Ut sequentem annum semper meliorem exhibeat]. Pro tempore.

*proroget.* Dilatet, differat, [et est tempus (lustrum?) pro tempore] hoc est, prorogabit.

69. *quaeq. Flu.* Sensus est: Et [si] Dianae, quae Auentinum tenet et Algidum, (si?) quindecim uirorum preces curat et uotis puerorum aures applicat, in alterum lustrum aeuum proroget.

*Algidumque.* [Locus est uel] mons appellatus ab assiduo frigore.

70. *quindecim D. pr. u.* [In templo enim Dianae deputati erant quindecim uiri tam ad responsa captanda quam ad sacrificia offerenda.] Quindecim enim sacerdotes Dianae de patriciis creabantur.

71. *amicas.* Propitias.

72. *Adplicat auris.* Ad audiendum inclinat.

73. *haec I. s. d. c.* Finis sacri carminis hoc habeat[, ut in haec uerba

1) *arces* A in Hor. (ut K Fran. aliique uett.) *aras* in lemmat. scholii. *arces uel* siue *al. aras* uet. Ambr. Parr. EBφDQ Bern. C. *aspicit* ut fh. ex Verg. loco. ut aequis om. A, qui habet: Ante paladium enim templum est apollini constitutum uelut numini salutari. γ (conf. C et Porph.): Apparet iam eo tempore ab augusto dedicatum fuisse in palatio apollinis templum ut maro (A. VIII, 720) etiam testatur: *Ipse sedens niueo candentis limine phebi. Aequus* propitius A. C addit. placidus. ut: nec — aequis. γ: *Aequus*, fel;x propitius, ut poeta (A. I, 330): *Sis felix nostrumque leues quemcumque laborem.* cfC, qui habet: *felix.* secundus. ut Poeta — *quaecumque* laborem. que*m*cumque Seru. B. V, 65. 3) Sch. om. Aγ,C. pro tempore γ. conf. C. rell. om. A: *meliusque sump. pror. au.* meliora romae tempora daturum propitium promittit apollinem. 5) sch. om. A. et est temp. pro temp. om. h. l. γC *hoc* est R. rell. *et* est i. e. Q. *lustrum* tempus gl. Bφ. prorogabit om. C. proroga*bis* N,r. Ad u. 65—68 habent γC scholion Porph. uide infra. 7) Sch. om. AγC. 8) praece*ps* cur*r*at r. A,mv: in auentino enim et in algido templa diane famosa cultu et mag//// (rasura mv: magna) sunt condita. 10) Sch. om. A. Locus est uel om. γC. Algidus mons ab ass. mo. appellatus [est C]. non longe ab urbe etiam romani in hoc dianae sacra celebrabant γC (ab urbe *Roma, in* q*uo monte Romani etiam* Dianae sa. celebr.). γ pergit: Sensus autem huiusmodi est. Et diana quae a*d*uentinum (sic) tenet et algidum. si quindecim uirorum preces curat. et uotis puerorum aures applicat. in alterum lustrum euum proroget. Ergo hic ex superiore sensu. per zeuma. si particula accer censenda ta ē (sic pro: accersenda est). conf. Porph. 11) Sch. om. A,mv qui habent: quindecim enim sacerdotes dianae de patriciis creabantur (creabatur v). Cum u. *offerenda* exeunt Comm. Acr. ad Carm. saec. in NR,r (*eff.*). 14) gl. om. γC. γ habet: amicas adplic*at* (1m. uel *cet*) si in sacris faciendis uota et preces curat. uel quindecim uirorum uel puellarum in euum felix prorogabuntur romana tempora. 15) sch. ex A,m,v. rell. om. Vet. Ambr. habet: *ap*plic*at* au*ri*s. s. proro*get* aeuum in alterum l. (lustrum). au*ris* KA in Hor. au*res* in lemmate. 16) Scholion uitiatum sic legitur in A,mv. afh habent: Finis — *quando* dicerent — *spe se* certa —. Verba *ut in haec uerba deuotio solueretur* eicienda uidentur, quippe serius inmissa; post *deos cunctos* ponendum est lemma: *deosque cunctos*, et post u. *peruenisse* hoc: u. 74: *spem bonam cert. domum reporto*] *id est*, auditos se s. c. d. reuerti. C: Ordo est: ego chorus, nos pueri puellaeque, domum spem bonam certamque, Jouem et deos cunctos haec scire haec uelle, haec sentire. Haec enim erat finis sacri carminis, *et* in haec uerba deuotio soluebatur, *quando* dice*ret* chorus omnium praesentium nomine, Jouem

deuotio solueretur], quo dicerent, sentire Jouem uota et deos cunctos || ad omnia etiam numina precationem peruenisse || auditos se spe certa domum reuerti.

75. *Doctus et Phoebi chorus et D. d. l.* Hac ipsa se inbutos carminis uaticinatione dicebant, non falli in bonae spei promissione.

EXPLICIT CARM̅. SECVLARE (A).

## PORPHYRION.

*Ph. s. p. D.* Hoc carmen saeculare inscribitur. Cum enim saeculares ludos Augustus celebraret, secundum ritum priscae religionis a uirginibus puerisque praetextatis in Capitolio cantatum est.

2. *lucidum c. d.* Hoc ad ambos refertur, ad Phoebum, quia idem sol est, et Dianam, quia eadem luna est.

3. *date q. p. temp. sacro.* Non *tempore prisco* dicendum fuit, sed tempore, quo prisca (sacra?) imitantur.

7. *dis. q. s. p. c.* Id est: quibus Roma placuit, quae in septem collibus constituta est.

10. *al, e. i. n.* Κακόζηλον; nam quomodo potest quis et idem esse et alius? Videtur ad illud rettulisse, quod idem quidem sol semper sit, sed renouans diem alius esse uideatur.

11. *possis n. u. R. u. m.* Et hic ex superiore subaudiendum *precamur.*

13. *rite m. a. p. l.* *Lenis aperire partus* pro: facilis ac propitia aperiundis partubus. Ostendit autem, eandem Lucinam et genitalem deam appellari.

preces et uota exaudiuisse et ceteros deos, *seque* spe certa domum euerti. Hinc Q: *Finis sacri carminis haec habebat et* in haec uerba — reuerti. Bφ: *phoebi chorus*] Ordo est ego chorus doctus dicere laudes phoebi et dianae reporto *ad* domum spem bonam et certam. sentire uidelicet iouem et cunctos deos haec i. exauditos nos esse. Vet. Ambr. et γ: *haec*] qaec precatus sum.

4) Schol. ex M,mv. rell. om. imb. m.

PORPH. Pomponi (Pomponii Halm.) porfyrionis commentum (comment*arius* Halm.) in horatium de arte poetica explicit. Incipit carmen saeculare feliciter. M. conf. Q p. XXX. Incipit carmen saeculare R. Porphyrionis (Porphir. r) Explanatio in Seculari Carmine incipit r (expl. in sec. ca. v) v.

12) praetex*ta*tis MA2γvaC. prae*testatis* R,r. praetex*tis* fh. 13) qu*ando* rvafh. rell. quia. 15) *est* rvafh. 16) imi*ta*tur MR2G,r. rell. imit*an*tur. prisca sacra? secundum ritum priscae religionis. γ: *temp. sacro*] trinoctio quia tres dies et noctes celebrabantur isti ludi. aut *tempus sacrum* dixit quo ludi celebrantur. i. hoc tempus ut per censum et decem annos ludi isti celebrarentur. glossa: ludis secularibus. Bφ: *sacro.* sacrificii. Ostendit quia augustus ad sacrificandum apollini et dianae ascenderat. 19) κακοζιλον r. 22) Et hic *ex* MR,rvafh. Et hic *et in* 2GQ. *sub*aud. M2, rell. audiendum.

17—20. *d. p. subolem p. p. d. s. i. f. p. n. f. l. m.* Implicata phrasis, quae sic ordinanda est: Diua, producas subolem prolis nouae patrumque decreta prosperes super iugandis feminis maritaque lege feraci. *Maritam* autem *legem* pro maritali *Plautina* uidetur auctoritate dixisse; similiter enim et ille locutus est, ubi ait senex (Epid. II, 1, 15): *Pulchra edepol dos pecunia est,* et alter respondet: *quae quidem non marita est,* pro eo quod est: quae non maritalis est.

21. *certus u. decies p. a. o. ut c. r. l.* Orbem nunc circulum temporum in se scilicet redeuntium accipe, *certum* autem pro pleno atque perfecto. Sensus enim hic est: ut perfectus orbis annorum centum et decem cantus et ludos referat. *Ludos* pro eo quod est: homines certi temporis orbe perfecto referant ludos.

25. *uosq. u. c. p. q. semel dictum est stab. r. t. seruet.* Syllepsis est; ex uerbo enim singularis numeri *seruet* pluralis nascitur *seruent. Quod semel dictum stabilisq. rerum*[. Rerum] autem epitheton est termini.

27. *bona i. p. i. fata.* Peractis i. e. praeteritis fatis bona iungite futura, ac per hoc contextum ordinem facite bonorum futurorum.

31. *nutriant f. e. a. s. e. I. a.* Foetus omnium rerum accipe et inanimalium, quae ad utilitatem nostram pertinent.

33. *condito m. p. t. s. a. p. A.* Hic sensus secundum Eorum opinionem conceptus est, qui Apollinem pestilentem deum putant esse. Porro autem quidam dei ideo placantur, ut prosint, quidam, ne obsint, secundum quod de Apolline nunc dicitur: *condito mitis pl. t. suppl. a. p. Apollo,* ne noceat scilicet. Videtur autem et Homerus sic de illo sensisse, cum ait (Il. I, 43): [τοῦ δ'ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων, βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο —,] uersus quibus significat] pestem Graecis ab eo inmitti. Etiam *Plautus* in Mercatore

1) subolem MA. edd. sob. frasis M2. 2) patrum*que* MA2G,r. (Hor.). rell. patrum. 3) iu*ngen*dis A et M apud Q (*iuga*ndis Halm.) 4) plaut*ia*na R. 5) et om. 2. pulchrae depoldos M. pulchre depollodos R. pulchrę edepot r. aedepol G. 6) et om. edd. respond*it* edd. 7) quae om. 2. 9) in om. h. 10) hic om. R. 11) *Ludos* MR2G iterant, rell. om. 12) temp. *cantus* ref. ludos afh. temp. *orbe (orbem R) perf.* ref. lud. MR2G. temp. *orbe ut perfectus* orbis amorum centum et decem cantus et perfecto referent ludos rv. 13) sylempsis M. silensis R. rell. syllepsis. in lemmate *est stabilisque.* conf. G. 15) dictum est. *ha*bilis rerum autem M. Quod semel dictum *est* stabilisque fh. om. 2. Quod dictum est semel a. Alterum *Rerum* inculc. Q. autem om. afh. 16) factis RM (facta in lemm.) iung. *fata* afh. (Hor.). 17) con*tex*tum MAR2G,r. con*ces*tum v. con*cess*um afh. 18) Fetus MA2. *et in*an. MR2G,r (ex inan.). *et* om. v. *et* anim. a. accipe anim. fh. 19) scholio add. γR2,rvafh. haec: Salabres autem non tantum aquae, uerum etiam aurae intellegen*dum* (uerum *et* aurae intellegen*de sunt* γ). C: — quandoquidem salubres *satis plantisque* non tantum aquae *sed et* aurae intelli*gendae sunt.* Hanc partem om. MGQ. 23) nunc MA2GQ. rell. om. 24) sic et de illo sensisse Homerus, cum fh. Hom. sic et de illo sens. rva. 25) u. graeca om. M2G. R lacun. iis rell. τοῦ Οὐλ. rvfh. Οἡλ. χαρήνων a. *uersus quibus* sign. rv. om. MR2G. *per quod* sign. afh. ab eo pest. rvafh. pestem Gr. ab eo MR2. pest. ab ea. Gr. (G?)Q. 26) *in*m. M. *Et* Plaut. RG,rv. *imm. et planctus.* Plautus afh. etiam M2Q.

fabula idem sentit, cum inducit matrem familias precari Apollinem, nato suo ut parcat.

35. *sid. reg. bicornis.* Poeticum est, lunam *siderum reginam* dicere, quod clarior inter astra uideatur.

37. *R. s. u. o. Iliaeque.* Quare Romam opus Dianae et Apollinis dicat, nondum uideo, nisi forte ex lectione Vergiliana hoc concepit, ubi frequenter dicitur, Apollinis oraculis instructum Aeneam Italiam petisse; ad quem intellectum et ipse nos adduxit poeta inferendo: *iussa pars mutare Lares et urbem.* Sine dubio enim oraculo iussa intellegimus. *Pars iussa* autem ad illud refertur, quod non omnes Ilienses cum Aenea fuerint, sed pars eorum alibi.

41. *cui p. a. s. fr. T.* Cum utique fraude Gaecorum incensa Troia sit, sed sine fraude *casti Aeneae patriae superstite,* quod ideo uidetur dictum, quia Quorundam opinione infamatus Aeneas est crimine proditionis.

44. *dat. pl. r.* Suis scilicet Troianis, quos secum in Italiam adduxit, daturus plura quam quae in patria amissa reliquerant. *Relictis* ergo a nominatiuo plurali uenit generis neutri, quod est *relicta.*

50. *quaeq. u. bubus u. a. clarus A. V. s.* Hoc ad Caesarem Augustum pertinet, quia Julia gens ab Julo ac per hoc a Venere et Anchise esse existimatur.

52. *b. p. i. lenis in h.* Sic et *Verg.* (A. VI, 853): *Parcere subi. et deb. superbos.*

53. *iam m. t. m. potentis.* Subaudiendum utique est: Romanorum.

55. *iam Sc. r. p.* Id est: expectant, praecepta Romanorum, per quod subiectos [eos esse] imperio Romanorum intellegi uult.

59. *et negl. red. u. audet. Neglecta* superiore tempore *redire audet* nunc i. e. temporibus Augusti.

3) reg. dicere MR2GQ. dicere lu. sid. reg. rvafh. 5) Apoll. et Di. rvafh. 6) *con*cepit MAR2G,r (9cepit). *o*cepit v. cepit a. *a*ccepit fh. u*b*i omn. libri. u*t*i tacite inculc. Q. dicitur freq. afh. 8) *iussa* — *urbem* tamquam lemma ind. fh. 9) intellegi*mus* M. intell*i*gimus R. intelligi*tur* 2GQ. intelli*gi* rvafh. 10) ae*na* M. 12) troia incensa 2. 13) sine fraude aenas (uide supra ad u. 37) M. sine fr. aeneas pa. superstes R2. sine fraude Castus Aeneas pa. superstes rv. sine *sua* fraude. Castus Aen. pa. sup. afh. Castus om. G. sine fr. Aeneae Q. Lemma eieci duo scholia coniungens, ipso poeta duce. Conf. Acr. qui accipit *sine fraude:* sine laesione. Vet. Ambr. sine nox*ia* (l. noxa) sine periculo. γ: sine fraude] Non *sine fraude ardentem* sed *sine fraude iter muniuit eneas.* Quidam putant propterea *enean patriae superstitem* fuisse. quod iuxta quorundam opinionem crimine proditionis sit dampnatus. conf. C. prodic*t*ionis R. 15) scil. suis rvafh. suis scil. MR2. 16) qnae om. vafh. patri*am* missa M. patria in ipa relin*q*. R. rel*in*querunt M (Halm.). 17) *et* generis 2C. 19) *et* pdr afh. v om. et rell. *ac.* ab iu*li*o *caesare* R. ab Ju*li*o fh. pertinet iulia gens ac per hoc Venere et anchi*sae* exist. r. descendisse om. 2,r. uener*ae* et anchi*se* M. 22) utique *est* A2,rva. *uti* est fh. est utiqne R. est om. M(G?)Q. 24) eos add. Q. per qu*os* subiect. r. esse omn. libri. romanorum *significat* 2. 25) *Redire audet* A. redire aude*at* M. rediret audet R. rell. om. sup. temp. 2, om. redire — Augusti. *Audet*] temp. augusti γ. tem*pore* augusti. vet. Aubr.

60. *app. b. pl. copia c.* Quasi corporalem deam hic accipe Copiam, [ac per eam] utique rerum omnium abundantiam.

65. *si Pal. u. ae. arces.* Apparet iam [eo tempore] ab Augusto dedicatum fuisse in Palatio Apollini templum, cuius et *Verg.* sic meminit (A. VIII, 720): *Ipse sedens niueo candentis limine Phoebi Dona recognoscit populorum.*

67. *alt. i. l. m. s. proroget aeuum.* Sensus est: si acceptas aras habet Apollo, quae in Palatio dedicatae sunt, [hoc est,] si Romanos propitius adspicit melius saeculum in futurum tribuat.

69. *quaeq. A. t. A. q. D. p. u. curat et u. p. a. applicat aures.* Hic quoque ex superiore sensu per zeugma [*si*] particula arcessenda est, ut sit: *Si* quindecim uirorum preces Diana curat et si amicas aures applicat puerorum uotis; et aeque ex superiore ad Dianam pertinebit: *Alterum in lustrum meliusue semper proroget aeuum.*

73—75. *Haec Jouem — dicere laudes.* Phoebi laudes et Dianae.

EXPLICIT LIBER CARMINIS SECVLARIS INCIPIT EPODON (M).

2) *et* per eam 2γ. *ac* per eam GQ. om. M. cop. *undi*que rerum om*nem* abund. R. hec accipere Copiam u. r. o. *ha*bund. M (Halm.). 3) equus *arces* M. ar*as* Q (uide p. XXXI: 'arces pro aras'). conf. Verg. G. II, 535. — eo temp. om. MRG (in marg.). 4) pala*tio* MR2γG,rva. Pala*tino* fh. Pala*tium* Liv. I, 5. Varr. L. L. IV, 8. VIII, 9. apolli*ni* MR2G,CQ. γ et edd. apolli*nis*. 5) ut *maro etiam testatur* γC (om. etiam). *nu*mine R. *fe*bi donare cog. M. 7) proroge*t* MγR2. 8) hoc est 2G. rell. om. (siue?). prop. Rom. rvafh. propiti*os* MR. 9) *in* fut. tr. MR. mel. sec. tribuat *in* fut. γ. rell. om. *in*. mel. saec. tribuat (sic) rv. mel. sec. tr. fut. afh. 11) sensu om. M (Halm.). si om. MR. zeuma Rγ. 12) amic*a laudes* (sic) M. amic*a* aures R. et si uot. pu. amicas aures applicat γ. 13) et aeque MGQ. et *aequae ad* superior*em* ad 2. et *quae* rvafh. sup. *et* ad dian. MR. pertine*bat* 2. 14) *il*lustrum R. 15) Hoc schol. om. fh et Q, qui adnotauit: 'Post *aeuum* in cod. Med. Pat. sequitur postrema carminis stropha addito: Phoebi et Dianae. Fortasse *lacuna signata* haec recipere debui.' *Haec — dicere* phoebi laudes et dianae M. *Haec — dicere laudes.* phoebi et dianae. 2,rva. Totum schol. om. fh. R om. Phoebi et Dianae. Posui: phoebi *laudes* et Dianae; Porph. enim uult intellegi *laudes* Ph. et Dianae, non *chorus* Ph. et Dianae. Quod cum liquido pateat, et hic lacuna absit.

Porphirion in artem poeticam incipit (R).

# COMMENTARII
## IN EPODON LIBRVM.

## EPODOS I.

### ACRON.

1. *Ibis Liburnis.* Maecenatem prosequitur euntem ad bellum nauale cum Augusto aduersum Antonium et Cleopatram. [Ad Actiacum enim bellum iturus Caesar Augustus Liburnis praeposuit Maecenatem. Hac igitur illum poeta oratione solatur.] [*Liburnae* nauiculae sunt textae uiminibus.]

2. *amice pr.* Ut in muro ita et in nauibus fiunt propugnacula, post quae dimicantes armati consistunt.

4. *tuo.* Subaudi *periculo.*

5. *quid nos.* Eclipsis, deest enim *faciemus.*

*superstite.* Superstitem pro praesenti posuit, ut *Plautus* (in Artemone ap. Fest. p. 305 ed. Müller.): *nemo hic adest superstes.*

EXPOSITIONV̄ HORATII. LIBER IIII. EXPLIC̄. INCIPIT LIBER V. iambicus dicolos A (Acr.). Q HORATI FLACCI CARMINV̄ LIB̄. IIII. EXPLIC̄. INCIPID EPODON FELICITER AD MECENATEM A (Hor.). Incipit liber quintus. ad maecenatem K. Acronis Grammatici Commentarius in Q. Orutii libros carminum finit. eiusdem in epodon incipit R. Explanatio Acronis in Ep*odo* Oratii r. Acronis commentaria in quinti (sic) Horatii Flacci Epodon librum v.

ACRON. Ad Mecenatem AγP vet. Ambr. Longiorem notitiam de metro, quam afh principio scholiorum praebent cuiusque prior pars (Metrum — Archilochus) non solum in vett. edd. rmv sed etiam in codicibus nostris, maxime tamen uariata, occurrit, in Parergis codicum Horatii inuenies, ubi de metris eius sermo est. Quae γ habet, ea plane differunt ab introductione Comm. Cruquiani. In b ad epodos paucae tantum glossulae leguntur hinc inde disseminatae.

2) aduers*us* 2. Ad — solatur om. AR12G,r. γ: Mecenatem *deducit* ad bellum euntem (om. nauale) cum augusto *contra* antonium. Ad actiacum iturus cesar augustus liburnis preposu*isset* mecenatem. hac ig. il. po. *noster* oratione solatur. 4) Lib. — uiminibus om. AR2,r. sunt om. 1,va. 6) nau*al*ibus R2. propugn. om. A. consist*a*nt A. Alia scho*lia* in γBφ: ostendit [naumachia i. Bφ] naualia proelio tunc temporis interesse mecenatem. cui ipse praeerat dicens illum ire cum *liburnis* i. nauiculis libicis. quibus utuntur negotiatores libiae. Et hi etiam qui prelium nauale ordinant. cum his nauiculis discurrunt inter maiores naue*s* ordinantes milites per singulas naues quod mecenas tunc egit sicut quilibet dux in equestri certamine. γ: *propugn.*] propugnacula dant loca in *nauibus*, in quibus milites stantes pugnant. conf. C. 8) gl. periculo ex ARγ (s. tuo periculo), 2,r. rell. om. conf. Porph. 9) ecl. d. fac. om. A2,r. ecl. d. *enim* faciemus R,v. enim om. afhQ. 11) hic adest A2,r. rell. adest hic.

7. *utrumne i.* A Maecenate aut a Caesare; ipso enim agente Horatius ab Augusto meruerat militiae uacationem, quod iniucundum sibi sine ipso confirmat.

9. *an huc.* Supple: tecum suscipiemus laborem, quem molles ferre non possunt?

12. *inhosp.* Aut propter nimia frigora, aut *inhospitalem* inhabitabilem propter montis ipsius asperitatem, ut (A. VI, 41): *inhospita Syrtis.*

14. *Forti seq. pectore.* Forti animo [μετωνυμικῶς]; inbecillum enim se corpore in sequenti dicturus erat.

15. *Roges Interroges. quid iuuem m.* Humanae mentis ratio est, ut per diuersas suspiciones dilectis plus timeatur absentibus. Dicit ergo, non quod comitatu suo inbecillis fortissimum uirum posset iuuare, sed aut praesens cum eo tutior esset, aut salutis eius minorem praesens sollicitudinem sustineret. *Lucanus,* ut timorem sollicitae mentis ostenderet [canit] (V, 779): *euentus belli sciet ultima coniunx.*

17. *comes.* Si comes sum.

19. *ut ads. inpl. p. a.* Apta inertium curae auium comparatio; illae enim nidos non relinquant cura pietatis, dum uindicare non possint.

19—21. *auis serp. adlaps. timet magis relictis. Magis timet,* aut ipsa incursus serpentum timet, aut magis *pullis relictis* timet.

23. *libenter h. e. o. m. b.* Noue et eloquenter dixit: *militabitur bellum* ut: pugnam pugno, seruitutem seruio.

24. *in tuae sp. gr.* Non pro spe praedae sed gratiae Maecenatem se dicit nolle deserere.

[25. *illigata.* Implicata, illaqueata.]

27. *ante s. f.* Ante caniculares dies.

*Lucana m. pascua.* Id est: non ut saltus Lucaniae aestiuos accipiam, ad quos greges uitantes aestus Calabriae transferantur.

1) *Aut* a mec. R. ab aug. om. 2. 2) uocationem A. — *inuoca*ndum R. in *io*cund. r. rell. *iniuc.* 4) An hunc lab.] id est hunc laborem tecum suscipi*a*mus quem A. s. laborem tecum suscipi*a*mus quem r. scilicet tecum R2,r. laborem om. AR2,r. 6) nim. *alpium* frig. A. inhosp. AR,r. rell. om. ips. mont. 1. 7) s*i*rtis A. 8) Forti an. AR2,r. rell. om. forti. μετ. om. A2. i*n*becill*u*m A. conf. Hor. S. II, 2, 86. Cic. Sen. 11 etc. i*n*beccillem 2. *imbell*em fh. rell. imbecillem. 10) Roges. int. ex A,r. rell. om. est ut per d. s. dilectis A (dilec*ti*) R2,r. est ut dilectis pl. tim. abs. *per* diu. suspiciones vca (suspi*t. ca.*) est ut per diu. suspic. dilec*tu* pl. tim. abs. fh. est ut dilectis pl. tim. abs. *propter* diu. suspi*t.* G,Q et 1,m (*per* diu. suspic.). 11) quod non 1. fort. uir. imb. 2. 12) esse — sustin*ere* fh. soll. sustineret AR2. rell. sust. soll. 14) ostender*en*t A. canit om. A,rva. ait R. scie*t* AR2,rvm. rell. sci*at*. 16) Schol. om. 12G,mva. om. *sum* R. s. comes sum r. Si co. sum A,fh. 17) ads. A. 18) poss*i*nt AR. rell. poss*u*nt. vide indicem s. u. *dum*. 19) *ad*laps. A in lemm. *all.* in Hor., *a*lapsus γ. ad laps. r. Schol. ex A,r. rell. habent: *ut* ipsa serpent*i*um incursus timet magis pullis relictis. time*n*t fh. serpent*um* vca. 23) pro AR2,r, rell. om. 25) gl. habent fh. rell. om. 27) aest. Luc. 2. 28) transfe*reb*antur r.

29. *superni.* Alti, [i. e.] in superiori (loco?) positi. *candens.* [Aut pro altitudine niuosa, aut] marmoribus compta.

30. *Circ. t. m.* Telegonus enim, Circes filius, Tusculum condidit. Aut *Circaea moenia,* Campaniae; i. e. nolo continuare agros Tusculanos usque ad Circaeum.

31. *benignitas.* Liberalitas.

32. *parauero.* Adquisiuero, et est pronuntiatiuum futuri temporis, ut docuero, orauero. *Verg.* (Aen. II, 718): *donec me flumine uiuo Abluero.*

33. *ut Chremes.* Nomen in Terentio diuitis et tenacis.

34. *discinctus.* Dissolutus [et liberius agens], ut (S. I, 2, 25): *Malchinus tunicis demissis ambulat.*

*nepos.* Luxuriosus, neglegens.

## PORPHYRION.

*Ibis L. i. a. n. a. p.* Liber hic EPODON inscribitur, scilicet quod ita uersus in eo ordinati sunt, ut singulis quibusque clausulae suae recinant. *Clausulas* autem lyrici appellant quasi praecisos uersus integris subiectos, qualis est secundus: *amice propugnacula* et deinceps alterni, quibus tertia pars deest, quo minus sint praecedentibus similes i. e. ipsi senarii, quos merito *bessales clausulas* appellant [et] a *bes;* bessi enim tertia pars opus est, ut integer fiat.

2. *Ibis l. i. a. n. p.* Non uidetur uerecundiae Horatii conuenire, ut amicum se Maecenatis dicat, cum clientem debeat dicere. Numquid ergo sic ordinanda phrasis est, ut *amice Caesaris* intellegamus, et ideo bis *Cae-*

1) id est om. AR12,r. superior*i* AR,r. sup. *loco* po. R. Aut — aut om. 2 (*id est* ma. co.). comperta 1. ornata vet. Ambr. et C. 3) enim AR2,r. circe A. rell. circ*es*. *ulixis et* circes R(γC.). 4) campani*a* AR. om. r. Circ. moe. Camp. om. 2. Est autem sensus. neque si in tusculano possidens uillarum mearum aedificia usque ad ipsam porrigam *romam* γ (Porph.) *volo* r. 5) circeum A.r. circ*ei*um 2. 7) Adquis*iero* A. rell. acquisi*uero*. pronuntia*ti*vum AG,r. Diomed. p. 338, 25 Keil. pronuntiat*uum* fh. rell. pronuntia*tum*. orauero AR12,r. rell. om. 9) *chremes* in Hor. *cremens* in schol. A. 10) et lib. agens om. AR1,r. disc.] et tunicis d*i*miss*us* 2. mal*t*inus A,rv. d*i*miss. A,r. *discinctis* R. 12) neglegens A. om. 2.

PORPH. EXPLICIT LIBER CARMINIS SECVLARIS. INCIPIT EPODON M. Porphirion Grammaticus in libros carminum finit. in epodo incipit R. Explanatio Porphirionis in Epodo Oratii rv. AD MECENATEM R.

15) Liber hic MR. rell. Hic liber. epod*us* r. Epo*dos* vafh. 16) *sec*inant MG. legendum *re*cinant cum Bφ et Comm. Cruquii. i. e. respondeant. conf. C. I, 12, 3: *Cuius recinet iocosa nomen imago.* re*tine*ant γ: *se conti*neant 2. *serui*ant R. *sententia* r. succin*antur* vafh. succin*ant* Q. conf. E. I, 17, 48. Calpurn. IV, 79. 19) similes i. e. ipsi *senarii* MR2G. similes ipsi *sequentes* rvafh. 20) bes*u*les MRG. *brisu*les A2. *bellin*es r. *h*ellines v. *H*ellines afh. posuimus *bessa*les. ut nos Q. conf. Petron. 58. Martial. VIII, 70, 7. *et albes* M2G. et alb*os* R. αλλωσις rv. ἀλλώσεις afh. ἀλλοιώσεις Braunh. scripsi: a *bes. est* a bes Q. conf. Plin. XVIII, 11: pondo bessem. Cic. Att. IV, 15. 8 unciae assis = $\frac{2}{3}$. — *ba*si uulg. lectio. ut nos Q.tert*iae* fh. opus est omn. libri. deest tacite incule. Q. 22) aut fh. 23) debeb*at* fh. 24) frasis M.

*saris* accipiendum erit, ut sit tale: Amice Caesaris, Maecenas, ibis Liburnis paratus [omne] periculum Caesaris tuo periculo subire?

5. *quid n. q. t. u. si sup. iucunda s. c. grauis.* Bis posuit particulam *si,* sed semel abundat; melius enim sic loqueretur: ‘quibus te superstite uita iocunda est, si contra sit, grauis est.’ Ergo [uerbum] extrinsecus bis accipiendum ex eo (uerbum?) *sit,* ut plena fiat elocutio.

6. *si contra ge.* Contra i. e. superstiti contraria.

7. *utrumne iussi p. o.* Iussi a te; aut numquid a Caesare? Dicitur enim Caesar Augustus dedisse Horatio militiae uacationem, cum aliis negasset.

9. *an h. l. m. l. d. q. f. n. molles u. feremus.* Sensus autem est hic: aut numquid animo laboraturi per absentiam tuam suscipimus et corporis laborem tecum eundo? Corporis enim laborem uult esse, non mollium uirorum.

17. *comes m. s. f. i. m. q. m. absentes h.* Sensus est: si comes sim, minorem metum patiar, qui semper absentibus maior est, et adtende, a singulari numero ad pluralem transitum fecisse [nunc].

19. *ut adsidens inplum. p. a. Serp. adlapsus timet.* Adtende elocutionem *illis timet* per datiuum casum, non *pro illis timet.* Sic et *Ter.* (Heaut. III, 2, 20): *Syre, tibi metui male.*

21. *non ut adsit auxili l. p. p.* *Sit* uerbum hic deest et *si* particula, quia ordo et sensus hic est: Non ut plus auxilii praesentibus *sit* latura, *si* adsit.

27. *pecusue c. a. s. f. luc. m. pascua.* Ambigua quidem elocutio est: sed cum *ante sidus feruidum* dicat et Calabriam manifestissimum sit caloratam esse, apparet, eum hoc dicere, non ut pecus ante feruentissimum aestatis tempus ex Calabria in Lucaniam transeat.

2) omne afh. 3) i*uc*. M, afh. rell. i*oc*. γ. *iuc*. in Hor., i*oc*. in scholio. uett. codd. inconst. bis om. rv. *periculum,* si semel afh. 5) sit om. rvafh. bis om. rvafh. 6) *ex eo* sit omn. libri. id est, ‘*sit*’ Q. Bφ: te uita si superst. (in φ u. *si* crasum): uacat istud si. uita superst. vet. Ambr. *iucunda*] *Si* particula semel sufficit ut sit talis elocutio. quibus te superstite uita iocunda *est*. si contra grauis *est.* ergo *quod est* uerbum bis extrinsecus audiendum || *uel* accipiendum *et ex eo trahendum* est *sit* ut plena fiat elocutio γ. elo*quu*tio M. 9) milit*ia* h. Oratio M,r (om. militiae — negasset). 10) moll*is* M. 11) aut om. fh. ait va. *autem* r. est. Hic *autem* R. nu*n*quid R,rvafh. 12) labor*es* 2(G?)Q. lab*or* rvafh. esse om. vafh. 15) maior est MG,a. est om. R. *min*or est. 2. absentibus est, om. maior, rv (ess). absentibus *esse solet.* Attende fh. et att. MRG,rv. et om. afh. 16) nunc rvafh. 17) *ads*. M, ut Bφ. *ass.* K et Bern. AB,γbR. i*m*pl. MKb Fran. i*n*pl. vet. Ambr. BφγDP. Bern. AB. a*ll*aps. M, ut Bern. KAC Fran. adl. BφDIb vet Ambr. G 18) per datiuum *dictum* casum R. per dat. ca. M,rvafh. om. 2GQ. *pro illis* MRrvafh. *de* illis γ. *illos* 2GQ. *et* γ,vafh. 20) Non — adsit om. M (Halm.). 23) pascu*is* M, ut Fran. AE Bern. AC. Vet. Ambr. et Par. C a m. 1: pascu*a* al. pascuis. *ca*loratam M2G. verbi obsoleti particip. rarius. conf. Apul. Met. VI, p. 182. coloratam RA. 25) feru*idi*ss. rvafh. 26) Calabr*is* rvfh. calabr*ia* codd. et aQ. trans*ferat* 1 (Porph.).

30. *Circ. t. m.* Tusculum intellegendum, quia Telegonus, Circes et Ulixis filius, hoc oppidum condidit. Sensus est autem: ut neque in Tusculano possideam uillarumque ibi aedificia usque ad ipsam urbem extendam.

31. *satis s. m. b. t. d.* Donatum sibi in Sabinis fundum a Maecenate Horatius saepe testatus est.

33. *quod aut a. u. Ch. t. p.* Quoniam Chremes nomen senis est in comoediis; ibi enim fere senes avari finguntur. Unde uidetur non inmerito Chremen auarum dixisse. Sensus autem: non studebo nummos adquirere, quos thesauris conditos terra subfodiam. Per quod ait, se nolle nummos habere plures, quam opus sint, ac per quos sollicitam habeat uitam.

34. *disc. aut p. ut nepos.* *Discinctos* pro *neglegentibus* solemus et nos dicere. *Nepotem* autem Veteres prodigum ac luxuriosum dicebant, quia re-uera solutiores delicatiorisque uitae soleant esse, qui sub auo nutriantur.

# EPODOS II.

## ACRON.

*Beatus ille q. p. n.* Laus uitae rusticae, ut *Verg.* (G. II, 458): *O fortunatos nimium sua se bona norint Agricolas.*

*negotiis.* Litibus, siue difficultatibus urbanis.

2. *ut pr. g. m.* Antiquitatem significat, cuius aurea saecula credita sunt, quod praeter ciuitatum munitiones omnes in agris uiuebant.

3. *exercet.* Colit[, ut (G. I, 99): *Exercetque frequens tellurem atque imperat aruis*].

1) Ulysis afh. ul*yx*. rv. ul*ix*. codd. 2) ut neque MR2G. *at* neque rvafh. neque ut Q. 3) poss. ui*llam* quae ibi aedif. habeat usque ad ips. urbem, om. extendam rvafh. conf. γ ad Acr. 5) sepe testat*us* A,rva. testa*tus est* γ,C. rell. testa*tur*. 7) comed. M. — senes om. fh. senes fere rva. 8) *senes* autem M. senex autem R,r. — adq. M. 9) su*f*fod. MR2,a. rell. s*ub*fod. — se om. edd. nolle se 2. rell. se nolle. — quam *sibi* opus *sint* R. quam *si* op. sint M. quam opus sint GQ. rell. quam opus *sit*. ac per qu*od* R. 12) negl. *solent* dicere afh. so*lens* v. sole*mus* r. sole*mus* et A2. om. *et nos*. 13) ueteres *et* prod. *ac* R. *ac* omn. libri. *et* tacite inc. Q. 14) solutiore*s* del. afh. rectius, nam homines hic soluti (E. I, 5, 20) dicuntur, non mores dissoluti. solutior*es*que M,rv. — uitae MR1GQ. rell. *uictus*. nutri*u*ntur vafh. esse sub auo nutr*iente* r, om. qui.

ACRON. Vitam agricolarum summa tranquillitate rerum exornatam prosequitur A (Hor.), ut K, laudatio uitae rusticae (Acr.), ut bEBφ Fran. Bern. BC etc. Laudatio uitae rusticae exornatae summa tranquillitate rerum vet. Ambr. et γH. Ode CV. R. Nannii sententiam de Acronis Comment. in h. epod. uide in Misc. III, 18. Grut. Lamp. I, p. 1269. Scriptus codex eius nihil fere cum impressis habet commune. idem ualet de cod. γ.

19) Haec inscriptio argumenti loco posita est. — ut AR12,vr. rell. om. ut. uirg. om. 2,r. 20) no*ss*ent A,r. nor*u*nt γ1. agricolae AR,r. 21) urb. diff. 2. 25) ut aruis om. A2,r. ar*mis* vm.

4. *sol. o. f.* Liber a debitis et a foenore.

5. *classico m. t.* Terribili tuba, ut (G. III, 530): *nec somnos abrumpit cura salubres.*

6. *horret.* Timet.

7. *forumq. u.* Ut (G. II, 502): *Insanum forum [aut populi tabularia uidit].*

7. 8. *et sup. c. p. l.* [Vitans] salutationes potentiorum, ut (G. II, 461): *[Si non ingentem foribus domus alta superbis] Mane salutantum totis uomat aedibus undam.*

9. *adulta uitium prop.* Pro *adultarum,* quae iam duci et propagari possint.

10. *altas maritat pop.* Coniungit; sic enim *maritat* hic dixit, ut supra (IV, 5, 30): *uiduas arbores* uitibus carentes.

11—16. *in reducta u.* Depressa, siue secreta, aut certe flexuosa, dum sequitur montes.

12. *errantes.* Libere pascentes, ut (B. I, 9): *Ille meas errare boues.*

13. *inut. f. r. a.* Putatorem significat arborum.

14. *fel. ins.* Fertiles, ut (G. II, 81): *Exiit ad caelum ramis felicibus arbos.*

15. *aut p. p. m. condit amph.* Hoc est: fauos premit, ut ceram separet et mel sincerum reponat.

16. *aut tondet infirmas oues.* Aut quae aestu (onustae?) uelleribus premantur, aut delicatas taedio.

17. *Autumn. agris extulit.* Veluti de aestuum nimietate..

1) a foenore rmvacfh. mv. om et. a. om. R(G?)Q. 2) abrumpet R,r. 5) aut — uidit om. A. ut ins. — uidit R12,rva. 8) uitans om. A. i. e. uitans salut. po. R2. uitans sal. po. r. rell. sal. po. uitans. Si — superbis om. A2,r. uom*it* R,r. 11) poss*i*nt AR2,rvca. rell. poss*u*nt. 12) marit*as* A1. 15) mon*tis* A. errant*is* (bis) A ut EBφK. 22) reponat 2. rell. re*paret.* ut *a cera* separet mel syncerum, om. reparet c. *separata* est cera vet. Ambr. 23) tond*it* vet. Ambr. inf. ou*is* Bφ cum scholio: epi*te*ton quia semper infirmae. ad marg: HOC IN AESTATE. Inde ortum uidetur *aestu* mvac pro *onustae*, quod iam obtulit C: *aut tondet inf. o.*] nam oueis *aestate* lanitondium patiuntur. *infirmas.* proprium epithethon ouium, quae neque sui curam gerere, neque saluti suae prouidere sciunt: praecipue cum *onustae* sunt uelleribus suis et grauatae: nisi maluerimus naturaliter dicere *infirmas*, id est, *delicatas*, quia natura oues sunt infirmae, et *morbis obnoxiae.* similiter γ et vet. Ambr.: *onustas* uelleribus quia tunc grauatae infirmae fiunt. γ addit: aut quia infirmiores dicuntur oues fieri cum *at*onsae (l. *ad*tonsae. conf. Plaut. Bacch. V, 2, 7) fuerint aut naturaliter *delicatas, quod est melius.* 24) aut *delitias* taedio A. *dil*ectas 1,r. *dereli*ctas R. de*uict*as 2. mvac om. aut del. taedio. re*li*ctas fh et Q, qui ne unum quidem uerbum de h. sch. adtulit. Taedio = morbo, phthisi. conf. Plin. XXVI, 13. Plin. E. II, 11 oues uocat *delicatissimas.* Dillenburger. Qu. Horatt. p. 105 schol. neque emend. neque explicuit. 25) *autumn. agr. extulit* lemma in A. autumn. *grauis* ext. R. autumn. *aruis* r. *aruis uel agris* γ. *agris* al. *aruis* Ambr. rell. *mitibus*] ut fhQ, aut *mitibus po.*] ut vca. aesti*v*um R.

19. *insit d. pira.* Proprii laboris fructum, ut (B. IX, 50): *Insere Daphni piros.*

20. *cert. c. u. p.* Ut (G. II, 95): *Purpurae preciaeque.*

21. *qua mun. te, Priape.* Dignis donis deorum.

22. *Silu. t. f.* Custos agri siue fructuum.

23. *Libet iacere.* [Introducit quendam feneratorem loquentem et laudantem uitam quietam nec tamen suum propositum deserentem.] *Antiqua ilice.* [*Antiqua*] Magna, ut (B. VII, 1): *Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,* hoc est, refugio apta pastorum.

24. *modo tenaci gr.* Quod terram radicibus stringat et cespite.

25. *interim.* Pro *interea.*

27. *fontesq. l. o. m.* Strepitu suo somnos suadent, ut (B. I, 55): *Saepe leui somnum suadebit inire susurro.*

28. *quod.* Quae res, ut *Ter.* (Eun. III, 1, 9): *qui habet salem Quod in te est* [i. e. quae res].

29. *annus hib. Iouis.* Pro: hiberna pars anni, ut (G. I, 418): *Juppiter uuidus austris.*

30. *comparat.* Colligit.

31. *trudit.* Excludit, expellit, ut (G. III, 378): *frustra oppositum trudentes pectore montem.* — *multa cane.* Feminino genere *canem* dixit, ut (A. VI, 257): *uisaeque canes ululare [per umbram].*

1) fructum om. 1,vmca. 2) da*m*ni pir. A. conf.ad u. 23. insere *nunc M. pir.* (sic) r. ins. Daph. p*y*ros vmcafh. 1,vca addunt: *carpent tua poma nepotes.* p*i*ra in Hor. uett. codd. Acr. non laud. a Ribbeck. 3) p̄tiaeque A. conf. Plin. XIV, 2. Probus 47. 22 K. 4) Qu*am*u*n*eretur A in Hor., quā = qua*m uen*eretur in Acr. — dign*as* AR1,m. dign*us* vca. dignis om. r. i. e. dign*a ipsa mea* donis deorum 2. 6) In nonnullis codd. ut uet. Ambr. Pariss. AHN Bern. C etc. noua oda hic significata est et maiore litt. init. et notitia metri METRVM QVOD SVPRA, addito illo argumento *Introd.* — *deserentem.* In ipsis Acronis codd. et edd. uett. rvmca argumentum desideratur. Legitur tantum in fhQ. L*u*bet v. — foen. vet. Ambr. 7) quiet*e*m *et non* tamen A uet. Ambr. *rusticam* uitam *et non* tamen N. In Bern. C inscriptio est breuior: Quendam fen. int. loq. nec propositum deserentem, om. *et laud. u. q. nec ta. suum.* 8) Antiqua ult. om. A1,r. i. e. magna 2,r. — Forte sub arg. om. A2. sub *antiqua* C. rell. arguta. *cond*erat A2. 9) da*m*nis A, ut supra ad u. 19. hoc — pastorum AR2 et omn. editiones. Q uncos posuit dicens: „inclusa uerba aut eicienda aut certe corrupta sunt. fortasse in *apta* latet *aperta* s. *aprica* et scr. *ad ap.*" At uero simplex loci Verg. explicatio est: ilex apta refugio pastorum. *Refugio scilicet non uerbum sed datiuum nominis* esse facile intellegitur, atque insuper apertum est, pastores non ad aprica sed ad ilices magnas, argutas i. e. umbrosiores ventoque agitatas refugere. 10) et cesp. omn.fere libri. *tenaci*] quod terram string*it* spissa herba γ. quod haerendo stringat C. Int. p. int. AR2,rvafh. om. 1,m. pro interea dum iacet *rusticus* C. dum *illi* iac*ent* Bφ. [interea] Q. 12) *Atque* leui AR2,r (somn. *suadet,* om. inire su.). 13) suade*bat* 12. adire 2. conf. Ribb. 14) sch. om. A,r. quaeres γ. i. e. quae res C. 15) i. e. *quaeres* superfl. 16) Pro AR1,r. rell. id est. 17) *hum*idus 1G,mvca. rell. *uu*idus. (*h*uidus R. *uid*uus r). *hibernus*] hiimps γ. hiemps vet. Ambr. 19) *im*pellit 2. impellit uel includit Bφ. ut — montem om. 1. montem *adeun*t R2,r. oppos. om, A,m. 20) Fem. gener*is* 1,rm. *ut* codd., mvca. om. fh. 21) per umbram om. AR2,r. ap*ris* 2, om. fug.

32. *obst. pl.* Fugae aprorum oppositas plagas h. e. retia, ut (A. IV, 131): *Retia rara plagae lato uenabula ferro.*

33. *amite.* Pertica, qua rete tenditur; *leui.* Limpido, gracili.

34. *Turdis e. d.* Epitheta singulis dedit *turdos edaces* dicendo et *pauidos lepores.*

35. *aduenam gr.* Quia transmarinae sunt, ut (G. I, 120): *Strymoniaeque grues.*

37. *quis n. m. q. a. c. h.* Amor i. e. auaritia habens malas curas cupiditatis.

39. *pudica.* Casta, ut (A. VIII, 412): *castum ut seruare cubile Coniugis et possit paruos educere natos.*

41. *Sabina q.* Exempla pudicitiae a mulieribus rusticis sumpta.

42, *pernicis.* Celeris, uelocis, inpigri, [ut (A. IV, 180): *Progenuit pedibus celerem pernicibus alis*].

43. *sacrum u. e. l. focum.* Diis enim Penatibus sacer [focus] est.

*extruat l. f.* Ut post laborem diligentia et studio reficiatur uxoris. *Vetustis.* Siccis.

45. 46. *claudensq. text. cr.* *Crates* a pastoribus texi consueuerunt ad mutandas pecudibus mansiones, ut adpositae greges muniant ab incursione ferarum, ut (A. IX, 60): *Cum fremit ad caulas.*

*laetum pecus.* Aut fecundum, aut pingue.

46. *distenta sicc. ubera.* Plena, ut *Lucan.* (IV, 314): *Distentas siccant pecudes.* [*Siccet.* Mulgeat, exprimat].

47. *hornu.* Nouella. — *dulci dolio.* Hypallage pro: dulcia uina.

48. *dapes inempt.* Suo labore praeparatas, [i. e.] gratuitas, ut (G. IV, 133): *dapibus mensus onerabat inemptis* [Uxor].

3) sch. om. A2,r. qua rete tend. om. R1G. *rh*etia r. — 2 addit: et dicitur haec ami*tis*. et est fustis aut furca. γ: *amite. Amites* dicuntur conti, in quibus ligantur retia quibus aues maxime capiuntur. ideo *leui* quia asperitas lignorum tollitur quando ad usum uocantur. et a genitiuo incipit hoc nomen declinari quemadmodum *pecudis*. glossae: *amite*. conto. *leui*. raso, leuigato. Bφ et C: *Ames* proprie est furcula qua (*ex* qua C) rete suspenditur in aucupio uel uenatione (ad cap. aues C). conf. Porph. 4) *red*dit A. 6) *tris*moniaeque A. rell. strim. et strym. gr*a*ues m. *edacibus*] edacibus cibum. aut quos edimus. aut quia fructum oliuae (cf. C) edendo consumunt. Ut in sermonibus (II, 4, 43): Venea su*m*mitt*at* c. n. s. edu*ll*is (sic) γ. 8) i. e. om. R2,r. curas cupiditat*es* v. curas *id est* cupiditat*es* afhQ. cu. cupiditat*is* AR,r. 10) castum ut om. AR. *ut* om. 1,r. R addit: *in partem inuct.* subaudi *ar*boris. r: in p. iu*uat.* sub *la*boris. vet. Ambr. et γ: s. laboris. rell. om. 12) rusticis om. R12G,r. 13) ut alis om. A2,r. 15) Lemma *sacr. uel.* amplificaui. focus om. AR1,rvmac. sa. *focus* est fhQ. sa. *est ignis* 2. Scil. ut R. 17) Vet. *Siccis* A,r. Vet. *repositis*, siccis vet. Ambr. γ. rell. om. 18) *textis*. cr. caulis septis. gl. in vet. Ambr. γ. conf. C. 21) l*a*tum peccus (in Hor. l*ae*tum) pe*c*us A. pigne A. 23) *Siccet* mu. exp. om. AR12,rmvac. mulg*at* exp. fh. mulgeat expr. CQ. mulserit exprimet γ. 25) sch. om. RA,rmvca. 26) id est fhQ. om. AR1,rmvca. ine*p*t. (bis) rv. *inempt.* non emptas. uiles. vet. Amb. γ (uile) conf. C. 27) Uxor fh ex vca, qui carent seq. glossa, unde *Uxor*.

*apparet.* Scilicet uxor.

49. *Lucrina.* De Lucrino Baiarum lacu. — *iuuerint.* Delectauerint, ut (A. III, 282): *iuuat euasisse tot urbes Argolicas.*

50. *magisue rhombus aut scari.* Rhombus et scarus pisces sunt pretiosi et sapore et raritate.

51. *cois.* Orientalibus.

52. *hiemps.* Tempestas, ut (A. IV, 52): *Dum pelago desaeuit hiemps.*

53. *non Afra auis.* Struthio.

54. *non attagen Ionicus.* Attagenae enim in Ionia abundare dicuntur; et *attagen* masculino genere declinauit.

55. 57. *quam l. d. p. o. r. a.* Nullas dicit delitias bonis agri fructibus conferendas.

51. 52. *Diana.* Pro Luna posuit.

1) exs*ecta* A in lemmate, γ cum glossa: *pro sublata* (sublata uet. Ambr.) bG.rCQ, uulg. lectio plurimorum uett. codd. Horatii, ut EBφCDMNOP Fran. *ex*ecta mvacfh (in Hor. exs*er*ta), ut A (in Hor.) RK (*exectati*). In nonnullis codd. ut Bern. A et vet. Ambr. man. 1 ex*e*cta mut. in *ex*secta. Cod. Par. 7977 (I = 9) habet ex*uta,* ut Bersm. unus, non exs*ucta,* ut Vanderb. neque exs*ucca* ut Valart. et Pottier. rettulerunt. *Exsucta* extat in H (= 8.). Neque exs*ucca*, neque ex*us*ta, ex*au*sta, e*xesa* aut ex*esta* in codd. offendi. Bφ: *Exsecta.* Nunc uidetur reddere causam tanti facinoris (conf. C et Porph.) quare mento tenus suffoderit scilicet ut nimio cruciatu afflictum ex medulla et iecore illius potionem amoris praepararet uaro. Et minata ipsi puero ex pupula illius semel confixa a cultello cum iam putrefierent cibum ex eis uaro praeparare. — facere*t* 2. 2) uel ex med. om. r. 3) moreretur AR2,mvcafh. om. 1G. schol. om. r. lacunam statuit Q. 4) schol. om. A. Loc. Verg. om. 2. fatiscerent R1,r rell. d*e*fecissent. om. a. *Foliam.* nomen maleficae (mal. sociae Ambr.) canidiae. fuit autem *hermafrodita* vet. Ambr. et γ. conf. C. Arim*e*nensem K et Ambr. 8) ab iis curae 2. otios*o* uacans A. — illud Virg. fh. Ut Virg. c et a, qui habet: Illo me temp. du., om. *Vergilium* et rell. 10) ot*ii* A. *oci* refh. alebat — otiom. va. 11) subaudi folia AR,r. Folia *scilicet* γ. Folia Ambr. rell. om. 14) schol. om. A2,r. Hi*nc* cafh. h*ic* R1G,vm, ut uett. codd. Horatii. *tunc* gl. etiam in Ambr. et γ. *inresectum.* i. e. non separatum ab aliis membris 2. rell. om. — γBφ: *inresectum.* non *re*sectum (sectum bφ). sed adherentem corpori. uel etiam *sepius sectum* dente. conf. Porph. et C. 16) mot*um* A2,r. mo|um. d expu. supraser. s,R. mo*dum* 1,mvca. mot*us* fhQ(G?). 19) sunt om. A. inducta*e* R21, vmca. 20) *et* consciae 2,r. *et* conscientiae R. *et* testes AR2,r. consciae *aut praesentes.* sicut Salust. arbitris procul amotis. rell. Consciae, testes. Loc. Sall. om. A2,r. *procul* et *omnibus* om. R. 22) *Dianam* pro 2.

*arcana c. f. s.* Id est, dum secreta et nocturna sacra celebrantur.

53. *in host. d.* Vari cuiusdam, aduersum quem amore eius inflammata sacrificabat.

55. *formidolosae d. l. s. f.* Ut nocte uexaretur, quae etiam feris quieti est, ut (A. IV, 525—28): *Cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque uolucres, Quaeque lacus late liquidos quaeque aspera dumis Rura tenent, somno positae sub nocte silenti.*

57. *senem q. o.* Usque in senectam amet et risui sit.

58. *latrent s. c.* Ut per amoris inpatientiam nocte ambulans a canibus suburbanis latretur.

59. *nardo — manus.* Ut placendi studio nardo uteretur, quale nec ipsa habere poterat, quae unguentaria erat. [*quale.* Antiptosis pro *quali.*]

61. *quid acc.* Miratur, cur in capiendo Varo preces suae tardius audiantur, et aut se Medeam ponit pro perfectione artis, aut Medeam ideo nominat, quia quasi inuenerit et docuerit sacrum.

63. *superba.* Potens[, ut (A. I, 21): *Hinc populum late regem belloque superbum*].

*ulta.* Dolorem morte Glauces.

65. *cum palla t.* Alii uestimentum, alii coronam oblatam a Medea uolunt infectam uenenis, qua sumpta [accipiens] periret incendio. ["Jason filius Aesonis profectus Colchos cum quibusdum Graecorum fortissimis ad rapiendum uellus aureum, quod Phrixus Marti sacrauerat, a Medea magicae artis peritissima amatus est. Cuius auxilio Jason, promissa amoris sui perpetuitate, Draconem, qui iussu Martis seruando uelleri aureo custos fuerat affixus, occidit: et proscisso agro, duobus ignem efflantibus tauris indomitis, et seminatis inibi dentibus Draconis, nati sunt Gigantes, qui primum impetum fecerunt in Jasonem, sed tandem se mutuis uulneribus occiderunt, postea autem uellere accepto, et spreta laboris sui adiutrice, Glaucen Creontis filiam sibi duxit uxorem. Unde Medea dolore contacta geminos sui amatoris filios, quos ex Glauce genuerat, occidit, et in Phasin fluuium mortuos mersit, prius ueneno necata pellice: nam ueste ueneno delibuta Glaucen ipsum fecerat indui, cuius incendio turpiter periit"].

4) Ut *uel* nocte uexetur Q. — quie*ta* R2. Cum — liquidos om. A2. 6) *Silua tenet* A2,r. rell. Rura tenent (Verg.). somno — silenti om. vmca. 9) am*a*toris 1. — nocte om. R. 11) ut — uteretur om. 2. — *id est* quale 2. 12) poter*i*t 2. — quale — quali om. A2. antiptosis om. r. 14) art. perf. 2. 16) nomin*at* AR2,r. rell. nomin*auit.* — *tamquam quae* A,fh (ta*n*quam). rell. *quia quasi.* 17) Loc. Verg. om. A2. 21) uolunt a med. inf. A2,r. *con*fectam r. — accipiens fh. qu*ae* sumpta perire*nt* inc. C. Verba *Iason* — *periit* om. AR12G,rmvca, neque in Bφγ,C leguntur. Fabricius ea intulit.

67. *atqui n. h.* Dicit, se, dum nihil praetermiserit de iis, quae a Medea facta sunt, cur ipsa nihil obtineat, admirari.

69. *indormit u. o. c. obl. pelicum.* Ita nihil ualere actionem suam dicit, ut Varus, aduersum quem omnia fecerit, inmemor sui odoratis pelicum cubilibus teneatur quietus.

71. *A. A. solut. amb.* Actionem suam credit iuuenta doctiore uenefica spretam.

73. *non us. Vare pot.* Ab amoris sui uinculis Varum dicit nouis et magnis potionibus absolutum.

74. *o multa fleturum — Maius parabo.* Tamquam aduersum, quem aggredi uehementior disponat, ita ut alienatus mente uoluntati eius uelut nescius rapiatur [et obediat].

76. *uocibus.* Incantationibus.

78. *fast p.* Ut etiam uis poculi carminibus adderetur.

79—83. *priuisq. c. s. i. m.* Ante, inquit, ipsis elementis rerum natura mutabitur, quam non ita Varus amore meo ardeat, ut igni bitumen adpositum.

83. *iam non u. a.* Ut cui adderet desperatio libertatem.

*mollibus* Blandis, [ut (A. IX, 340): *manditque trahitque Molle pecus*].

1) iis 2. hiis r. rell. his. 2) timeat R. rell. *op*tine*t*, ut A, aut *ob*tinet. obtine*at* Q. conf. C. 3) nil A. act. su. dicit A2,r. rell. dic. act. suam. 4) pe*l*icum ut uett. codd. rell. pe*ll*icum. cubi*libus* A,r. recte. rell. cubi*culis*. Cubiculum non est lectus. conf. Cic. Verr. III, 23: in cubiculum introductus. *Cubile* uox Horatii sollemnis. Vet. Ambr. et γ: *pelicum.* in *cubilibus* pelicum mearum sopore tenetur quae *cubilia* uncta sunt obliuione hoc est ut me obliuiscatur. 6) A. A. solutus A, ut M (Porph.). In vet. Ambr. glossatoris manus h adposuit: A[h] A[h], in Bern. KA (et r) omissa est interiectio a scriba, qui iterationem lit. a non intellexerit. *ah* (semel) γ,v. *aha* D. uulgo *ah ah*, ut E (rubr. ad marg.) BφHP, rarius *ha*, ut R et Bern. C (semel), frequentius *ha ha*, ut b et recentiores. conf. C. I, 27, 18 et quae supra dixi ad C. II, 17, 5. 7) *spretam* R2, rmvca. spuerata (sic) A. sumptum 1. *incassum esse* fh et (G?)Q, qui tacite Fabricii lectionem recepit. uenefica om. 2. 8) nou. et mag*nis* AR2,rmv. nouis magnis C (inferius: *nouis et insolitis* maleficiis) et magicis cafhQ(G?). *et* saltem absonum est. γ: *non usitatis.* i. nouis ad me potionibus uare uenies. 10) Scholion male scriptum. *Aduer*sum i. e. alienum. — *e*gredi uehementi*or* disp. r. uehementi*or* *a*gredi disp. 2. rell. aggr. uehementi*ora* disp. 11) alie*nus* AR (alien*is*) 12,rmv. conf. IV, 13, 20. *alienus mente* non dicebatur. alien*atus* cafhQ(G?). uolu*n*tati A (uoluntat*is* R) 2,rmvca. uolu*p*tati 1,fhQ(G?). 12) *in*scius 2. rell. nescius. *rapiatur* om. ca, qui habent: alienatus mente uoluntati eius uelut nescius *obediat. et obediat* fhQ. rell. om. *uoluntati rapiatur* conf. Ouid. H. XV, 206. Lemma amplificaui. 13) 2 addit glossae haec: i. e. maleficae marsae non superabunt me. γ: precan*tionibus* (sic. conf. *cantiones* Cic. Br. 60. Cato R. R. 160) marsorum quia soliti sunt marsi morsus curare serpentium. Ordo est: nec marsis uocibus redibit. hoc est defixus a me numquam mentem recipies. conf. C. *nec uocata mens. in*uocata siue reuocata γ. reuocata C. *mens tua. Et* est sensus. Mens tua magicis meis uocibus semel *e*uocata numquam redibit ad *morem meum* (sanitatem Porph.). etiam si marsis uocibus reuocetur. Marsi autem *persae* (periti? Porph.) incantatores sunt. de quibus uirgil. (A. VII, 754): spargere quis o nos (l. qui somnos) c. m. solebat Bφ. 14) 2 addit: id est negligenti me et poculum meum. 15) elem. *ipsa* nat. 2. 19) Loc. Verg. om. A2,r.

86. *misit Thyesteas pr.* Diras. Et tales infossus puer, ait, preces coepit effundere, quales in tragoediis inducitur Thyestes cognitis filii membris in Atreum locutus.

87. *Venena magnum f. n. n. u. c. h. u.* Lex enim humana habet malis paenam, bonis praemia pollicenda, et ideo furens puer dicit, haec eas carminibus mutare non posse.

89. *diris a. u.* Promittit, se in eas post mortem saeuiturum, ut (A. IV, 386): *Omnibus umbra locis adero; dabis, inprobe, paenas.*

94. *quae u. d. e. m.* Ut insomnes faciant uel malis gaudeant.

97. *Vos turba uicatim.* Missurum se pupulo promittit furorem, ut ex omnibus uicis turba concurrens eas saxis obruat pro factorum crimine.

99. *post. insep. memb. different.* Ut iam, quia eum ipsae paene sepelierant, illae grauius aliquid paterentur expositae feris et auibus insepultae.

100. *et Esquilinae alites.* Romanae; *alites* i. e. uultures.

101. *neque h. p.* Paenas earum etiam a parentibus suis ait uidendas, quod eum dolere promittit, qui se uiuere magis uoluerit quam uindicari.

## PORPHYRION.

*At o d. quidquid in caelo regit Terras.* Verba sunt praetextati uociferantis in domo Canidiae. Quem significat ab ea furtim raptum, ut necromantiam ex eo faceret. Et bene abrupta exclamatio *in caelo*; hoc enim perineptum est (esset?): *quidquid in caelo est regens terras.*

2. *Quid i. f. tumultus?* Quid sibi uult hic tumultus? Tumultum autem dicit rapinae ipsius, quam passus est.

1) *et* tales AG,rmvca. Tales *ait* R. *Pro claras id est* tales 2. — *ait* A2,r. rell. om. 3) in Atreum loc. om. 12,r. th*i*est*is* cognitis *ex* fil. membris A. 5) *haec* 2,r. rell. *hoc*. 6) *im*mutare r. rell. mutare. haec i. uenena. Q tacite inculcauit: *his* eas carm. mutar*i* non posse. 8) improb*a* 12. dabis inp. paen. om. fh. 9) *uel* AR2. rell. *et*. 12) *dif*ferent A in Hor., *de*ferent in lemmate. *cum* 2,r. — ipse R1. rell. ips*a*. sepelie*b*ant 1,mca. sepe*ll*iebant R,v. *sepeliebatur* 2. sepelieb*antur* r. rell. sepeli*e*rant. Q edidit: "Ut iam quia eum *ipsa poena* (?) sepelierant". Pro uulg. lectione *paena*, pena s. poena posui *paene* aduerbium (conf. u. 29—40) et ex ip*se* feci ip*sae*. γ: . . . quapropter canidia eiusque sociae non poterunt liberari a poena. et: i. pro meritis uestris multitudo ciuium uos lapidibus obruet deserens insepultas. 14) *A*esquilinae AB (in schol. esq.) ERb (rasura) Bern. KC. *es*quil. Ambr. γ. (esq. in lemm. *ae*sq. in sch.) Bern. A,vfh. *Ex*quil. alii et r c a. uide scripturam singularem codicis M ad Porph. 15) *dan*das 2. recte, si scriptum esset: Paenas etiam parentibus s. a. dandas. 16) prom. *eam quam* qui A2. — uindicar*i* A,fh. rell. uindicare. conf. Plin. X, 43. Ouid. F. VI, 468.

PORPH. 19) qu*is*qu*is* i. c. reg*is* rv. rell. qu*id*qu*id* i. c. reg*it*. sunt MγR2G(Q),r. rell. om. praet*est*. R,r. 20) signat R,r. — furtim ab ea rapt. γ. 21) et bene *et mire* γ. in caelo om. γ. in cael*um* af(oe)h. 22) per*em*ptum R,rv (perempetum) afh. rell. per*inep*tum. At o deorum] abrupta exclamatio praetextati Bφ. qu*id* in caelo M (Halm.) qu*i* in r. quicquid va. — regens *in* terr*as* fh. 23) Quid sibi uult hic tumultus. M (om. Q p. XXXII.) RG. rell. om. *autem* MR2G,rva. uim fh. rapin*am* *hu*ius 2. rapin*am* ipsius G. rell. rapin*ae* ipsius. *Quid iste f. t. et q.*

3. *aut q. o. u. i. u. m. tr.* Eas dicit, quae cum Canidia consciae (sociae?) et ministrae sceleris huius fuerant.

7. *per hoc inane p. d. p.* Quo magis oneret atrocitatem sceleris huius, praetextatum ac per hoc honestum ac delicatum facit hunc puerum esse. *Inane* ergo *decus purpurae* apud eam *inane* intellege, quae scilicet sine respectu equitatus eius in eum saeuiat.

12. 13. *Insignibus raptis puer. inpube corp.* *Insignia* pueri intellege (togam) praetextam ac bullam, et est σχῆμα ἐπεξήγησις: *puer inpube corpus,* hoc est: [cuius] inpube corpus erat.

14. *quale posset inp. m. Thracum pect.* Etiam Thracum. Sic dicitur illud apud *Verg.* (A. II, 6): *Quis talia fando Myrmidonum Dolopumue aut duri miles Ulixi* pro: etiam Myrmidonum Dolopumue.

16. *Canid. breuibus inligata uip. crines et incompt. cap.* Furiali habitu

*omnium.* ministrarum scilicet. *tumultum* autem dicit rapin*as* qu*as* passus est i. *raptum suum* γ. *fert.* hoc est vult. C. *fert.* vult. Ambr.

1) *consciae* libri. *sociae* legendum uidetur. conf. Cic. Cat. I, 4: socios sceleris. et ARG,r (et monstrae scele*re* huius). rell. om. 3) magis MγR,Crvafh. om. 2G(Q). *exaggeret* atr. C. *conetur* atrocitate r. one*rum troc.* v. 5) inan*em* MR (e*um*) G (rectius dicit Q p. XXXII.) rell. ina*ne*. 6) aequita*tis* MR (eq.) 2G,rva. Legendum est equita*tus* i. e. nobilitatis, nam de *decore purpurae,* non de aetate hic (u. 13. inpube corpus) agitur. Hinc nihili est lectio *respectu aetatis,* quam Fabricius (fh) induxit et Q tacite recepit. *Equitatus* autem est ordo siue dignitas equestris, ut. Cic. Att. II, 1. Plin. XXXIII, 2. conf. Cic. Planc. 35. Nep. Att. 1. Tac. A. VI, 18. XI, 4. *purp. decus.* id est, per praetextam, quae indicium est meae nobilitatis C. *respectu eius* (om. *aeq.* s. *ae*tatis) non moneatur ut tamquam in quem libet saeuiat γ. *Decus* ergo *purpurae* apud illam inane fuit, quia nihil proficeret ad misericordiam. *cuius adspectu* nihil commota, in illum, tamquam in quemlibet saeuiret C. inane i. per praetextam qua inductus (l. indutus) sum, quae inanis est apud te Bφ. 7) *im*pube M in lem., in schol. bis *im*bube (Halm.) Q p. XXXII: *in*bube sic in lem. et deinceps bis. — *togam* M (negl. a Q p. XXXII) R2,r (to*tam* v). recte. *raptum* (Hor.), uulg. lectio in scholio perinepta, cum praetexta quidem, non uero *rapta praetexta* insigne sit nobilitatis. Poterat *togam* u. etiam omitti. C: insignia pueri uocat illius ornamenta *bullam et praetextam.* γ: *insignibus.* praetexta *puerili* et quibus pueri nobiles utebantur. Bφ: *insignibus* i. pretexta et bulla quae erat *instar bullarum quae fiunt in stillidio.* et sunt ornamenta puerorum. Conf. Plin. XXXIII, 1 et Macrob. I, 6, qui utrumque habet: *togam praetextam* et lorum in collo pro bullae decore gestarent — et: *praetexta et bulla.* — praete*s*tam R. 8) εφεξιγγησισ M. εξιγγησις v. 9) *cuius* fh. rell. om. puer — est om. R,r. 10) *tr*acum M bis, qui tamen sibi inconst. est C. I, 27, 2. *Tr*ax habent plurimi uett. codd. C. I, 24, 13 et S. II, 6, 44. *Id est* etiam fh. 11) illud *apud* Vergili*um* M (negl. Q p. XXXII) R (uirg.), rvafh. illud uergil*i* GQ. — mirm*i*donum — mirmedonum M (Halm., Q: m*irri*donum — mir*menum*). mirmid. R. rell. Myrmid. — dol*u*p. M (negl. Q p. XXXII) bis, ut G. 13) breu. *implicata* M (Halm., Q not. XXXII: inpl*a*cita corr. i*n*pli*ca*ta) R2, rvafh. impli*c*ita G. Ut ex Acronis scholio lectionem *implicata* originem traxisse, supra diximus, sic Porphyrionis scholion contra librorum auctoritatem pro lectione *inligata* pugnare apparet, quam alii glossam putarunt. Atqui nunc non quaeritur, quae magis nobis placeat lectio, siue quae magis poetica uideatur conferentibus e. g. Verg. A. IV, 188: *fronde premit crinem fingens atque implicat auro,* sed potius, quae Porphyrionis fuerit. Rarum utique uerbum *inligare* et apud Maronem est, qui semel tantum eo usus est: A. X, 794, ut Horatius, praeter nostrum locum Epod. 1, 25: *iuuencis inligata pluribus aratra.*

eam describit. Et *breues uiperae* perpetuo epitheto dicuntur, sic enim sunt. Nota autem figura est elocutionis *inligata crines* et *inligata caput.*

17. *Iubet sepulcr. caprif. erut.* Non unde lubet, sed ex sepulcris potissimum erutas accipe, quoniam inferna ac uenefica esse haec sacrificia intellegi uult. Alia denique sunt et quae subiciuntur: *iubet cupressus funebres* et caetera.

20. *plum. noct. strigis.* Sic dicuntur, non, ut uulgo, *strigae*, quia uenit a nominatiuo *strix*, non *striga*; haec autem auis est nocturna mali ominis.

21. *herbasq. q. Iolcos atque Hib. m. u. f.* Iolcos urbs est Thessaliae. Thessalia autem uenenorum ferax est. Hiberia autem nunc, quae in Ponto est, intellegenda. *Ponto* autem, ut et *Verg.* (B. VIII, 95) ait: *nascuntur plurima Ponto.*

24. *flammisa duri Colchicis.* Per ueneficia accensis [accendisse uult]; sed hoc propter Medeam dicitur, quae Colchis fuit.

25. *at exp. S. p. t. d.* *Saganam* hanc unam ex consciis (sociis?) ac ministris ueneficii illius accipe. *Expeditam* [autem] succinctam uidetur dicere.

29. *abacta n. V. c. Nulla conscientia* ablatiui casus est; est enim sensus: Veia, quae nulla mala conscientia remota est.

33. *longo d. b. terque m. d. inemori sp.* Ut magis famis incitaretur, puero ait illi anteponi epulas et saepe mutari.

1) epith*eto et non* M (Halm., Q p XXXII: επιϑ *et non.* επιϑετο epitheto (sic) rv (επιϑετο ἐπιϑέτῳ afh. dic*it*ur rvafh. codd. dic*unt*ur. — *nam* sunt tales afh. *enim* sunt, om. tales, v. *sic enim* sunt MR2G(Q),r. 2) est fig. vafh. est om. 2,r. *inligata* (bis) MG. rell. *ill*igata. inlig. crines et om. r. et *ligata* cap. R. 3) Non *un*de MγRG(Q). rell. Non *in*de. *iu*bet RM (Halm., Q p) XXXII: *lu*bet. Literae i et l confundi uidimus supra Epod. III, 10: *io*cum — *lo*cum —) rvafh. *li*bet γG(Q). ex om. M. de γ. sepulc*r*is M in lem., sepulc*h*ris in scholio. — notissim*um* MRG. rell. notissim*is*. Scribe *po*tissimum. γ: *sepulchris.* non *un*de *li*bet *set* de sepulc*r*is quia infer*na* sunt sacrificia. 4) inferna*lia* 2Bφ(G?)Q. rell. infer*na*. — uenefic*ia* rv. 5) *Ta*lia afh. rell. *Al*ia — sub*iciu*ntur s. sub*iie*. omn. libri. subici*a*ntur incule. Q. cupress*us* G. *caprificos. quae* in sepul*ch*ris nascuntur γ Ambr. (q*ui* in sepul*cr*. na.) *funebres.* quoniam fer*nis* (l. inf.) consecrantur γ. infer*is* consecratas et funeri aptas etc. C. 7) Hoc scholion in libris post seq. positum est Sic dicuntur vulgo strig*i*ae afh. *ut* vulgo streg*i*ae rv. str*ages* R rell. *strigae.* — uenit om. rvafh. 8) autem *n*auis M (Halm. qui ad marg. posuit: *auis?*). *nocturnae.* quae per noctem sonat γ e. Ambr. 9) *cholchos* M bis (Halm. Q p. XXX,II: cholchos — *cholos alios*), ut r. *colchos* R2,va. *Jolcos* fh. *hiol*cos K Ambr. Par. A. conf. Acr. — *atque* hib. M. *aut* hib. K Ambr. et A (lit. u. erasa) et E, in quo 2m. in rasura po. *atque*). — thesal. M bis, r. *est* om. 2. 10) *Ponto* scribendum est pro uulg. lectione *porro.* po. autem *et* uirg. 2Q. po. autem *ut* rva. po. autem *ut et* uerg. MG. intelligenda, *ut* Virg. γ,fh. 13) *ch*olchicis Mb. *ch*olc*ic*is Par. A. rell. colch — uult om. MR2. recte. legendum est aut *accendi* (per maleficia accendi etc. Bφ) aut *accensis* pro uulg. lectione *accendisse.* γC: *Colchicis.* hoc est, *magico ritu praeparatis* incendiis uel (*et* C) per ueneficia *accensis.* 14) quae *colchica fuisse narratur* γ. conf. C. 15) unam 2G(Q). rell. om. — *consciis* libri. conf. u. 3. *sociis?* 16) autem fh. di*xi*sse 2. 18) est enim sensus M (Halm. Q p. XXXII: Sensus: Veia) R,r. *et enim* sensus *est* 2G(Q). casus est *enim sensus* v. *et est* sensus afh. 20) ter*que* M, ut omnes fere libri Hor. et Porph. ter*ue* G(Q). — incita*ret* M (Halm.). fam*es* 2. rell.

37. *exsecta u. m. e. a. i.* Nunc uidetur reddere causam tanti facinoris. || Significat autem, Canidiam amoris potionem Varo praeparare || infert enim || : non usitatis, Vare, potionibus.

39. *interm. c. s. f. c. intab. pupulae.* Non semel fixae, sed cum semel intabuissent, fixae cibo. *Interminato:* Infinito, interdicto, non permisso uti, quo eum minis arcerent.

41. *non def. m. l. a. f.* Dicit, etiam Foliam nomine ueneficam huic sceleri interfuisse. Quod ait autem *masculae libidinis*, ad id pertinet, quod dicantur quaedam mulieres habere naturam monstrosae libidinis coeundi cum feminis. Quo crimine etiam Sappho male audit.

43. *e. ot. c. N.* Videtur significare, scelus hoc Neapoli factum, nam, ut supra diximus, Gratidia haec Neapolitana fuit. Neapolim autem *otiosam* pro *quietam* dixit, simul quia otiosis i. e. uitae quietiori aptissimus ille secessus sit.

47. *hic inresectum s. d. l. Ca. rodens pollicem.* Pro rei atrocitate mira

fam*is.* om. rvafh. hinc Fabricius uoluit: Ut magis incitaretur *puer*, ait etc. Bφ: ut magis fame incitaretur *puer* dicit ei anteponi epulas ac sepe mutari. 21) *ap*poni fh.

1) exsecta MR2,rv. *exe*cta afh. conf. ad Acr. *Exsecta.* extracta Bφ. — uid. caus. ta. fac. *exponere* fh. reddere om. rva. — Inter u. *facinoris* et *Significat* in MRG posita sunt haecce: Epithe*sis* dolo malo con*si*tura rva: epi*t*hetis. dolo (epithetis dolo a) malo con*si*tura (con*sc*itura va. rectius. conciscere facinus Liu. XXVIII, 26). Fabricius (fh.) haec uerba difficilia abiecit, Q autem more suo lacunam posuit, ut infra u. 47, ubi uox epithe*sia* (ἐπιθεσία = ἐπίθεσις) adfertur. Sic autem ordinanda et scribenda mihi uidentur: Nunc — *facinoris.* Epithesis; infert enim, dolo malo con*sc*itura (sc. facinus): non usitatis, Vare, potionibus. Significat — praeparare. Bφ: Nunc — facinoris. quare mento tenus suffoderit scilicet ut nimio cruciatu afflictum ex medulla et iecore illius potionem amoris praepararet uaro. Et minata ipsi puero ex popula illius semel confixa a cultello cum iam putrefierent *cibum ex eis uaro praeparare.* 3) usita*tis*, Vare, potio*nibus* rell. Va*r*o. Ascensius addit scholio u. *interminato* (potionibus intermin.), rv totum lemma scholii sub seq. *interm.* — *pupulae*, om. uerbis: Non semel — arcerent. Aeque manci h. l. sunt MR: *Interminato cum semel fixae cibo intabuissent* (intabuisse M) *populae* (MR) *fixae cibo. non def. masc. lib. arimin. foliam.* Dicit. 5) sch. ex γ2G(Q). γ: Non semel — cibo γ. inter*minato.* infinito. *sine termino cibo apposito et non tacto.* glossa: non permisso uti γ. *cum semel:* a quo eum minus arcerent. γ. 8) ait autem MR. Quod *ait ut* rv. quod *ait*, om. ut, afh. autem ait 2G. 9) dic*an*tur MR,rvafh. rell. dic*un*tur. — monstr*assae* v. 10) concubitum MR,r. seminis R,r. *coeundi cum* fem. γ2G(Q). coeundi f., om. cum, v (foem.) afh. — au*dit* Mγ2G(Q). rell. audiit. γ(C) addunt: huius modi autem feminae hermafroditae dicuntur (herma*phr*oditae *nominantur* C). Bφ: *non defuisse.* dicit etiam *quandam* ueneficam nomine foliam huic *ueneficio* interfuisse que in tantum erat magica arte imbuta ut etiam sidera et lunam posset hominibus simulare sed e taelo extrahere sicut multi magorum prestigiis suis oculos hominum deludunt. Ambr. et γ: *foliam.* nomen maleficae sociae (sociae om. γ) canidiae. fuit autem hermafrodita. 12) *et* su*pra* M. rell. *ut* su. otios*ius* rv. ocios*us* 2,fh. ocios*is* R,a. o*t*iosis MG(Q). 13) quietio*ris* MR2G, rva. quieti*ori* fhQ. — *sit* MG (corr.) rell. est. γ: apud neapolim factum scelus uult intellegi. quia et gratidia neapolitana est. *Otiosa* autem est. Quietam ait et quod aptissim*um esset* successus in ea. Insuper habet: *otiosa.* minus curiosa. quieta (ut Ambr.). ut uirg. (G. IV, 564): *studiis florentem ignobilis oti.* Ambr. γ: *uicinum oppidum.* i. puteolana ciuitas. 15) *hic in*res. MG, ut KbAγ (cum glossa Acronis *tunc*, ut Ambr. et Bern. C) Bφ et E, qui a 2m. habet hi[n]c. hic *inter*fectum R. hic in refectum Bern. A. *hinc in res*ectum rv. *hic* irres. Fran. R2,afh. Verba *Pro*

haec, item positâ epithesi, asperantur: *inresectum pollicem:* et *saeua dente liuido.* Sed illud adtende, ut duabus propositionibus exaggerata sit facinoris atrocitas; *inresectum* pro *ualde et saepius sectum.*

49. *quid d. a. q. tacuit?* Sensus est: quae scelera non dixit, aut quae silentio praeterire potuit?

*o reb. m. n. i. a.* Hinc iam Canidiae uerba sunt.

53. *nunc in h. d. i. atq. n. a.* Varo haec inprecatur, a quo fastidiebatur.

60. *quale n. p. m. laborarint m.* Hinc scias, illam, ut diximus, unguentariam fuisse. Adtende autem locutionem in soloecismo constitutam: *quale* non perfectius, cum sit dicendum: *quo* non perfectius.

61. *Quid accidit? cur d. b. m. u. m. u.* Indignatur, uenena sua non ita, ut uellet, efficacia esse, quae uenena Medeae essent, quibus illa usa sit, cum se de paelice sua Glauce ulta est.

65. *cum p. t. m. inbutum. Palla manus* figura est, ἐπεξήγησις dicitur; *tabo* autem nunc *ueneno.* Aliter *Verg.* (A. III, 28): *huic atro linquuntur sanguine guttae Et terram tabo maculant.*

69. *ind. u. o. c. obl. paelicum — ueneficae scientioris carmine.* Obscura elocutio, quae sic ordinanda est: Indormit cubilibus unctis obliuione omnium paelicum. Et est sensus: Nescio quae scientior uenefica cubile eius ungit [qua sunt praesentiora ueneficia (Medeae), quae cubile (Jasonis)

— *asperantur* in M2G leguntur, vitiata quidem. *idem* posit*ura* epithe*sia* sperantur G. epithe*sia* speran*tem* 2. epith*esi* *as*perantur M (negl. Q p. XXXII): Ad *item* conf. u. 37, ubi alia est epithesis. Codd. illi addunt Horatii uerba: *inresectum Pollicem et saeua.*

2) *pro*positionibus M (Halm. recte. negl. Q. l. l.). (*et* dente G. *e* dente M sec. Q. l. l.) *dente liuido* (li*b*ido M m. s.). γBφ: *inresectum.* non resectum (i. non sectum Bφ) sed adherentem corpori. uel etiam sepius sectum dente. C: ualde sectum. 6) hi*nc* MG. *hic* R (nunc Acr.). edd. *haec.* Bφ: uerba canidiae inuocantis noctem et dianam i. lunam ut suis maleficiis adessent. 7) *in*pr. Mγ. hoc γ. fasti*di*tur. hic enim erat maritus eius γ. 9) ut diximus h. l. libri. Q: fuisse ut diximus. 10) *e*locucionem *in soloecismo* constitutam MR et uet. lib. H. Stephani (in Porph. Emendd. p. 156). *loc.* in soloecismo *in* constitu*t*am G. edd. om. in soloecismo. *e*loc. constitu*tam* rva. *e*loc. constitut*iuam* fh. *lo*cutionem Q cum G. 11) Qual*em* M. 12) rvafh: Indignatur uenena Medeae esse, quibus — pellice sua ulta est. In H. Stephani (l. l. p. 156): uet. libro defectus ita suppletur: Ind. uen. sua — esse *quemadmodum* u. Med. *sunt*, quibus — sua *Glauce* ulta est. H. Steph. ipse uoluit: *quum* Medeae uenena *sint.* 13) *quae — essent* MRA2G(Q). 14) Glauce RG. *cl*auce M (teste Q. Halm. lacunam reliquit). rell. om. *Glau*ce. Bφ: Tacite ostendit canidiam uaro dedisse ueneficia sed non ita prouenisse ut uoluerat. Quapropter indignatur uenena sua non ita ut uellet efficacia *fuisse* quae uenena medeae *dicuntur fuisse* hoc est quibus illa usa *est.* cum se de pelice sua *glauce filia creontis* ulta est. 15) *in*butum *et* M (Q, i*m*butum Halm.). *in*butum BφG. *imbutum* plurimi uett. codd. ut Fran. γ cum glossa *infectum. infectum.* al. imbutum 1 m Ambr. *infectum* pure K Par. A, rvafh. — ἐφεξιγησις rv. lacuna relicta in RG. 16) linquntur r. conf. Ribbeck. (linguntur). 17) macu*lat* MR. macu*let* r. pelic. M ter (Halm. pa*e*l. Q). 20) quae — ungit γ. rell. om. — Nescio *qua* MR. *quare* rvafh. *cur* 2G(Q). uen. quae cubile, om. Medea, un*gunt*, om. Jasonis, M (Halm. un*xit* Q) R,rvafh. 21) Medeae — Jasonis un*xit* 2G.

unguntl] medicaminibus, per quae medicamina obliuio ei datur omnium pelicum. *Pelices* autem Canidia pro se sola dixit.

71. *A. A. solutus a. u. sc. carm.* Hoc est, [quod] ingemit, quod alia scientior uenefica inuenta sit, quam ipsa sit.

75. 76. *ad me recurres n. u. m. t. Marsis r. u.* *Voces* suas *Marsas* dicit, quasi magicas, ut sit sensus: Mens tua magicis meis uocibus semel euocata numquam redibit ad sanitatem. Aut numquid hoc dicit: Mens tua a me incantata numquam redibit, etiam si Marsis uocibus reuocetur? Marsi autem periti incantationum sunt. Huic etiam rei *Vergilius* testis est, qui (de sacerdote Marsorum?) sic ait (A. VII, 754): *Spargere qui somnos cantuque manuque solebat.*

78. *fastidienti p.* Fastidienti me scilicet.

86. *misit Th. pr.* Id est: diras exsecrationes, qualibus in tragoediis Thyestes Atreum exsecratur.

87. *uen. magnum fas nefasque.* Magnum fas uenena sunt, si hostibus dentur, magnum nefas, si amicis.

*non ualent conu. hum. uicem.* [Sic] sensus est: Quamuis uenena multum possint, non tamen ualent merita in contrarium uertere, ut liberentur paena, aut male mereantur. *Vices* autem appellantur paenae, quae in scelerosis admissis regerentur.

89. *diris a. u.* *Dirae,* ut dixi, exsecrationes dicuntur, ac *detestationes* saeua maledicta; *agam* autem nunc *persequar* significat.

1) medicamina MRγ.rvafh. om. 2G. 2) uulg. lectio di*x*it. dicit γ, qui addit: Ostendit ergo quod per alia carmina uarus eius *i*mmemor fiat. 3) qu*i*d ing. M. rell. *quod* ingem*it* R. rell. ingem*uit*. γ: *solutus*. securus. liber et in uiolabilis uenenis meis. hoc est. altera inuenta est malefica quae me uincit. 5) recurr*ens* M. 7) *in* sanitatem 2. rell. *ad* san. 9) *etiam* MRγ.rva. om. fh. enim 2. expectamus: *huius autem.* 10) qui *edocet marsorum* sic ait MR.r. rell. qui sic ait. Scribendum est *de sacerdote* Marsorum. u. 750: Quin et *Marruuia* uenit *de gente sacerdos*, et u. 757: *cantus somniferi et Marsis quaesitae montibus herbae.* 11) cantu*que* MRBφ, rvafh et Verg. libri. cant*u* 2 et (G?)Q. 12) *contempnenti* me scilicet γ. *aspernanti* me C. 13) exsec*r*. Mγ. e*x*ecr. edd. 15) phas. neph. rv. Lemma, non schol. in M (Halm.). 17) Sic rvafh. — mult*a* poss*i*nt Asc. mult*um* po. MABφ2G. *malus* po. R. uenena poss*u*nt, om. multum, rvfh. 19) *in* scele*rosis* *ad*m. MRAG(Q). in scelera*tis* *am*issis rv. in scele*ros* (sic) adm. 2. in scelera*tos* *pro* adm. a. in sceleratos, om. pro adm., fh. 20) reger*e*ntur M.rv. reger*u*ntur afhQ(G?). *rem* geruntur R2. conf. *crimen* regerere Seneca Hippol. 720. Scelerosa autem *admissa* (Tac. A. XI, 4. Liu. XXV, 23) sunt scelerosa facta. Lucr. I, 81. γ: *uicem*. vicem hic pro poena posuit. Et est sensus. quamuis uenena possint multum non — — poenae quae *sceleratis reguntur* et eorum merita uertere non ualent ut dictum est: qui alios innocentes damnant licet ipsi uenefici sint. Quapropter canidia eiusque *sociae* non poterunt liberari a poena. 21) ac detestation*is* maledicto agam *aut* nunc parsequar *signat* fh. ac detestationes *saeua* maledic*ta*. *Agam* autem nunc *persequar* significat MA2G(Q). ac det. *sine* maledicta. Agam autem nunc *pro* (a om. *pro*) persequar signat R,a. ac det. sae*uae* maledicta rv. agam nunc *persequar* signat r. agam *aut* n. p. *sit* v. *detestatio*. *ex*ecratio γ. *diris agam*. furiis. e*x*secrationibus *pro*sequar γ Ambr. (om. furiis). *dira detestatio*. execrabile factum.

97. *nos t. u. h. e. h. s. p. c. obscenas a.* Eleganter; qui insanos solent fustibus et lapidibus insectari, ut eos a domibus suis fugent.

100. *et Esquil. alites.* Et alibi saepe ostendi[t], in regione aggeris, quae est extra portas Esquilinas, solita fuisse pauperum corpora uel conburi uel proici.

101. *nec h. p. h. m. s. effugerit spectaculum.* Subaudiendum hic extrinsecus *nos,* et est ordo et sensus talis: Neque hoc spectaculum effugerit nos, o parentes mihi superstites. Et bene ἐμπαθῶς [*heu* ait], id est, dolenter, iuxta parentum commemorationem gemitus, insertum est *heu* [quia et ipse superstes esse uellet].

# EPODOS VI.

## ACRON.

*Quid inmerentis.* Cassium maledicum poetam in se inritat minaturque, si solita rabie fuerit elatus, (se in eum mordacia dicta retorturum).

1—5. *inmerentes.* Nihil mali meritos.

*hospites.* Peregrinos.

*uexas.* Fatigas[, ut (B. VI, 76): *Dulichias uexasse rates*].

*canis.* Bene maledicum (hominem) canem uocauit, uelut qui et ipse morderet.

2. *ignauus aduersum lupos. Lupis* homines fortes comparauit. Vitas ergo, inquit. qui se ulcisci possunt, et miseros laceras. Et quia carminibus

1) eleganter dictum Bφ. insanos solent *sani* fust. Bφ. insa*no so*lent M (Halm. corr.). 2) *domi*bus codd., *omni*bus rvafh. repellant Bφ. rell. fugent. 3) *ha*lites rv. et es*cy*len*ea* M (Halm.). 4) port*as* es*ty*lyn*as* M (Halm., port*as* escyly*nam* Q. l. l.). port*as exq*uilin*as* rva. conf. Epod. XVII, 58. por*tam exq*. R. — *con*buri M. 5) effuge*rit* omn. libri. lectio Porphyrionis. Notandum autem, uetustissimos codd. Horatii, ut Bern. KA Ambr. Parr. AE pure, H. 1m. corr. et I in rasura, habere effuge*rint*. 8) ἐμπαθῶς H. Stephani uet. lib. p. 163. enπαθως M. εὐπαθῶς A. in R et G lacunae uocabulo graeco relictae sunt. *patetice* idolenter Bφ. *heu mihi id est* 2. rell. *heu ait* id est. 9) gemitus *certus* r. gem. ser*tum* A. inser*tum* M (negl. Q. l. l.). recte. *gemitus* enim non *insertus est* (uulg. lect.), sed *heu insertum* est iuxta *commemorationem gemitus parentum*, quos filius sibi superstites dicit. *spectaculum.* hoc est. parentes mei spectabunt lacerationem cadauerum vestrorum Ambr. γ. rell. in*ser*tus. quia — uellet rvafh.

ACRON. Dicolos in cassium seuerum idem metrum A Acr. Maledicum poetam in se irritat minaturque (miraturque ER[a]) si solita rabie fuerit elatus A Ambr. R[a]D (cum rasuris). *Elatus* in cassium seuerum. ternarius. iambicus. binarius. iambicus. epodicus E et (sine u. *elatus*) γbφBDP Ambr. Fran. Ode CVIIII R.

15) *in*merent*is* b. *in*meren*tes* γ P Bern. AC,G. i*m*meren*tis* A in Hor. (immeren*tes* in Acr.) Ambr. Schol. om. 2. conf. inscriptiones odae. 16) *sed*atus r. se — retorturum R. rell. om. 17) γ: *inmer.* innocentes, aut minus fortes aut miseros. conf. C. 19) Loc. Verg. om. A2. 20) mal. *hominem* can. R. conf. C: apposita metaphora *hominis* maledici etc. 22) aduer*sum* AγR1, rv. aduers*us* afh, ut multi iique uett. codd. Hor. ut bBφDHP. aduers*os* K. 2 om. *ignau. aduers.* 23) *et* AR12G,rmvfh. *at* caQ.

aliquos notabat, prouocat, ut in se audeat dicere, qui eum uelut lupus remordeat.

6. *amica.* Amicos canes pastoribus dixit, ut *Verg.* (G. III, 405—8): *Veloces Spartae catulos acremque Molossum Pasce sero pingui, numquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem incursusque luporum [Aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos.]*

*uis.* Sagaces canes dixit, ut (A. IV, 132): *et odora canum uis.*

7. *agam p. a. a. s. n.* Seruat metaphoram et dicit, se *agere* h. e. persequi || — Aure [ad latratus posita in feras] — || Et ostendit, se persecuturum uerba maledici.

9—12. *tu c. t. u.* Demonstrat, eum pecuniam quaerere maledictis, qua accepta ita desinere, ut canis desinit insequi, reperto cibo, quem insectabatur.

11. *caue, caue.* Non se aut munere placandum aut precibus dixit, si maledictis eius coeperit respondere.

12. *parata t. c.* Ut (B. IX, 25): *cornu ferit ille, caueto.*

13. *qualis Lycambae s. i. g.* Datiuo casu *Lycambae* posuit, cuius haec fabula est: Lycambes habuit filiam [nomine] Neobulen; hanc cum Archilochus in matrimonium postulasset, promissa nec data est a patre. Hinc iratus Archilochus in eum maledicum carmen scripsit, quo Lycambes tanto est dolore compulsus, ut cum filia uitam laqueo finiret.

14. *aut acer h. Bupalo.* Hipponactem significat, qui Bupali filiam

1) ali*quos* AR12G,rvca. al*ios* fhQ. qui — remordeat om. A. qui *cum uelut* lu. remord. R12G,rmQ. qui *cum uelit* ut lu. remord. fh. laceras [et v] quia carminibus aliquos mordeat vca, om. notabat — lupus. 4) Veloces — pingui om. rfh. 5) Aut — Hiberos om. A2,r. h*y*b. v. rell. *i*beros. 8) Vulg. lectio (— persequi *aure sublata*, id est, *alacritate* feras, siue *alacrius posita ui* feras, et ostendit etc. aut, nouo lemmate posito: persequi feras. *Aure subl* laetus, omni conatu. Et ostendit — maledici. γ: *agam.* hoc est. eum persequar qui prius lesit. *aure subl.* i. alacer. letus omni conatu. omnibus uiribus. Er*u*cta sursum eleuata quod specialiter. canum est *dum seuiunt.* alioquin timentium (*aures demissae sunt* C) *se remisse de se.* at horatius dicit non defuturam sibi linguae amaritudinem si prouocetur (ab aliquo Bφ). conf. C: — alacer, laetus, omni quidem conatu et omnibus uiribus aure erecta sursum — timentium. *Ponere uim*, ut Cic. Mur. 22: totum animum atque omnem curam. 9) po*suit* 2. inferas et *in feras* libri. 10) male*fici* 2. ita d*efi*ni*ret* R. 12) *quod* A2. re*cepto* 2. ut can*is* rep. cibo *quem* insecta*batur* r. *quod* insec*tabatur* reperto cibo A. ut canis *desinit insequi* reperto cibo quem insecta*batur* R. insectabatur 12. ut canis qui reperto cibo insectari desinit mvcafh. ut can*em* Q. 14) dicit 2. rell. di*x*it. 17) Datiuo ca. Lyc. AR2,r. rell. Lyc. (Lycamb*e* ra) datiuo casu. cuius — habuit om. A. 18) neob*o*len R12,mvac. — Archilo*cus* Aγ bis, ut plurimi uett. codd. Horatii S. II, 3, 12. Art. Po. 79 Archilo*cum* atque etiam adiectiuum Archilo*cium* in Par. A de metro ad C. I, 4. — nomine G(Q). rell. om. 19) nec data est a pa. A. rell. nec a pa. da. est. — h*u*ic cafh. rell. h*inc*. est libri. *esset* Liebel. ad Archil. p. 15. 20) maledic*tum* A1. — quo tanto. om. Lyc., A2 et R, qui *Lycambes* posuit post *compulsus.* 21) dolore est *perculsus* r. rell. est do. comp. (co*n*p. R.) — uide Script. rer. myth. latt. G. II. Bode. I, 148 n. 220. II, 108. 22) *bup*alo AG,h, ut KBφP. *bub*alo b2,rvca, ut E. *pabulo* γ. in lemm., *bubalo* in scholio. yppon. et ippon. A. hipon. Bφ. ypon. 1. hypp. r.

nuptum petiit et pro deformitate contemptus est. Illud tamen uerius uolunt, Bubalum fuisse pictorem apud Clazomenas ciuitatem Asiae. Hic Hipponactem quendam poetam deformem pro risu pinxit; quo ille furore commotus tali eum carmine perculit, ut se laqueo suspenderet. Unde nunc similis carminis uim maledico minatur Horatius.

15. *atro d.* Maledico aut obtrectatorio sermone.

## PORPHYRION.

*Quid inmerentes h. u. c.* In hac ecloga allegoricos uidetur loqui ad eum, qui, cum dicacitatis amaritudine sectaretur quietos alioquin homines, in eo sibi gloriam adsignarit, quod illi cedentes ei uiderentur non sufficere respondendo (responsis?).

6. *amica uis p.* *Amica* nunc pro *utili* dicitur.

7. *agam p. a. a. s. n. q. pr. f.* De se hoc poeta dicit, significans non defuturam sibi linguae amaritudinem, si prouocetur alicuius inprobitate.

13. *qualis A. s. i. gener.* Lycambae datiuus casus est: Archilochum autem significat, qui Lycamben probrosis uersibus usque eo insectatus est, ut ille mortem sibi conscisceret. Hoc autem eo fecit, quod ille filiam suam in matrimonium promissam mox denegasset.

14. *aut a. h. Bupalo.* Aeque datiui casus est, ut *huic Bupalo.* Hipponacta significat, qui aeque iambicis uersibus Bupalum persecutus est.

16. *inultus ut fl. p.* Flebo inultus, ut puer.

1) nupt*u* 2. nupt*um* R,rmvca. rell. nup*tam*. nupt*um* petere, ut nuptum ire, dare, locare, conlocare. 2) fuisse bupa*li* pict. fui///e apud A. fuisse bubalum pict. 21 et R (b*i*bul*a*m). bub. pict. fu. rell. bub. fu pict. — *laudio*menas AR21,rmv. rell. *clazo*menas. conf. S. I, 7, 5. Plin. V, 29, Mela I, 17. Pictorem fuisse Bub*a*lum negat Welcker. fr. Hipp. p. 12. sculptorem eum fuisse constat e Suida II, 147 et Eudoc. p. 248. Conf. Aristoph. Lys. 336. Plin. XXXVI, 5. Welcker l. l. p. 82. 3) pro risu (rixu 1) libri. per risum Bode l. l. p. 149. πρὸς ὕβριν Suid. et Eud. γ habet: *lycambe.* Licambes filiam suam promisit archiloco daturum uxorem. et postea denegauit. Qua de causa iratus archilocus carmina scripsit in licamben ut eius filias. ita ut ex dolore carminum eius filiae laqueo uitam finirent. *acer hostis.* yponax scilicet qui poeta erat eloquentissimus feda et uitiosa fatie. Hunc bubalus pictor (*in scena* C) *in bana theba* (sic) eis pictum proposuit. ut risum moueret populo. Ille iratus iambis eum ita fatigauit. ut uitam suspendio finiret. etiam iste socerum suum postquam se fraudauit armis petit. 6) *de*trectatorio 2. rell. obtr. obs*t*rectatorio (to a 1 m. expu.) A.

PORPH. 9) *im*m. M. egloga MR *ae*gl. rv. sectaretur MR2,rvfh. i*n*sect. G,aQ. 11) assignauerit M (Halm.), vafh. rell. assig*narit*. — non uid. suff. 2. 12) respon*dere* MR2G,a. respon*de* v. *osten*dere r. respon*dendo* fhQ. Scriberem sufficien*ter* respondere, si istud uerbum locis Plinii E. X, 29, et Pallad. I, 35 tutum esset; respon*dendo* enim displicet. 13) γ: efexegesis. pro utilis. 14) significat 2. 15) sibi om. 2. 16) lycam*be* M bis (Halm.), f. — archilo*chum* M. archilo*cum* R,v. archil. — insect. est om. r. 17) lycamb*en* M. al. lycam*bem* afh. al. lycam*bam* vQ. — uersibus MRG(Q). uerbis 2. carminibus vafh. 18) fecit eo 2. 19) dene*gauit* 2. 20) *bu*balo — *pu*palum — M. bupalum AR2. bubalo bubalum rv. 22) Flebo inult. MAR2, va. In ultus ut flebo puer r. Ordo, inultus flebo ut puer fh.

# EPODOS VII.

## ACRON.

*Quo quo scel. r.* Illud bellum cum exclamatione significat, quod ab Augusto gestum est contra Cassium et Brutum interfectores Caesaris.

2. *ensis conditi.* Vaginis clausi.

4—10. *parumne c. a. N. s. f. e. L. s.* Ciuilis belli tempore.

7. *intactus.* Ante inuictus. *ut descenderet.* Ut uictus pro triumpho duceretur.

9. *secund. u. P. s.* Qui occiso Crasso metuebant Romanos, nisi bellum ciuile emersisset.

10. *sua urbs h. p. d.* Ut *Lucan.* (I, 23): *In te uerte manus nondum tibi defuit hostis.*

11. 12. *neq. hic lupis mos.* Ut se ipsi persequerentur. *in dispar feris.* Hoc est, in diuersam naturam.

13. 14. *uis acrior.* Fatalis quaedam necessitas. *an culpa.* Velut interroget causas furoris.

15. *et albus pallor i.* Velut qui conscientiam peccati monstraret, ut (A. IV, 499): *pallor simul occupat ora.* *Albus* [autem] palloris epitheton.

16. *stupent.* [Scilicet] sollicitudine.

17. *acerba fata Rom. ag.* Hoc est, tamquam illis tacentibus ipse intellexerit belli ciuilis originem, inde in nepotes tractam (discordiam), quia occiso fratre Romulus parricidium penetrauit, unde [est] (*Lucan.* I, 95): *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

20. *sacer.* [*Execrabilis*] pro *exsecrandus.*

ACRON. Ad rempubiicam dicolos A (Acr.). Primo ciuili bello finito ut ab alio abstineant deprecatur A (Hor.). abstin*eatur* γ. abstin*eat* (*as*tineat Bern. C) Ambr. Fran. KEDH. Pro *deprecatur* habent *a*monet E. *am*monet D. monet Bern. C. In populum romanum. ternarius. iambicus. binarius. iambicus. epodicos. b et H: In pop. rom. ternarius iambicus. primo fin. bello ut ab alio abstineat *precatur*. Hanc metri notitiam addunt Eγ. Bφ habent omisso argumento. Ode CX. R.

6) Cass. et Brut. AR2,r. rell. Br. et Cassium. Caes. interf. 2. 7) clausi A. rell. i*nclusi*. γ: iam in uagina *constituti*. Bφ: qui *reconditi* erant iam. 8) Ciu. be. temp, prius moriebantur quam pro triumpho ducerentur 2, om. intactus ante inuictus. 9) uictus om. 1. 18) interrog*at* R. 20) autem om. AR2,r. 21) scil. om. AR,r. schol. om. 1.mvca. 22) intellex*it* 2. 23) tractam *discordiam* R1,rmvca, qui parenth. posuit: Hoc est (tamquam il. ta. i. int. b. ciu. originem) inde etc. 24) est. om. A2,r. 26) *pro* execrandus A2,r. *sacer*. execrabilis 1G,mvca. execrabilis, execrandus fh.

## PORPHYRION.

*Quo q. sc. r.* Eleganter ut in tumultu ab exclamatione incipit. Ad eos autem dicit, qui furiosa mente instaurare bellum ciuile conabantur.

2. *aut cur d. aptantur enses conditi.* [Enses] qui iam conditi erant, cur dexteris [enses] accomodantur, ut si diceret: cur stringitis gladios in uagina iam conditos?

11. 12. *nec h. l. u. f. l. numq. n. i. d. p.* Sensus est: Ferae non faciunt, quod uos, o Romani, sanguinem in uicem petentes; nam ferae eiusdem [quae sunt] generis inter se pacem habent, dispares se insectantur. *in dispar feris. Dispar* aduerbium est nunc, ut si diceret: dispariter feris.

13. 14. *furorne caecos a. rapit u. a.* Quae est acrior uis quam furor? aut numquid deorum ira?

15. *tacent et albus ora pallor inf.* Elegans otiositas, quasi his uerbis conuicti steterint, deinde conscientia sceleris palluerint.

17. *sic est.* Eleganter, quasi tandem inuenerit furoris huius causam, intulit. Sic enim est sensus: Sine dubio, hoc est, fato agimur ad hoc bellum supplicium pendentes ob caedem Romuli in fratrem admissam.

20. *sacer nep. cr.* *Sacer* utique *uenerabilis* nunc intellegendum, nisi forte epitheton, ut solet, ad ipsum facinus reuocamus, ut *sacer cruor* pro sacra i. e. exsecrabili caede effusus dictum sit. *Sacrum* autem et pro exsecrabili ueteres dixisse notum est; etiam apud *Verg.* (A. III, 56): *quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.*

PORPH. 3) ut MAR2G(Q)v. *et* r. rell. om. Eleganter in tu. ab ex. *coepit* Ambr. 5) Enses om. M,a. 6) enses fh. rell. om. 9) sang. *nostrum* 2. 10) quae sunt rfh. quae eiusdem sunt generis a. — *sibi* insect. 2. 11) *ac* si rvafh. codd. *ut* si. 13) acrior om. M. *u*squam r. 15) schol. om. 2. Eleganter *et iocose* uet. lib. H. Stephani p. 164. rell. Elegans otiositas. γ: *pallor.* quia pallore sedamur quando non habemus promtae quod respondeamus. sic cicero: *cum tacent clamant.* 16) con*iun*cti fh. uerbis coniunc*tis* γrv. steter*unt.* deinde *de* sc. co. pallue*runt* γ. 17) inue*nit* MR,rv. huius fu. 2. 18) intulit. Sic enim est sensus MR,rv. intulit. Sic est. sensus enim sine dubio *hic* est. fato a. intulit: sic est. Est enim sensus: Sine dubio G(Q). fh: intulit: Sensus enim est: Sic est, hoc est, sine dubio fato. Schol. om. γ. Bφ habent: *sic* ut dico. quia his *examini* (sic). C: *ut dico,* inquit, fato et culpa, agimur — *a Romulo* in fr. admissam. 20) *pro uenerabili* afh. sacro post Asc. fh. rell. sacr*a*. *sacer.* uenerabilis uel execrabilis Bφ. 22) effuso M (Q p. XXXIII. om. Halm. id est execrabili ueteres etc ), rvafh. a: pro sacro i. execrabili, caede effuso etc. 23) *et* va. *ut* fh. om. R,r. *etiam* MG(Q).

# EPODOS VIII.

## ACRON.

*Rogare longo.* Inuehitur in eam, a qua dicebatur lentus in Venerem; et foetoris ipsius uel aetatis esse adfirmat, quod eam magis fastidiat, quam quod ipse nihil possit.

[3. *dens ater.* Propter aetatem.]

3. 4. *et rugis u. fr. s. e.* [*Exaret* i. e. contrahat.] Senecta enim nonnumquam ex rugis apparet, ut (A. VII, 417): *Et frontem obscenam rugis arat.*

6. *podex.* Pudenda pars corporis, ut *Iuu.* (II, 15): *et podice leui.*

7. *sed incitat m. pectus.* Ut reuera incitat.

8. *quales ub.* Pro *qualia ubera.*

9. *uenterq. mollis.* Luridus et rugosus.

9. 10. *femur t. ex s.* Aetate iam sine musculis et suris indiscrete sociatum.

11. *beata.* Beatam eam pro diuite dixit[, ut Idem supra (C. II, 4, 13): *Nescias an te generum beati Phyllidis flauae decorent parentes*].

12. *ducant.* Tamquam nobilium funus imagines te praecedant maiorum.

13. [*nec sit m.* Matrimonio coniuncta.]

*quae rotund. o. b. a.* Hoc est: nulla marita [cura] sit comptior gemmis. *Bacas* [autem] gemmas dixit, ut (A. I. 654): *colloque monile Bacatum.*

ACRON. Ad anum deformem uel in gratidiam A (Acr.). Prostitutam putidam anum sectatur uitia corporis eius proscribens A (Hor.), ut KEDP del. proscribens). *des*cribens Bern. C. Prostitutam — *eius in gratidiam* γH Ambr. In anum libidinosam. prostitutam. putidam gratidiam quam aspernatur. cuius uitia corporis detestatur b Fran. Ode CXI. R.

6) *adf.* A. *quod* eam magis fasti*diit* A. *quod* e. m. fasti*dit* 2. *at* magis quod *ipse* eam fasti*dit* r. [*magis* v] quod eam *magis* fasti*dit* mva. magis quod eam fasti*diat* fhQ. 7) quam *quod* nihil ipse possit. *rogare se oportet* R. quam *quod i*pse nihil po. r. rell. quam ipse nihil possit, om. *quod.* quam nihil ipse po. 2. — notanda sunt uerba in AR2: *uires* caput est uersus sequentis. 8) schol. post u. 6 positum a fh. rell. om. 9) Exaret i. contr. om. AR21G,rvmca. 10) ex rugis (om. apparet -- *rugis*) arat A. 12) ut om. 2. 13) post *leui* habet 2: *crudae* non obesae. rell. om. 13) *pectus.* Ironia quasi perdit me pectus tuum. 2. 14) *quales ubera.* qua*lis* ut qualia, om. ubera A. *ait* rell. inc. R. et M,fhQ(G?). rell. om. 16) *dis*soc. 1,rvma. 18) Beatam — *cam* pro diu. dixit M. Beatam *iam* p. d. dixit. rell. Beata i. diues ut idem supra R et rell. qui om. id est. fh. om. *idem.* — loc. Hor. om. A2, qui habet: beata i. diues. 20) *id est* tamq. no. fu. im. te maiorum praecedant A. 21) schol. om. AR21G,rmvca. Cum fh. rec. Q. 22) mari*ti* A2,va. cura sit comptior A. *tunc* sit comptior r. rell. sit cura comptior. Q inculc. marita sit *ornatior* gemmis, om. *cura*, referens: ‘sit cura o. Fabr. cura sit o. codd. Med.‘ At et Fabr. (fh) et Med. habent *comptior*, non *ornatior*. ornatior pet. ex C: maritata nulla sit coniux quae te sit gemmis *ornatior.* 23) autem om. R21 et edd. praeter fh. bacis, baccas et baccatum A in schol., ba*cis* in Hor. ut omnes nett. codices.

15. *Quid? quod lib. Stoici i. s.* Siue quia amicos haberet Stoicos, ut eos amoris et coitus (cupidos?) notaret, siue quia libros ipsos legere consueuerat, ut docta uideretur. Quod ad ostentationem in *Sericis puluillis* (plumariis?) reponebat.

17. *inlitterati n. m. n. r.* Hoc est, ita scholasticorum coitus elegis, tamquam minus in libidinem possint literas ignorantes?

18. *minusue l. f.* Virilem penem *fascinum* dixit propter obscenam figuram, quam adiecerat in sequenti; lingua enim detersa fronte mulieres amputare se infantibus fascinum putant.

19. *superbo.* Fastidienti.

20. *ore adlabor. e. t.* Aut lingua, aut magis blandimentis, ut *Iuu.* (VI, 197): *uox blanda et nequam digitos habet.*

## PORPHYRION.

*Rogare l. p. t. saec.* In anum libidinosam scribit, quam aspernatur. Est autem sensus: Cum sis longae aetatis iam et ob id deformis ac putida, mirum est, te desiderare complexus meos, praesertim cum etiam sine iniuria uirium mearum hoc tibi prouenire non possit.

3. 4. *et r. u. f. s. e.* *Vergilianum* est (A. VII, 417): *Et frontem obscenam rugis arat.*

6. *uelut crudae b.* *Crudam* pro dura aut indomita uidetur dixisse.

9. *uenterq. m.* Mollem uentrem necesse est esse cute iam rugosa et dissoluta.

1) qu*ia* am. R2. A (qui am.). rell. quod. 2) libros om. 21. 3) plumaciis (pluma*t*iis r. omn. libri praeter 2 qui habet: *puluinaribus ostentabat.* puluillis (Hor.) rec. Q dicens: poteram etiam *puluinariis.* Mihi uera lectio esse uidetur pluma*r*iis Varr. ap. Non. 2. Vitruv. VI, 7; scribit enim *puluillis* uox ex Hor. orta erat, et merito miramur, cur omnes fere *plumaciis* habeant. Bφ nil adferunt. γ: *puluillos.* puluin*um* diminutiuum puluillos facit. C: cernicalia, quae ceruicibus supponuntur. deminutiuum est a pului*nus:* hic autem puluilli sunt lecti. 5) hoc est AR2. rell. om. 6) libidi*ne* 2. 7) Viri*le* pen*um* A1,vm. Viri*le* pen*em* r. fascinum uirile *membrum* dixit 2. *fascinum.* uirile membrum quod fascia solet tegi γC et Bφ qui addunt: quae et campestria uocatur. 8) adiec. in sequenti AR. in seq. om. 2. rell. in seq. adi. *ob*iecerat r. — *di*tersa A. detorsa r. 9) fasc. putant AR2. rell. put. fasc. Q: 'lingua e. q. s. non adsecutus sum.' Sermo autem est de fascinationibus, quibus corium frontis lingua detersum resistere putabant, ut his fere uerbis dictum est Plin. XXVIII, 8. *Ampulare fascinum* intellegendum est *repercutere fascinationem* siue *occurrere, resistere fascinationibus*, ut idem Plin. l. l. cap. 2 et 4 se exprimit. 11) *adl*ab. A, ut plurimi uet. codd. blandi*tiis* R1. blandi*endo* 2. Aut blandimentis tibi adlaborandum aut nefariis oculis (osculis C) obscenam rem dixit. Tamen *alii* ita exponunt carminibus me ad amorem tui posteris incitare γ. conf. C. *ore.* carmine Bφ. ad u. 17: *rigent.* i. frigido sunt ac per hoc lenti et marcentes minusque arrigentes. *neruos* autem posuit pro uirili membro Bφ.

PORPH. 16) sensus longae aet. *eum* et def. 2. iam et *ubi* def. MR,r. rell. om. *ubi.* aetatis et *ob id* deformis ac *cupida* γ. *ob id* iterum ad u. 15. 22) esse *quae* iam M,afh. esse *te* iam AR2G,rvQ. scribendum est *cute* cum γC: mo. ue. ne. est esse *cute* iam rugosa uel maxime in aniculis. dissoluta *sit* afh. rugos*am* et dissolu*tam* 2G. est om. afh.

9\. 10. *et femur t. ex. suris add.* Ingeniosa descriptio. Nihil enim tam deforme est quam crassiores pedes [esse] infra genua quam supra. Sed et illud signate, quod *additum* dixerit, quia non conuenienter in hac diuersitate tumoris et exilitatis additum; *addita* ergo, quasi applicita ibi haec aut apposita uideantur.

12\. *esto beata f. a. i. d. t. t.* Placeas tibi licet generositate ac diuitiis, inquit, dummodo deformitatem hanc effugere non possis. In funere autem nobilissimi cuiusque solebant praeferri imagines maiorum eius, quod adhuc obseruari uidimus in funeribus principum.

15\. *quid q. l. st. i. s. i. puluillos u.* Significat, illam uindicare sibi studium philosophiae et ob id cum libro frequenter esse ad tegendam scilicet libidinis uilitatem.

17\. *inlit. num. m. n. r.* Quid prodest, inquit, ostentare te literatam esse, cum nihil te hoc adiuuare possit ad erigendum mihi penem, qui literas nescit nec earum studium habet? *Neruos* pro uirili membro dixit, et est ordo: num minus rigent nerui? Et *rigent* pro *frigidi sunt* accipe, ac per hoc lenti et marcentes.

17\. *minusue l. f.* Aeque pro uirili parte posuit, quoniam praefascinandis rebus haec membri deformitas adponi solet.

# EPODOS IX.

## ACRON.

*Quando repost. c. u. f. d.* *Repostum* i. e. seruatum. *Ad fest. dap.* Hoc

2\) esse om. 2. 3) qu*ia* MRG,r. rell. qu*asi*. — *non* conuenien*ter* MG. *in*conuenien*ter* R. *non* conuenien*tem* 2. inconueni*ens* a. rell. *in*conuenientem. 4) ergo om. R. 5) a*d*po. M. *ant*epo. R. oppo. 1. rell. appo. 8) nob. *cuiusque* MRA2G,rva. nob. *qui*que fh. nobilissi*mis* *quibus*que H. Steph. p. 152 et Suringar. p. 16. praefer*re* rvafh. codd. praefer*ri*. adhuc om. vafh. — maiorum *eis* 2. rell. mai. *eius*. 10) pului*nos* MG, ut Bern. B. pului*l*os v. rell. pului*ll*os. — uend. rvafh. 12) *ui*litatem R2,fhQ. rell. utilitatem. 13) *illi*terati MR2 et edd. (non: illi*tt*erati ut Q. ref.). *in*literati plurimi vett. codd. Horatii. *in*li*tt*erati Parr. AD et G. — osten*dere* te 2. osten*tare te* MR(G? Q),rv. om. *te* afh. 14) nihil te hoc MG(Q). nihil hoc te R2,rva. nihil *ad* te hoc fh. poss*et* M. 16) *non* min. MR2G,rvafh. *Num* (Hor.). 17) *et* marc. omn. libri. Q. tacite incule. *ac* marc. 19) *dif*form. rvafh. codd. *de*formitas.

ACRON. Ad mecenatem post actiacum bellum A (Acr.) R (et: Ode CXII.). Epodon bello aduersus antonium et cleopatram designat uotis uictoriam caesaris A (Hor.) ED, qui addunt: *epo*dicos ad Mecenatem ternarius iambicus binarius iambicus. Bello — iambicus Ambr. γ: Ad C. Mecenatem tern. iamb. bin. iambicus. Bodicos (sic) bell*a* contra cleopat*ra* et antonium. AφP. Ad Mecenatem. tern. ia. bi. ia. epodicus (podicos P). Ad Mecenatem Bern. C. Ad Antonium Bern. B. Ad Mec. post actiacum, om. bellum, 2. In omn. fere libris argumentum primo scholio postpositum est. γ: In hac ode canit uictor*iam* augusti. unam impe*r*atam *otioso* sexto pompeio filio gn̄. pompei. qui n*i*uali pugna uictus est, alteram de cleopatr*am* et antonio. Bφ: Hac ode inuitat mecenatem ad conuiuium laetus de uictoria agusti (B 2 m. corr. *aug.*). quam de antonio et cleopatra adeptus est.

23\) repo*si*tum Aγ Rb,r. (bis), ut Bern. KAB Ambr. Fran. *nepot*um 2. — Non. lemm. et

est, festis conuiuiis inpendendum. || Scribit autem de bello Actiaco, quod cum Antonio et Cleopatra a Caesare Augusto gestum est. ||

*Caecubum.* Campanum.

3. *tecum s. a.* In Maecenatis scilicet domo.

5. 6. *mixtum t. c.* Quod est artificis, miscere lyrae tibiarum sonum.

6. *hac Dorium i. q.* Tibiis barbarum, [i. e.] Phrygium, lyra Dorium.

7. *ut nuper, act. cum fr. Nept.* Hac deuotione, inquit, uicto Antonio, tecum bibam, qua nuper, superato Sexto Pompeio, qui seruorum manu sibi in Sicilia comparata fretus, nauale proelium perdidit et insula pulsus est. Unde et *Neptunium ducem* uocauit eligentem maritimum conflictum.

9. *minatus Urbi uincla q. d.* Id est, minatus est urbi uincula, quae detraxerat seruis fractis ergastulis.

11. *Romanus eheu p. n. e. f.* Ad Antonium redit, quem dicit pro mancipio Cleopatrae datum nec posteris pro infamia credendum, ut (A. VIII, 688): *sequiturque, nefas! Aegyptia coniunx.*

13. *fert n. e. a. m. et spadonibus s. r. p.* Quasi praeceptis Cleopatrae Romani milites seruientes et arbitrio eunuchorum, quorum illa obsequiis utebatur.

14. *Rugosis. rugosi* [autem eunuchi] enim aetate fiunt.

16. *sol usp. conopium.* Κώνωπες graece culices dicuntur, et, quia in

*hoc est* R. γ: *repositum.* seruatum. ad hoc repositum (reseruatum Bφ) ut non nisi ad festas epulas proferatur. conf. C: *repostum.* repositum, ad hoc *re*seruatum, ut — proferatur. Repositum omnino nihil est nisi uetus glossa in ipsum Hor. transgressa.

3) gl. in AR2 (optimum uinum camp.) rell. om. 4) *simul* domo r. 5) son*um* A2. rell. sonitus. *hac* s. lyra. *Dorium* i. e. graecum. *illis.* s. *ty*biis barbarum i. e. romanum 2. Tibi*arum* barbarum. (om. i. e.) frigium li*re* dorium A. tibiis. *barbarum* i. e. frigium lyra dorium R,r. (phryg. lyr.) v (tyb. — fryg. — lyr.) mcafh. conf. IV, 15, 30. 8) qu*ia* R2,c. rell. qua. *nunc* sup. AR2,rmv. *nuper* post Curionem fhQ. 9) seru. *sibi* man*um* in s*ic*. congrega*ta* A. man*u sibi* in s. cor. *sibi* man*u* in sic. *comparata* 2. *Sibi* man*um* in sic. *comparatam* R. rell. seru. man*um* in Sic. congrega*tam*, om. sibi. — naua*li* prael*io* in freto A,rmvcafh. nau. fre*tus* pr. R. *in freto freto.* Siciliae γC. rell. om. — *nuper* ante *perdidit* tacite inculc. Q. 10) *neptunius*, qui sese dicebat filium esse neptuni. ut liuius dicit (*conf.* C). aut neptunius ideo quoniam multa prospera egisset in mari. aut quia in habitu neptuni pugnabat. Sextus pompeius filius Gn. pompei qui *pu*raticam (*pi*raticam exerc. Iustin. VIII, 3) exercuit in siculo mari uictus atque fugatus est. *Neptunium* autem non ita debemus accipere quod in mari dux fuerit. set quod eo fuerit elatus in asia. ut neptuni se esse filium iactaret. uel quod ea ueste uteretur qua neptunus usus fuit. Mφ: Neptunium ducem antonium uocat quem dicit fugisse *cum freto* hoc est sicut aqua celerrime defluit quasi fugiens. ita et ipse pariter cum aqua per nilum (*nim* φ) fugerit in creticum mare. 11) Id est AR. rell. om. uinc. q. detr. om. R. urbi A. rell. om. 13) *eheu* omn. fere uett. codd. Horatii, et Ambr. Graeu. (Harl. 2725) Fran. EγBφDHP Bern. KABC. heheu A (1m· expu. h). pure Rb. *heu* heu mvcafhQ. heu r. — re*dit* A2,rfh. rell. re*t*uiit. re*tt*ulit G(Q)m. 14) *per* infamiam 2. 19) ute*re*tur R. rugosi *enim* aetate fiunt A (etate) mvca. nou. lem. *Rugosis* ca. recte. rell. om. et *enim* autem eunuchi fhQ. om. AR2G,rmvca. *su*nt 2. 20) conop*i*um A (Acr. et Hor.) et uet. Ambr. (1m. mut. *i* in *e*) cum scholio: "*tentorii* genus quo pelluntur culices." Tentorium s. *tabernaculum* est Varr. II, 10, 8. Prop. III, 9, 45. Iuu. VI, 80. *ca*nopeum R,r (ut Bern. B

Aegypto multi sunt, [ea] habitacula, quae sibi Aegyptii faciunt ad arcendam culicum molestiam, κωνωπεῖα appellantur. *Quidam* reticulum dicunt Aegyptiorum reginae, quod supra lectum tenderetur aduersum culices, inter uexilla portatum.

17. *ad hunc.* Id est: contra hunc, contra Antonium, quia ad Caesarem confugerunt et equos aduersum Antonium [cum sistro] conuerterunt.

18. *canentes.* Laudantes, ut (A. VII, 698): *regemque canebant.*

20. *puppes sinistrorsum ci.* Veloces ad fugiendum, ut (A. V, 66): *Prima citae Teucris ponam certamina classis.*

22. *intactas boues.* Paratas ad sacrificium pro triumpho. *Intactas* autem integras, [et] sinceras, ut (G. IV, 551): *et intacta totidem ceruice iuuencas.*

23. *nec Jugurthino parem.* Non tanto ait gloria triumphauit Marius de Jugurtha.

25. *super.* Contra. Deuicta enim Carthagine uirtute Scipionis Africani cum Afri aduersum Romanos rebellarent, consulto oraculo responsum est, ut sepulcrum Scipioni fieret, quod Carthaginem respiceret; tunc leuati cineres eius sunt de pyramide in Vaticano constituta et humati in sepulcro eius in portu Carthaginem respiciente.

27. *uictus hostis.* Antonius.

cum gl. *cortina*). rell. conopeum. K duodecim priores tantum uersus h. o. habet. Bφ: CONOPEVM cleopatrae quod ferebant milites romani. Est autem genus *retis* (conf. C) ad culices prohibendos. (*reti*cula plena rosarum Cic. Verr. V, 11. Ouid. A. III, 361. aromata in reticulum iunceum aut lineum adiecta Colum. XII, 51).

1) *ea* om. AR1,r. *et* mvca. habitacula om. 21. C: *conopeum* genus est retis *ad muscas* et et culices abigendos, quo Alexandrini potissimum utuntur propter culicum illic abundantiam. Hic autem accipitur *pro omnibus deliciis et mundo* Cleopatrae. Κώνωπες autem culices dicuntur. hinc Κωνώπεια *uela* ad arcendos culices. γ: *conopeum. tentorii* genus et *conopeum* ad prohibendos culices. set hoc maxime alexandrini utuntur qui habundant culicibus. 2) quo*d* ret. 2. 4) porta*bant* 2. 5) *Ad hunc* Aγ (al. ad *huc*) bR,rmvcafh, ut plurimi uett. codd. Horatii. Ambr. a 1 m. *ad hunc*, in rasura corr. *at hoc*. E *ad huc*. 2. m. corr. cum gl. i. *ad cesarem* Bφ: *ad hunc.* ad caesarem. *at huc* ut HQ. (*at tunc*?) *contra hunc* omn. 21G,rmvca. scil. contraant. 2. 6) aduers*us* 1. — *cum sistro* om. AR21G,r. 7) laudantes om. A. can. laudantes γ. 8) Id est, ad fug. citae aut ueloces 2. 9) certamine om. fh. *sinistrorsum* i. e. malo augurio 2. ad fugam paratae Ambr. 10) Lemmati ad *boues*. sacrifi*cand*um mvcafh. sacrifi*cium* r ut codd. — *intactas* aut integras. 2. 11) et om. A2. — et om. A. *ex* int. r. 12) *Ait* non tanta glo. 2. 15) affri A. aduer*sus* R2. 17) scipio*nis* 2. 18) huma*ta* 1Grmv. Tangit illam historiam qua responsum est (in qua scriptum est, ex oraculo C) ad compescendos afros debere sepulchrum scipioni africano ita consitui ut africam intueretur. hoc autem monitu (deorum C) positum est *inter hostia et Portum* γC. *sepulch. cond.*] Nam ad gloriam sepulturae illius non potest referri quia dum deuicta cartagine reuersus esset odio cum habuerunt romani. quapropter eum exilio damnarunt ubi et mortuus est unde ipsa super sepulchrum suum hoc scribi iussit. Ingrata patria nec cineres seruat meos. Bφ. *Neque africano* (φ man. 2: uel africa*num*): Scil. reportasti parem scipioni Bφ. 20) Notandum, in A (Hor.) ante u. 27. nouam lit. init. mai. conspici, qua noua

*Punico.* Purpureo [sago], aut patrio.

29. *ille.* Metellus siue Antonius; unde et Metellus Creticus dictus est. *centum n. Cretam urb.* Ut (A. III, 106): *Centum urbes habitant magnas uberrima regna.*

30. *uentis iturus non suis.* Non prosperis, non optatis.

31. *exercitatas u. p. Syrtes n.* Non *noto petit,* sed *noto exercitatas* h. e. uento tempestuosas et naufragosas.

32. *aut fertur i. m.* Pro *ipse incertus* [et iturus], quo casus adtulerit, [ut (A. VI, 268): *ibant obscuri sola sub nocte per umbram*].

33. *capaciores a. h. p. scyph.* Pro laetitia maiores.

34. *Chia u. aut Lesb.* insulae uini boni fertiles.

35. *fluentem.* Inminentem, aut (pro:) potu nimio profluentem.

36—38. *metire nauseam coherceat.* Inple bonum uinum, quod aduersum nauseam prosit.

37. *curam.* Id est, sollicitudinem et metum de absentia Caesaris uenientem sopire iuuat.

38. *dulci Ly. solu.* Pellere, ut (C. I, 7, 31): *nunc uino pellite curas.*

oda significari solet. Nulla inscriptio ibi neque metri notitia est. In A Acr. h. l. extat inscriptio: *Ad caesarem deuictus antonius.* — Id est ant. ABφ.

1) *punico.* s. sago Bφ. sago om. γR1G,rmv. pa*t*rio omn. libri. recte. Q tacite inc. *pario* ex C, qui habet: id est, deposito puniceo, hoc est, hyacinthino, aut *Pario,* coccineoue sago; lugubre, id est luridum et nigrum, luctuque et fuga dignum sumpsit. *Romani enim milites in bellum euntes coccineis sagis utebantur*, ut ne quis uulneratus, cruoreque suo respersus terrorem incuteret sociis, nam coccineus color cruori similis est. Itaque dum Antonius fugeret, ne agnosceretur, deposuit coccineam, et nigram chlamydem indutus est. γ: *mutauit.* deposita ueste candidiore indutus est ut meruit ueste seruili. *sago*] antea enim sago rubro utebantur imperatores non purpureo. Sensus hic est. deposita punico sago luridum sumpsit γ. 2) *aut* ant. γ. 3) urbes habi*tat* A. 4) ub. regna om. 2, fh. 5) Non prosp. non optatis R21,rmvca. rell. Non opt. n. prosperis. non *suis.* non prosperis γ. 7) naufra*gosas* AR21,r. rell. naufra*gas*, sepe agitatas Ambr. et γ qui addit: concitatas. C: tempestate commotas. 8) *au*fertur fh. inc. et *luridus* A,mv. inc. quo R21,r. inc. *et iturus* cafhQ. || *inc. mari.* pro ipse incertus Bφ. || 9) Loc. Verg. om. A2. nocte per *urbem.* quale per incertam *lunam* et cet. R. conf. ad C. I, 28, 14. *incerto.* ypallage non *incerto mari* sed ipse incertus, *huc puer.* anafora ad ipsum refert qui incertus erat concilii. *incerto.* aut quia non est certus ille qui nauigat aut quia mutabile est elementum γ. 10) s*y*phos A Acr., sc*i*phos Hor. 11) *chia uina.* aut lesbi*ae* insule u. b. ferti*lis* A. rell. om. *in*m. A. 12) *pro* potu nimio flu. R1,rmv. *prae* p. n. *flen*tem ca. potu nim. *proflu.* A,fhQ. *nauseam* i. flegmā Bφ. fluens phlegma etc. C. *fluentem.* quia ex nausea fluit multus humor. *fluentem nauseam* fastidium intell*i*gamus. *fluentem* autem dixit quoniam qui patitur multum spuit ita ut fluere uideatur. 13) nausiam A bis ut E (2 m. corr. *e*). co*h*erceat AERb Bern. ABC. Ambr. Fran. et (S. I, 3, 134) K. *metire.* profer ut *quod dicunt plebei* mensura γ. misce, profer, hauri ex cratere, et *quod vulgo dicitur*, mensura C. *iuuat.* Iuuat inquit sollicitudinem uno (l. uino) relaxare quam de rebus caesaris gerebamus γ. conf. C (— uino optimo —). *metire.* mensura gl. Bφ et scholion: Ciato auriebatur uinum ex cratere ac per hoc dicit *metire.* — *infunde* 2. rell. imple. — bonum uinum A, r. rell. uin. bo. 15) *curam.* quae (duo γ) ante euentum pugnae sustinui γC. — deom. 2. 16) sopi*ri* A1,r. *soluere et* sopi*ri* 2. ebr. sopo*ri* R. 17) Pellere ut nunc om. A: *et* u. p. cu*ram.* pellere om. 2.

## PORPHYRION.

*Quando repostum c. a. f. d.* Ad hoc repositum, ut non nisi ad festas epulas proferretur.

2. *uictore l. C.* Ut ex inferioribus apparebit, eam uictoriam Caesaris Augusti significat, quam de Antonio et Cleopatra quaesiuerat.

3. *tecum s. a. sic I. gr. d. b. M. b.* Ut nos ob uictoriam Caesaris laeti epulemur, quippe cum ipse auctor sit eius uictoriae.

5. 6. *sonante mixtum t. c. l. hac d. i. b.* Nimirum tibiis barbarum. Diximus autem et supra (IV, 15, 30), tres esse species apud Graecos omnium carminum: Ionicum, Lydium, Barbarum.

7. *ut nuper a. c. fr. Neptunius d. f. u. n.* *Ut nuper, bibimus* subaudiendum, cum Sextus Pompeius freto Siciliensi uictus fugatusque est. *Neptunium* autem ducem Sextum Pompeium noli simpliciter dictum accipere, quasi quod in mari dux fuisset, sed quod ad eam stultitiam processisset inflammatus [pro] marinarum rerum felicitate, ut Neptuni filium se diceret et cyanea ueste obduceretur.

9. *minatus u. u. q. d. s. a. p.* Et supra diximus, Sextum Pompeium etiam fugitiuis in Sicilia sollicitatis classem armasse.

11. *Romanus eheu p. n. e. f.* Qui non intellegunt, putant inportunum transitum repente a Sexto Pompeio ad Antonium factum, nescientes poetam redire ad initium eclogae, ubi ait: *uictore laetus Caesare*, ubi de Antonio et Cleopatra uictorem uult accipi. Dein comparatione laetitiae praesentis, mentione facta Sexti Pompei et fugae eius, referens id, quod coeperat, exsequitur, turpitudinem, quae Antonii partiumque eius fuit.

*Eheu p. negabitis.* Non credent, inquit, posteri, Romanos milites uelut dotales Cleopatrae datos. Tam foeda haec sunt, ut non uideantur ab ullo Romano admitti potuisse. Ordo est autem: Romanus miles et spadonibus seruire rugosis potest? Adiuuandum hoc pronuntiatione, ut et rei indignitas et indignatio dicentis exprimatur.

PORPH. 3) rep*os*tum M in lemm. repos*i*tum in scholio. 6) sig*nat* R et edd. quaes*ie*rat 2. 8) au. ipse sit A2. 10) tr*is* rvafh. tr*es* codd. 12) Ut nuper *urbibus* MR2Grv (urbibus u. 29). *b*ibi*m*us afhQ. bi*bi* C. 14) *freto Sicil.* omn. libi. om. Q. 15) ad eam stultitiam MRG(Q)ra. ad eam *insaniam* 2. ad *eum* stulticia v. quod *eo* stultiti*ae* fh. 16) *pro* RG,Q. *in* mar. rv. om. M2,afh. 22) redire poet. MR,rvafh. po. red. 2(G?)Q. *principium* ecl. 2. 23) Dein MR,r. rell. dein*de*. — comparatio*nem* 2G. *ad* comparationem 2C. praes. laet. 2C. 24) eius fu*gam* refer*at* id 2. fugae eius refer*at* ad id R. refe*rt se ad id* quod cep. γ. referens se, id fh. *sed* id M2G. rell. fugae eius referens id. 25) exseq*uens* γ. *redit* ad id quod coeperat, *pro*sequens turpitudinem Antonii et *suarum* partium C. *pulchri*tudinem R,r. turpitudinem*que* G. *quae* ant. 2. — eius *fuit* MR. 27) datos *ab antonio* Bφ. 28) posse γ2. 29) seru. spad. rug. 2. Bφ: — Romanus miles emancipatus quondam fert uallum et arma feminae et potest seruire spadonibus rugosis

16. *sol asp. conopeum.* [*Conopeum*] quasi retis genus ad culices prohibendos, quo maxime Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices abundant.

17. *ad hunc f. u. b. m. e. Galli can. Caesarem.* (Laudem Gallis tribuit?) Significat autem, equitum Gallorum duo milia ab Antonii partibus ad Caesarem transfugisse. Quorum mentio ideo facta est, ut Romanos, qui sub praepositis spadonibus aequo animo militarent, magis oneraret per comparationem Gallorum, qui hoc dedignati ad Caesarem se contulerunt.

20. *hostiliumq. n. p. l. p. s. citae.* Ordo est: puppes hostilium nauium latent portu. Ad elocutionem adtende mirandam συνεκδοχὴν et περίφρασιν. *Sinistrorsum citae* [autem] quod dixerit, manifestum est, Alexandriam uersum esse: intellegendum autem e litore Epiri, ubi pugna naualis cum Antonio fuit. Si Italiam petas, in dextra eas necesse est esse, si Alexandriam, in sinistra.

21. *io triumphe, tu moraris aur. currus.* Quasi deum inuocat *Triumphum*; tu, inquit, (Triumphe?) *moraris currus*, qui iam parati sunt? (Tantum) ueni.

22. *et intactas b.* Id est, indomitas. Feminino autem genere boues non sic dixit, quasi feminis tantum triumphantes sacrificarent, sed quia nescio quid gratius feminino genere boues quam masculino dicuntur; denique et *Verg.* (B. I, 9): *Ille meas errrare boues ut cernis.*

per quod ostenditur cleopatram cum antonio in praelium isse frequenter cuius tentoria romani milites ferebant. Tam foeda etc. γ: Non cr. inq. po. rom. mil. fuisse feminae mancipatos. hoc est. tam foeda sunt ut a nullo romano uideantur *posse com*mitti. γ: *rugosis potest.* ita pronuntia ut indignitatem rei exprimat.

1) conopeum M. conop*ium* G. conf. Acr. *ca*nopeum R2. conop*ae*um rv. alt. conopeum (*ca*nopeum 2) 2(G?)Q. 3) haburd. Mγ. 4) Post lemma in MG,r: *Eadem gallis.* Sign. 2: *gallis* (om. *eadem*). Significat. Haec uerba sic corrigenda uidentur: *Laudem* Gallis tribuit. Significat *autem* etc. Non possunt sic intellegi: *dedignati Gallis̄ = sunt*, quia inferius idem dictum est. conf. C: Gallos ideo commemorat, ut pudore pulset animos Romanorum, qui passi sunt seruitute se sub*ii*ci spadonibus, *quod Galli sunt dedignati.* 5) Signif. *autem* MR2G. *aut*, om. sign., equitum r. Sign. autem gallorum militum 2. 6) ideo MAR2G. edd. iam. 7) *honer*aret MG. honora*rent* R. rell. oneraret. 8) Gall. comp. 2. 9) host*ium* MR2G. omn. edd. host*il*ium. 10) συνεκδοχην et περ. M (Halm.) A2 vet. lib. H. Steph. p. 163 et G(Q). R. reliq. lacunam. rva. om. et συνεκδοχικὴν περ. fh. 11) autem om. 2. — uers*um* M (Halm.), rva. rell. uers*us*. 13) in dex*teras* R,r. in dex*t*era v. in dextra *eas* A. rell. om. *eas* (scil. puppes). *esse* 2G(Q). esse necesse est 2. rell. om. *esse*. *cedere* uoluit Ritter. conf. Bφ et C: — si Italiam petar (petis C) in dextram *incedas* necesse est, si Alexandriam, in sinistram. — si *in* alex. R. 15) moraris uictoriam C. parti r. — *tantum* ueni MAR2G. edd. om. *Tantum ueni* conf. cum Liu. XXXV, 18: *tantum non cunctandum*, et cum *tantum quod* ueneram Cic. ad Diu. VII, 23. Q uoluit: tan*dem* ueni. γ: quasi deum triumphum inuocat. tu inquit *triumphe* moraris currus *caesaris* qui iam parati sunt. *io triumphe.* αντι του hoc restat ut post uictoriam triumphes o cesar. Bφ: Quasi inquit moraris triumphe cu. *augusti* qui i. p. sunt. γBφC om. *tantum ueni.* 17) Fem. a. g. boues MAR2G(Q). om. edd. omnes. *boues.* iocundius autem feminino cum et tauri soleant immolari γ. 18) sacrifi*car*ent 2. rell. sacrifi*cent*. 19) *nescio* MR2G(Q). *metro* rafh et v (me*rto*). quod M (Halm.) *et* MAR2G(Q). edd. *ut*. 20) ut cernis om. 2. cernis et ipsum G(Q).

23. *io tr. n. i. p. b. r. d.* Non tanta, inquit, gloria C. Marius de Jugurtha triumphauit.

27. *terra m u. h. p. l. m. s.* *Sagum*, hoc est, deposuit coccineam chlamydem Antonius, qua scilicet ut imperator utebatur, et accepit lugubrem i. e. nigram; et utrum ob luctum uictarum partium hoc facit, an ut in fuga lateat?

31. *exercitatus aut petit Sy. Noto.* Non *noto petit*, sed *exercitatus noto;* nam et alibi (C. IV, 14, 20. 21): *undas Exercet Auster.*

32. *aut fertur incerto mari.* Ἀναφορά ad ipsum i. e. ipse fertur incertus consilii.

35. *uel quod fl. n. coherceat metire no. Caecubum.* Quia austerrissimum est *Caecubum* uinum, merito nauseam cohercet; et *metire* inquit, quia cyatho hauriebatur ex cratere uinum.

# EPODOS X.

## ACRON.

1. *Mala s. n.* Solui dicitur nauis, quando de statione uel de portu dimittitur[, ut (A. IV, 574): *Soluite uela citi*].

1) tan*tam* inq. glori*am* caius M (Halm. Q p. XXXIII: inqui*d* glori*a*) R. *Caesaris* marius de iurgu*ta* r. 3) *Sagum* iterant MR. — *cho*ccineam clam*i*dem M. cocci*nam* RG,r. coccin*ea* v. 4) ut MR2G(Q). edd. om. 7) noto] noto (pro *non*) petit. sed exer*citas* noto. nam MR. noto petit, sed *non* exer*citas* noto A. *non* no*th*o petit sed *et excit*atas no*th*o 2. *non* noto sed exerci*tatas* noto G(Q). *pe. syr.*] petit sed exercitas noto r. *pe. syr.*] non noto. Nam etc. v. *pe. syr.*.] noto. Nam a. Totum lemma et priorem scholii partem *Non* — *dam* om. fh, qui post lemma scholii seq. habent: Nam et alibi ait: Undas *coe*rcet auster incerto mari ἀναφορα. Ut ipsum etc. Conf. Acr. 9) *au*fertur incerto mari M (Halm.) G. rell. *aut* fertur inc. mari. rv om. aut fertur. *Ut* ipsum fh. rell. *ad* ipsum. — ipse om. R2. 11) coerceat — *coer*cet M (Halm. co*h*erc. Q. l. l.) co*h*erceat in lem. et in scholio r. coherceat — coher*cet* v. rell. coerceat — coercet. 12) inqu*it* M (Halm. inqu*id* Q. l. l.). ciatho M. cyatho R. nau*sam* R. 13) hauriebat*ur* MRG(Q). *aurie*b*ant* excutere r. *et* ex cratere R. rell. hauri*ebat* ex.

ACRON. IN MARCIM (sic) MEVIVM A (Acr.). Inuisum sibi meuium deuouet ut horrendis (orendis E) prematur tempestatibus A (Hor.), ut K et Fran. Ambr. E, qui addunt: *in maeuium poetam* ternarius iambicus binarius iambicus epodicus (epodic*on* Fran. podicon Ambr.), inscriptionem obuiam in bBφIIP et γ (in meuium poetam tern. iamb. podicus). Inuisum sibi meuium deu. ut hor. prematur *procellis* in meuium poetam ternariũ D. *Non* uisum sibi meu. deu. ut ho. pr. temp. Tern. ia. bi. epodicus R[a]. Fran. habet *perim*a*t*ur (perim*i*tur teste Broukh.) pro *prematur*. In meuium poetam Bern. BC. Ode CXIII. R. Uterque interpres caret argumento. Hoc ode execratur meuium poetam pessimum sicut uirg. qui de eo ait (B. III, 90): *qui bauium non odit amet tua carmina meui atque idem iungat uulpes et mulgeat hyrcos.* qui dum ingressus nauem qua uirgil. athenas uectus est piis execrationibus prosecutus est ita meuium et nauem illius diris execrationibus prosequitur coniurans tempestates et uentos. ut ipsam nauem opprimant. conf. C, qui longius habet scholion, cuius prior pars facit cum γ: Profecturo male imprecatur maeuio eique augurium uult esse contrarium. ut mediis intercipiatur fluctibus. de quo et uirgilius. qui bauium non odit amet tua carmina meui. fuit enim obtrectator horatii. sectator uocum antiquarum. 18) quando om. 2. uel *cum de* portu 2. uel *de* portu AR. rell. om. *de*. ut — citi om. A2.

1. *alite.* *Hic* et *haec ales.* Et hic pro *auspicio* posuit *alite.*

2. *olentem.* Putentem, ut (B. II, 11): *Alia serpillumque herbas contundit olentes.*

*Maeuium.* De quo et *Verg.* B. III, 90): *Qui Bauium n. o. a. t. c. Maeui.*

4. *Auster m. fl.* Tempestatem inprecatur Maeuio nauiganti.

6. *remos differat.* Cessare faciat.

*montibus altis.* Qui maiori tempestati subiacent altitudine sui.

8. *trementes.* Commotas et ui uenti inclinatas.

9. *nec sidus atra nocte.* Nigra, sine amico nauigantibus lunae lumine, hoc est, prospero, ut (A. VII, 8 : *nec candida cursum Luna negat.*

10. *Qua tristis Orion.* Tempestuosus; in occasu enim signi ipsius maxime tempestates emergunt, unde et (A. I, 535): *nimbosus Orion.*

*cadit.* Occidit, ut (A. II, 9): *suadentque cadentia sidera somnos.*

11. *quietiore n. f. aequore.* Pro minus concitato.

12. *quam Graia u. m.* Talem illi nauigationis optat errorem (laborem?) qualem post Troiae excidium Graeci uictores pertulerunt, aut naufragium [quale reuertentes] in monte Caphareo [fecerunt].

13. *cum Pallas u. u. i. a. I.* Minerua enim sacerdote sua ab Aiace uitiata iam uerterat a Troianis ad Graecos, ut (A. I, 39—41): *Pallasne exurere classem Argiuum atque ipsos potuit submergere ponto Unius ob noxam et furias Aiacis Oilei.*

17. *et illa non uir. heiulatio.* Planctus rationis expers et magis feminis conueniens, ut (A. XI, 878): *femineum clamorem ad sidera tollunt,* et *Iuu.* XIII, 11): *flagrantior aequo Non debet dolor esse uiri.*

1) a*l*is A. posuit ali*tem* AR. *alite,* augurio 2. hic — alite om. 2. A2 habent lemma: *ol. maeuium.* 2) *pro* put. 2. Alia serpillumque om. fh. a*ll*ia R1,mrvca. γ: *olentem* putidum. turpem. *meuium.* cuius carmina puteant aut quia caro eius ex pinguetudine putida erat. 6) nau. maeuio 1. 8) mont. *altis.* sic omn. libri Acr. transpo. ut vet. Bern. K. Scribendum est: *altis montibus*] *altis,* qui etc. 9) *uiu*enti h. 10) *imprecatur* atram noctem sine lumine lunae amico nauig. hoc est 2. *atra nocte.* nigr*am* noc*tem* sine am. A. *atra nocte.* nigra nocte hoc est sine am. R. 11) cur*r*um 2. rell. cur*sum.* neg*et* AR. 12) *nam cum occidit* temp. 2. rell. in occasu — maxime. tempestuosus. *cadit.* occidit. In occas*um* AR (occas*u*). 13) unde *et* A. unde R2. rell. ut. 15) Pro *non* minus fh. *id est* minus 2. 16) illi om. R21,rvca. 17) excid. *laborem* gr. R21,rvca. rell. om. excid. pertul. gr. uict. aut nrufr. A. 18) quale om. AG,ca. *quale reuert.* om. R21,rv. — ca*p*ereo A. caphare*o* rvca. caphar*aeo* mfh. conf. C. *gr. uict. man.*] Venerunt ad cas*t*reum montem et ibi praecipitati sunt tempestate γ. — *fecerunt* fhQ. rell. om. Cum sch. longiore in C conf. Bφ: Tempore quo greci contra troiam dimicauerunt ulixes et aiax furati sunt de troia palladium i. statuam mineruae. ob quam indignata minerua quae antea infesta erat troianis reuertentibus grecis a deuicta troia iram suam deuertit in grecos et praecipue in aiacem cuius nauem obruit inmittens eis tempestates in tantum ut pene omnes duces grecorum obrueret. 20) pallasne — noxam om. 2. *euertere* cl. A. 22) libri oil*ei* (oi*b* A) non Oi*li.* conf. supra C. II, 4, 5. 23) *h*eiulatio Aγ (in schol. sibi inconst.) BφR, ut Harl. Ambr. Bern. AC. etc. edd. *ei*ulatio.

18. *auersum.* Non audientem et iratum, ut (A. II, 170): *auersa deae mens.*

19. *Ionius.* Hadriaticus.

20. *carinam r.* Nauem soluerit tempestate. A parte totum; *carina* enim totius nauis compago est.

21. *opima.* Praecipua, aut pinguis.

22. *porr. m. i.* Hoc est: si cadauer Maeui in litore eiectum marinis auibus iacuerit cibus. *Porrecta.* Extenta, ut (G. III, 351): *Quaque iacet medium Rhodope porrecta sub axem.*

23. *libid. inm. caper.* Similitudini inpudici et petulantis poetae animal conparat inmolandum, si mortis eius uoti compos extiterit.

## PORPHYRION.

1. 2. *Mala s. n. e. a. f. o. Maeuium.* Hic est Maeuius inportunissimus poeta, quem et Vergilius consimili contumelia (notat?) nominat (B. III. 90): *Qui Bauium non odit amet tua carmina, Maeui. Olentem* autem pro *putido* dictum accipe; est enim σχῆμα λιτότης. *Mala alite,* hoc est, malo auspicio. Et adtende, *alitem* eum hic feminino genere dixisse, alibi masculino (C. IV, 4, 1): *Qualem ministrum fulminis alitem.*

4. *ut horr. u. u. l. a. m. fl.* Jucunde quasi uento praesenti praecipiat, et *utrumque latus* nauis utique intellegendum est.

5. *niger rudentis Eurus inuerso mari.* Quid est? *euerso mari,* an contrariis fluctibus?

1) *auersum.* duplex lectio. si *adu*ersum contrarium et infensum (inf. *et iratum* C) si *auer*sum iratum (non audiendem uota tua C). ut (Verg. l. l.) *auersa deae mens* γ. conf. C. *Adu*ersum R. — *adu*ersa R. 3) Ioni*cus* edd. et (G?) Q. Ioni*us* A (bis), ut omn. fere uett. codd. Horatii. Aliter se habet res cum Achai*cus*, Olympicus, Troicus. uide lib. de Cod. Barc. p. 13. Adriaticus A2,r. codd. sibi non const. 4) id est nauem 2. — totum. *In* car. A. 6) op*ti*ma A bis. in Ambr. t erasa *praeda.* pignus (l. pinguis). Non ideo (*hinc initio* dixit putidum C) et putidum dixit quia superflua caro solet incalescens grauem genera (generare C) putorem γ. Ad u. 24: tem*pestatibus.* Maro (A. V, 772): *et tempestatibus agnam Caedere deinde iubet* γ. conf. C, qui habet: Agna tempestitabus immolari est solita, sed non caper, ut *Et temp.* etc. 7) *pro*iectum 2. 8) exten*sa* A a 1 m. corr. ex*ta.* ut – axem om. A 2. 10) *In* similitudi*nem* fh. — pudi*ti* A. i*n*pudic*us* 2. rell. i*m*pudici.

PORPH. 14) Haec oda caret argumento. Quod unde petendum sit, quaeritur. conf. Acr. — *in*po. G. rell. *im*po. 15) cum simi*lia* M. *cum* simili rv. rell. *con*simili. — no*tauit* 2. rell. nominat. *nominat* add. a m. recentiss. in M teste Q p. XXXIII. *u*auium M more suo. 17) μιοτης M (Halm.). λιτότης A (G?)Q. in R lacuna. λητοτις 2. λυπτοτης rv. λεπτότης afh. 22) *in*uerso MG (corr.) rv in lem., *euerso in scholio.* euerso bis R. *in*uerso bis 2,afh, ut omn. fere codd. Horatii. ruden*tis* M, ut K Par. A. In E Bern. C et Ambr. 1 m. *i* mut. in *e*. Post *quid est* interrogationis signum posui, quo clara omnia facta uidentur. Verbo sollemni *euertere* (aequor Verg. A. I, 43. aquas Ouid. H. VII, 42 Porph.) usus est pro uiuidiori poetae dictione: *inuerso mari* (*terram in*uertere aratro. conf. Verg. G. I, 65. vomere terras G. III, 626). γ: *inuerso.* commutato, commoto, turbato. conf. C: perturbato et commoto commutatoque. Bφ: contrariis fluctibus.

10. *qua tr. Orion cadit.* *Qua,* nocte scilicet.

13. *cum Pallas usto u. i. a. I. in inpiam A. r.* Hoc ex Vergilii lectione satis notum est.

17. *et illa non uirilis heiulatio.* *Heiulatio* id dicitur, quod est quasi gemitus flentis, τρόπος ὀνοματοποιΐα.

19. 20. *Ionius udo cum remug. sinus Noto c. r.* *Udo* [autem] *Noto,* hoc est, aquoso ac pluuioso.

21. *op. q. s. p. c. litore.* *Opimam praedam* corpus ipsius melius intellegamus, ex quo apparet, et pinguem eum fuisse.

# EPODOS XI.

## ACRON.

[*Pecti.* Metrum primo uersu ternarium iambicum, secundus ex pen-

1) *qua* nocte Bφ. *qua.* pro cum uel quando. uel qua nocte γ. *qua tristis.* ex ea parte celi qua orion oritur nulla commoda nauigantibus stella nascitur γ. *Orion.* Orion in ortu suo tempestates excitat in mari. Unde inprecatur horatius ut *ea nocte qua* ipse occidit et mare tempestuosum reddit nulla prosperitas *n*euio (sic) arrideat γ. *appareat.* hoc est sine oriente orione. siue occidente. aliud sidus non subueniat *maenio.* γ. scil nocte fh. 2) Virgili*ana* R,fh. rell. uergilii M, Virgilii 2, rv, uirgi. a. 4) *ei*ulatio M bis etc. conf Acr. — qu*i* M. *quod est* om. r. *ad* id qu*i* R. γ: *heiulatio.* glossa: genitiuus (l. gemitus) uirilis est. scholion: non ge*n*itus (l. gemitus) qui uirilis est sed *eiulatio* quae feminea est. *h*eiulatio autem est mulierum siue infantum *clamor uirorum* (sic). similiter C: *non uirilis eiulatio,* sed femina. nam eiulatio est feminarum, *uagitus* infantum, clamor et gemitus uirorum. 5) flens R. τοπος fh. ονοματοποια rv. ονοματοπνοιεια M. 6) Ion*ius* M etc. conf. Acr. Not*h*o b Bern. AB, ut RBφDP. no*tus* Parr. A. γ: al. no*to* cum glossa: *udo noto* tempestatem mouenti. Ambr.: no*tus* al. no*to* 1 m. not*hus* E 2 m. in rasura *othus* cum contradic. glossa (= Bφ): uen*to* qui est pluuiosus. rell. no*to.* — *autem* om. R. Q lacunam ante *Udo* statuendam suspicatur. γ: udo sinu uelorum scilicet. sin*us* uel sin*u.* sin*u.* Bern. C. Par. A. pure, E cum rasura. Ambr. sin*u* al. sin*us* 1 m. *udo.* pluui*ali,* aquoso C. aquoso Bφ. 8) me*lius* intell. R2crv et M (Q l. l. om. Halm.). rell. *Maeuii.* intellegam M (Halm.). 9) *ut* M (Halm.) *et* AR2G(Q). Bφ: Promittit se tempestatibus immolaturum caprum libidinosum et agnam si opimam praedam i ipsum meuium mergis dederint. *Opimam* autem *praedam* dicit corpus meuii. significat eum pinguem esse. Per *caprum* etiam ipsum meuium fuisse libidinosum et per *agnam* timidum.

ACRON. Ad Pe*t*ium primus uersus ternarius iambicus secundus A (Acr.) Ad marg. idem habet: primus uersus iamb. tern. secundus elego iambicus. scanditur ita: scribere. uersicolos. amo. re per. cussum graui (= Ambr.). Initio scholiorum: Eque iambicus constat ex pentememere et iambico. alii dicunt eum intnarium iambicum quadratum a dactilo et iambico. A (Hor.): *Petitio* (sic) amico suo inuisam sibi poetice*n* ut K Fran. (poetice*m* Ambr. cē E) esse in conbubitus suos (om. H) irrumpentem. K: Pec*ti*o — *in*rumpentem. Pettio (1 m.) E, qui adiungit uoci *ir*rumpentem: ad pe*tt*ium de inachi*am* (inach*ia* Ambr. Harl. Fran. γBφDHPR$^{a}$) quam diligit ternarius iambicus quadratus *con*positus a dactilo in iambum (iamb*icum* Ambr. Fran. bH etc.) compositus (Hγ Harl.) om. Harl. Fran. γBφR$^{a}$. Pe*ti*tio H. Pe*tio,* in contextu pecti, Fran. — Alteram inscr. habent codd. dicti ad u. inachiam. b: AD PPETIV̄ (sic) DE INACHIA QVĀ DILIGIT. tern. iamb. quadr. comp. a dactilo in iambicum. Ad pe*tt*ium de inachia quam diligit. (pectium DP. Bern. C petium Bern. B.). Pettium Harl. γBφH. Ode CXIIII. Ad Pec*ti*um R.

14) Pec*ti* — iambico (iam*bo* r) rmvcafh.

themimeri dactylica et iambica. Alii dicunt esse ternarium iambicum quadratum a dactylo et iambico.]

*Petti, nihil m. s. a. i. sc. u.* Dicit se amore detentum ad faciendum uersus, nec delectationem habere nec animum.

3. *expetit.* Adpetit, persequitur.

4. *urere.* inflammari.

6. *Inachia furere, siluis hom. d.* *Inachiam* nomine mulierem, dicit. Hiemem per casum foliorum significat, ut (G. II, 404): *siluis Aquilo decussit honorem.*

7. *nam pudet t. m.* Non conuiuiorum paenitet (pudet!), sed quod fabula fuerit.

8. *conuiuiorum.* Quod, ut finem amoris [eius] ostenderet, sub paenitudine recordatus.

9. *in quis.* In (i.?) quibus.

*languor.* Stupor, siue animi torpor et cruciatus, qui solet amatoribus euenire.

10. *arguit.* [Probat, ut (A. IV, 13): *Degeneres animos timor arguit.*]

*et latere p. i. sp.* Quia et suspiriis aliquotiens amor proditur, ut (A. I, 371): *ille Suspirans imoque trahens a pectore uocem.*

11. *Contrane lucrum.* Contra meretriciam cupiditatem, quae lucrum captans riualem praeferebat, Horatio queritur, *ingenium* poetae optimi *nihil ualere.*

3) Pe*tti* AγG, ut EBφDH Harl. Bern. AC et M Porph. pe*cti* R2 et edd., ut K Ambr. Fran. R2 et edd., ut K Ambr. Fran. et rece. plurimi. Nonnulli codd. sibi inconst. 5) adp. A. *expetit.* prosequitur R, qui pergit: *urere.* inflamare. (infla*mmare* A2,r. rell. om.) conf. C. I, 6, 19: *urimur.* posuimus *inflammari Inachia.* in (i?) illa muliere. (mulier est?) inachiā. illā mulierē r. adpetit om. R1G. exequitur 1, Ca. app. *pro*sequitur 2. app. ex*quiritur* r. *Inachia* mulier erat quam amauerat horatius 2. Inachiam no. mu. dicit A. Mu. no. Inach. dicit fh. om. 1G(Q), mvca. 8) Hiem. per cas*um* foliorum sign. A. hi. per cas*um florum* sig. 2. per cas*us* fol. hi. sig. ut *frondibus et* silu. R. *Frigidus et* Verg. hy. sign. per cas*us* fol. mvcafh Q (hiem.) *cum* sylu. mvcafh. *honorem.* folia secundum maronem γ. 12) eius om. AR21,r. *conuiu. et pen.* poenitet ad factum, pudeat ad uerecundiam γ. conf. C, qui notitiam de scorti imagine (in *speculato cubiculo* Vita I et Lessing.) adiungit, quae res recurrit in Acr. ad E. I, 19, 1. penitudine AR. poenitudine edd. conf. Sidon. Ep. VI, 9. Hieron. Ep. 84. Auson. in Sap. de Thal. 22. 13) recorda*tur* libri. 14) in quibus (AR2,rafh) om. 1G,mv. pro *quibus* s. conniuiis γ. in quibus conu. Bφ. — *siue* cruc. R1,rmvca. siue *exer.* 2. *languor.* tristitia. stupor γ. conf. longius sch. in C. lan*gor* v. conf. C. II, 2, 16. 17) Schol. om. A2. *arguit.* pti = *praeteriti* temporis est. C: appro*bauit.* est praet. temp. Bφ: manifest*auit.* R: probat, *ostendit* ut. 18) scil. quia suspir. 2,r. 19) tra*hit de* pect. 1. *latere* i. corde 2. γ: *latere* ideo. non *pectore* posuit quoniam constat in suspiriis magis latera laborare. (glossa: latere *in ore* petitus spiritus). conf. Porph. et C: latere, inquit, quia in suspiriis latera *uehementer* laborare etc. uoc*es* R,mvca. 20) cap*tat* 2. 21) Hor. praef. 2. *or*atio A,r. praefer*at omnino* R. ing. *pectii* opt. 1. ing. *pectii*, om. opt., R. *nil* AR,rvca (Hor.) rell. *nihil.* Bφ: *simul.* mox ut. Cum essem inquit ebrius ac mero feruidus querebar is*ta* apud te.

13\. 14. *simul.* Postquam, ut (Sat. I, 1, 36): *Quae inversum simul contristat Aquarius annum.*

*calentis.* Amantis. — *inu. deus.* Dionysus.

14\. *feruidiore m.* Hoc est, uino accendebatur in amorem.

*arc. promorat.* Pro promouerat.

15\. *quod s. m. inaestuet pr.* Ut iracundia commotus amatam, a qua spernebatur, et ipse contempneret.

16\. *ingrata.* Sine effectu insita, ut (G. III, 98): *frustraque laborem ingratum trahit*; et ibi enim de equi coitu loquebatur.

17\. *fomenta u. nil m. l.* Querelae enim solatia doloris sunt, non desiderio adferunt fructum.

18\. *summotus pudor.* Hoc est, non amantem.

20\. *iussus.* A te, Petti [scilicet]. *Ferebar incerto pede.* ebrius, ut *Ter.* (Eun. IV, 5, 3): *neque pes neque mens [satis suum officium facit].*

22\. *dura.* Inplacabilia. *infregi latus.* Quia exclusus limine [est], dum amaret [ideo], ait: *infregi latus.*

24\. *Lycisci.* Delicati pueri, cuius amor superbiam meretricis me facit contempnere, quam amabam.

25\. *unde exp. n. a. q. l. c.* Nullis, ait, consiliis a pueri eius amore, nisi forsan alio amore reuocabor.

*candidae.* Pulchrae, ut (A. V. 571): *Candida Dido.*

27\. *teretis.* Gracilis.

1) ut — annum om. 2. 3) cal. amantis om. 21G,mvca. — dion*i*sus A. diony*sius* vmeafh. dyoni*sius* r. 4) amore 2. 5) ubi seueritas ebrietate fuerit expulsa querebar tibi de amoribus (meis C) γC. *loco* i. de loco. de pectore meo γ. a secreto cordis C. a secreto *mei* cordis Bφ. 6) in aestu et A (Acr.) inestu*aet* A (Hor.) inestu*at* fh. *in aestuet* estuauerit. creuerit γ. *inaestuet.* crueerit Ambr. incandescat, commota fuerit C. — ama*ntem* a qua sper*nebar* ipse contempn*erem* 2. 7) contempn*ere* A. *bilis.* indignatio 2. obiurgatio. iracundia. glossa γ. conf. C: *iracundia,* nam irati liberius loquuntur etc. *libera. bilis. bilem* hic feminino genere pro *iracundia* posuit cum *bile hoc* est sed neutri generis sit unde procedit omnis ira. *libera* autem *bilis* dicit hoc est libere seuiens. Bφ. γ scholion: hoc est querebar tibi dicens quod si commota fuerit libera bilis i. iracundia autem inachiam statim eam desino amare non congruentem mihi. *Libera* autem *bilis* ideo dixit quia in iracundia libertas exprimitur cum homines de his quae sentiunt nihil celant siquidem per iracundiam liberius loquimur. conf. C. 8) *a*ffectu R1,mv. effectu *et* ins. A. 9) et — loquebatur om. 2. 10) quere*lle* A. q̄rellae v. dolori s̄ == sunt A. dolor*is sunt* R21,rm. rell. om. *sunt.* qu. *in* solatio ca. n̄ (non) de*ser*io a*d*f. A. rell. *nec* desid. aff. 13) a te pe*ti* A, om. sc. a te pec*ti* 2,r. *scilicet* addunt γ, fh. *iussus* a te Bφ. schol. om. R1,mvca. Schol. h. e. non amantem ex A2,r. rell. om. — *h*ebrius A. satis s. o. facit om. A2G,r (neque *manus*) mva. satis s. off. facit 2. satis off. su. facit R. su. sa. off. facit fha (om. suum). γ: *ferebar.* hoc uerbo demonstratur et obiurgantis affectus et incertus animus amatoris. conf. C. 15) I*n* pl. A. qu*ia* libri. qu*i* tacite inc. Q. om. 2. Lemma interposui. est om. A. lim*en* est r. ama*re* A2. am*ore* r. ideo om. A2G,rvmca. ait om. r. 17) i. e. del. pueri, om. cuius — amabam 2. *Licisci* (bis) del. pu. lici*ss*um *quid* amor me mer. sup. fecit e. q. a. A. mer. sup. me. r. rell. sup. mer. 19) ab eius pueri amore R. null*us* a. co. *ab* r. amore *illius* pu. reuocari posse nisi alio amore 2. 21) i. e pul. R. ut *et* A. *candide* pulchre v. locum Verg. om. 2.

## PORPHYRION.

*Petti n. m. s. a. i.* Pettium contubernalem adloquitur indicans occupato sibi amore Lycisci pueri non libere uersus scribere.

5. 6. *hic tertius Dec. ex quo destiti Inachia f. s. h. d.* Siluarum honorem folia arborum et *Verg.* dixit (G. II, 404): *Frigidus et siluis Aquilo decussit honorem.* Reuera autem mense fere Decembris spoliantur arbores foliis.

*heu me per urbem.* [Heu me per urbem] *fabula quanta fui.* Hoc autem quasi iuxta se positum inlatum est: *nam pudet tanti mali.* Quod ideo intulit, ut ostenderet, cur ingemuisset.

10. *arguit.* *Arguit* media syllaba producte pronuntiandum, qui *praesentis* temporis est.

*et latere petitus imo spiritus.* [Spiritum latere peti] Non *pectore* ait, quia in suspirando constat *latera* laborare.

11. *contrane l. n. u. c. p. i.* Contra lucrum, contra studium lucri i. e. contra auaritiam. Sensus autem: Querebar tibi plorans, quod candor animi mei et honesta simplicitas sine (donis?) datis nihil gratiae haberet apud auaram puellam.

13. 14. *querebar adplorans t. simul cal. inuer. deus f. m. arcana prom. loco.* Ordo est: simul inuerecundis deus calentis arcana promorat loco. Et utique amore calentis accipiendum. Sensus uero hic est: Cum ebrietas

PORPH. Ad Pectium R. 3) Pe*tt*i MG. rell. Pecti. Pe*tt*ium. Pe*c*tium. 5) desti*tit in achaia* MG. 6) dicit M (Halm.) 7) decembr*is* M (Halm.) 2G,va. rell. Decembri. 9) Q: 'lemma *nos addidimus*' (propter *autem*?); at lemma in libris M,rva. (qu. fab. fui om. fh.) iam aderat. *Eheu* MG. rell. *heu.* 16) *in*lat*um* M. *ill.* Rv. illat*am* r. Posit*am* r. posi*to* afh. *huic* — posi*to* uoluit Q. codd. posit*um.* recte. 12) M,r habent lemma: In quis amantem *langor* et silentium arguit. De u. lan*gor* u. Acr. Q: '*arguit* post lemma *addidi.*' At — omnes libri iterant u. *arguit,* et ipsi vf. Eadem negligentia tacite induxit produc*ta* (G?) pro uulgari omnium fere librorum lectione produc*te*, quae omnino recte se habet: Cic. Or. 48. Gell. II, 10. IV, 17. produc*ta* 2. — pronuntian*da* R. 14) *se ipsum* M (Halm. s$\overline{pm}$ = spiritum). latere peti om. MRG,r. — qu*am* M(Q?) R. quem G in contextu qu*od* 2G *admarg.* (Q). rell. qu*ia.* Spirit*um* libri. 15) later*a* M (Q: in rasura) γ,cvafhC. conf. Acr. la*tus* 2G(Q). latere RG in contextu. 17) Sensus est *autem* R. Sensus *autem* est 2,rvafh. — Qua*e*rebar M. 18) d*iuitii*s uulg. lectio. *datis* MR2. Equidem censeo legendum *donis datis.* Cic. Cluent. 24: donis datis muneribusque. γ: significat enim se cantantem amicae suae alterius amatoris muneribus superatum fuisse. C: — contra lucrum et riualium *munera* largiora — et: *cand. ingenium:* laus, commendatio, nobilitas ingenii, *nihil habent gratiae apud auaram puellam, sine muneribus.* Bφ: *Contrane.* Et est sensus. Cum ebrietas inquit modestiam expulisset a corde meo. Num quid non querebar tibi plorans quod candor animi i. simplicitas et nobilitas ingenii qui pauper sum nihil proficeret *sine donis* apud auaram puellam quin semper non amaret ditiores riuales meos plus quam me. Per hoc autem significat se amorem suum pettio sepe inter conuiuia confiteri. 20) adplor. MG, ut Harl. Bern. KAC Parr. EBφγ Barc. etc. rell. appl. — ar*ch*ana M,v, ut Graeo. Fran. bγDl Bern. C etc. γb in eo M (Halm.). 21) promerat R2G. promi*r*at M (Halm.) in lem. promorat in schol. 22) accip. *est* 2. Sensus uero *hic* est MR2G(Q). s. u. *is* est rv. sensus uer*us* est afh.

seueritatem pepulerat pectore meo, tum ego amoris mei iniuriam flens apud te querebar. *Inuerecundum* ergo *deum* Liberum uult intellegi, quod inuerecundum sese per uinolentiam faceret.

15. *quod si meis inaestuet pr. l. b.* Confundit lectorem uarietas elocutionis. Ab oblicua enim oratione transit ad rectam; nam supra oblicue dixerat: *querebar tibi nihil ualere candidum pauperis ingenium;* at haec iam recta est: *quod si meis inaestuet praecordiis* etc.

18. *desinet inparibus c. summotus p.* Inparibus, aemulis scilicet, qui largiri multa possunt, cum ego non possim. *Inparibus* autem *certare* per datiuum casum figuratum est, ut apud *Verg.* (B. V, 8): *tibi certat Amyntas.*

19. *ubi haec s. t. p. l.* Hoc est, seuere dixeram adrogans mihi constantiae laudem.

20. *iussus a. d.* A te scilicet.

22. *lumbos et infr. latus.* Ordo est: lumbos et latus infregi.

25. *unde e. m. a. q. l r.* Bene *libera,* quia ueri amici libere solent delicta amicorum castigare studio emendationis.

26. *nec cont. gr.* Non iam amicorum sed ipsius pueri, qui amatur.

28. *aut teretis p.* Teretia crura aut brachia habentis. *Teres* autem in longum rotundus dicitur.

# EPODOS XII.

## ACRON.

*Quid tibi uis, mul.* Eandem, quam supra, adloquitur inpudentem (inpudenter euntem?) in amorem suum.

1) iniur*ia* h. qu*ae*rebar M,v. 2) inuerecundum*que* deum 2. 3) sese M2G. rell. se. uin*u*lentiam M (Q. p. XXXIII) G *uio*lentiam rv. rell. ui*no*lentiam. 4) Conf*u*dit M (Halm.) rell. confu*n*dit. 5) Ab om. rvafh. enimodo v. enim modo afh. rell. om. modo. ratione rvafh. *oratione* MAR2G. transit MR2G. edd. transi*u*it. 6) dix. oblique 2. -- *ad* hec M. (Halm.), r (haec). 7) recta est R2G. est recta rvafh. est om. M (Halm.) 9) possint 2. 10) apud MR2G(Q). rell. om. — cert*at* R2G (1m.) rell. cert*et*, ut Seru. et Jul. Rufin. libri. adi Ribb. 11) a*d*rog. M. 14) Lumb. et latus, om. infregi M (Halm.) R. 15) *liberi* amici r. rell. *ueri.* libere MR2 (G?Q). edd. *bene.* solent *castigare* 2. -- amic. castigare G in marg.. — am. rep*rae*hendere v. repreh. afh. verbum om. M (Halm.) R,r. amicorum *sed alius pueri* stud. emend. r. 18) id est *teretia* crura M (te*r*retia Halm.) R. teretia crura, om. id est, G. Henr. Steph. p. 164. *recta* crura rvafh. 19) rotund*us* MR2G(Q). edd. rotun*dum.*

ACRON. Ad inachiam meretricem dicolos A (Acr.). Summe libidinis mulierem repellit. dignam ait esse elephantis A (Hor.), ut K: Sum*ere* l. m. r. d. a. e. el*ef*antis, E qui addit: IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE genarius (sen.) epicus quadratus dactilicus epodicos. Hanc inscr. una cum metri notitia (conf. Vanderb.) hab. γ (dactili*cos* podicos) Bφ (dactilicos epodicos — HPb Harl. Bern. C etc. Utramque habent et Ambr. (dactylicos epodicos): Summae lib. mu. repellit *et* d. a. e. elephantis, et Fran. — dactilus epodicus — Summ*e* — repellit *et* d. a. e. el*ef*antis. In Gratidiam conuerso nomine r. Ode CXV. R.

24) *in*pudentem A. i*m*pud. R21G,rmv(ca impudentem, in). im*pot*entem fhQ. Argumentum

*nigris dign. barris.* Elephantis a barritu dictis; *nigris* autem certe Indis siue Mauris, qui nigri sunt (et peniti).

2. *munera quid m. quidue t.* Quid mihi, inquit, munera aut codicillos amatorios dirigis, dum libidini tuae nec sicut iuuenis sufficiam, nec foetoris tui nescius sim?

5. *polypus a gr.* Dicit, se nec putorem narium nec hircum ferre, quo illa laborabat. Ab hircorum enim foetore dicti sunt et olentes titilli.

6. *quam c. a. u. l. s.* Sagacitatem suam in inueniendo muliebrium membrorum putore cani comparauit feras quaerenti.

7. *uietis.* Marcidis, ut *Ter.* (Eun. IV, 4, 21): *uietus uetus ueternosus senex* siue [uietis] rugosis et uetustate confectis.

8. *pene sol.* Penem (pro inguine?) tam mulieris quam uiri posuit.

*soluto.* Id est, coitu finito.

10. 11. *humida.* Humefacta sudore.

11. *sterc. fuc. crocodili.* Hoc enim ad conseruandam cutem uel candorem faciendum mulieres uti dicebantur.

11. *iamq. subando.* Metaphora a sue, quae *subare* dicitur. Dum ergo cales, tu tanta libidine, ait, rumpis stratum, et in coitum properas.

nondum sanum esse puto. Inpotens *amoris* (Tac. H. IV, 44) alio sensu, dicebatur, *inpotens in* amorem alicuius, quantum scio, non dicebatur neque *inpatiens in amorem*, ut *frigidus in amorem* Verg. G. III, 9, 7. Inpotentem in amo*re* magis posset defendi loco Catulli: potens in amo*re*. Equidem scripserim: inpuden*ter euntem* in amorem suum. Itur in amorem, in rixam, in scelus. conf. *ruere* in amplexus Tac. H. I, 4. Mulier ista *inpatienter* atque inpudenter ibat in Horatii amorem (u. 9: *indomitam properae rabiem sedare*).

1) 2: *barri* proprie dicuntur elephan*tes* qui sunt in coitu fortissimi. et ista fortis in coitu erat. barr*h*itu cafh. rell. bar*ri*tu. dictis *aut certe* indis A2,r. dictis *aut certe* indis A2,r. dictis aut certe *nigris.* ind. mvcafh. Q: dictis. *nigris*, Indis. R: nigris aut*em* certe indis. recte. *et peniti* A. rell. om. 3) *cur*ue A Acr. *quid*ue A Hor. ut u. 5 polipus *aut* in lem. pol. ant in Hor. 4) libellos 2. rell. codicillos. *mittis et* dirigis 2. dirigitis 1. 5) nescius sim R1. nesc. *su*m 2. rell. nesc. sim. 6) polip*us* r, ut bED. alii ut Bφ pol*y*pus in contextu, ad marg. POLIPVS. — hirc*or*um AR21,rmvca. hirc*um* fhQ. glossa γ: *hircus.* veluti hircorum. 7) hirc. *falli* quo A2, rell. hirc. *ferre* qua. ab hirc. — ti'illi om. 2. tit*u*li G. ti*t*ili r. rell. tit*illi.* Aut *titilli* partes sunt *titillatae uoluptatis* (Auson. Epigr. 108) i. e. muliebria, loci muliebris siue cunnus Varr. L. L. IV, 3, aut ipsae *axillae* (Cic. or. 45) siue *alae* (Hor.) intellegendae sunt, conf. C. 2: *odoror* i. e. odoratu sentio. *polipus an grau.* i. grauis fetor. *hircus* i. hircinus fetor sit in *ma*xillis (l. axillis). Bφ: *yrcus* (in lem., *hyrc.* in Hor., *ir*cum A. P. 220). libidinosus. *in alis.* pro ascellis ubi maxime sudor et fetor libidinosorum comprehenditur. *hyrcus.* hyrcus apud poetas pro libidinoso ponitur eo quod sit petulcum animal. 8) *in* inu. AR,r(G?)Q. rell. om. *in.* 9) putor*em* A2,rvca. rell. puto*re.* 10) Vetus uietus A, fh. Vetus om. R1G,ca et v (viet*is* ueternosus siue rug.) Vetus uictus 2,r. uietus uetus Q. 11) senex om. 1G,v. seu fh. rell. siue. *uietis* fh. rell. om. rugos*us* r.—confect*us* 2,r. 13) *Soluto* om. R,vca. Id est om. R2,rvca. 14) Vmefacta A. rell. *hu.* 15) crocodi*ll*i A Acr. Bφ, Harl. Bern. AC crocod*ili* A Hor. Ambr. etc. croco*dr*illi b, ut KE. crocodr*ili* r. u. lib. meum de cod. Barc. p. 27. — conseruand*um* A2. 17) Metaf. A. ergo R2. *t*ales r. cale*t* ergo A. 18) *ait* tenta A (ex Hor.) quo seductus ne legas: *tenta* libidine a. r. *et* stratum. *ta*nta et *te*nta saepe confunduntur. uide infra XVI, 50 ubera *tenta,* ubi uet. Ambr.

13. *saeuis ag. f. u.* Tamquam eum non satisfacientem furori suo uerbis increpet.

14. *Inachia lang. min.* Verba Canidiae inducit [loquentem contra se].

15. *Inachiam t. n. p.* Aliam puellam nominat, de qua illam fatigare consueuerat.

*mollis.* Debilis.

*opus.* [Pro coitu] Coitum posuit [periphrastice, ut *Verg.*, cum de coitu boum loqueretur (G. III, 135): *Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus Sit genitali aruo*].

16. 17. *pereat male q. t. L.* Mala (isti?) Lesbiae inprecatur, quae [sibi] eum ostendit, dum illa ualidiorem quaereret taurum, hoc est, iuuenem satisfacientem.

18. *cum. m. Cous.* Nomen pueri de Coo ciuitate, cuius inguinis nimietatem arbori comparauit.

21. *muricibus Tyriis.* Afrae purpurae h. e. pretiosae, quod secundo fucabantur, ut (A. IV, 262): *Tyrioque ardebat murice laena.*

22. *cui properabantur.* Interrogatiue pronuntiandum [est].

23. *magis. q. d. m. s.* Tamquam quem propterea uestibus pretiosis ornaret, ut etiam ab alienis mulieribus amaretur.

## PORPHYRION.

*Quid t. u. m. u. d. barris.* In mulierem foedam atque anum haec scribit. *Barri* autem elephanti dicuntur, unde et uox eorum *barritus* appel-

pure t*a*nta et Bern. A cum corr. habet. Ex t*a*nta ortum est *ut.* Tu *ait* tanta R. libid. *ait* 2. rell. om. ait. *et* AR,2. coit*us* 2. proper*as* A2. rell. *ut* (ut *tu* in r) in coit*um* proper*es*.

1) uerbis om. R. 3) loq. contra se fh. rell. om. A in lem. habet inachiā (= am) languesc*it*, in Hor. inachiā langues. γ: uerba mulieris quae dicit. languidior apud me es quam apud inachiam. 4) ill*um* A,r. rell. illam. om. c. scholio addit 2: i. e fortior est in illa quam in me. Totum schol. tacite om. Q. 6) *mollis. otii mollis* et debilis γ. es debilis, lassus C. *Mollis.* deb. om. G. coit*um* posuit A2,r. rell. pr*o* *coitu.* periphr. — aruo om. A2. ob*tus.* libri. *auro* 1,v. *al*uo r. 10) Maulistriae lesb. (sic) A. Mala *ipsi* lesb. R. rell. Mala lesb. 11) sibi om. A2. quae*rit* 1. *hoc* A2 rell. id. 12) coitu potentem 2. rell. satisfacientem. 13) cous — coo A. uulgo *ch*ous — *ch*oo. 14) compar*auit* AR2,r. rell. compar*at.* 15) Af*rae* A,r. rell. Africae. conf. Plin. VII, 35: conchylia et purpuras. C. II, 16, 35: *bis Afro murice tinctae uestiunt lanae. Purpurae* non genitiu. sed nomin. pluralis est more interpretum positus. Non *murex purpurae* dicebatur. Plin. IX, 36 et XXI, 8 — purpur*as* Tyrias. conf. Porph. — *quod* ARr. rell. qu*ae*. 16) fuca*ba*tur A,r. fuscabantur 1. rell. fuca*ban*tur. qu*o* fucabantur *uestes* secundo ut 2. — *la*na R. 17) propera*bunt* r. properab*u*ntur 2, ut Ambr. *prae*parab*u*ntur E. — est om. A. est pron. R2,r. rell. pron. est. 18) qu*em* AR2. rell. quae. *prae*terea 1. *pre*terea r. 19) orna*ret.* A 21,r (qu*ae* — ornaret). rell. ornare*tur*. a mul. al. 2,r. Extremo scholio in 2 addita sunt haecce (u. 22): *tibi nempe.* scil. properabant. *quam te ego.* scil. diligerem. et quia multa bona contuli tibi et tu de me non curas. ergo possum dicere. dicere ego sum infelix quam tu fugis.

PORPH. 22) ba*r*ris et ba*r*ri MR2,rv. bar*h*is et bar*rhi* afh. — *atque* omn. libri. *et* anum inculc. Q. 23) elef. M.

latur. Porro autem elephanti dicuntur auersi coire; ex quo uidetur poeta dicere, cum eis eam concumbere debere, quia illam non uideant propter deformitatem ipsius. [*Nigris.* Deformibus].

3. *nec firmo iu.* Hoc est, nec ualido qui sufficere libidini tuae possit. *neque naris ob.* Hoc est, neque occlusae naris, ut possim putorem corporis tui ferre.

5. *polypus a gr. hirsutis c. h. i. a.* Polypus non in alis sed in naribus intellegendus.

7. *qui sudor u. et q. m. u. m. cr. odor.* Ordo est: Qui sudor crescit uietis membris? *Vieta* autem *membra* dicuntur ex necessitate contorta, ut *Terentius* (Eun. IV, 4, 21) ostendit: *uietus uetus ueternosus senex* [i. e. necessitate contortus.] *Malus undique membris.* Hoc iam pronuntiandum uel efferendum cum admiratione.

8. *cum pene s. ind. r. p. s.* Aspere, cum ex fastidio tui penis languet, tu tamen cupiens libidini tuae satisfacere, dum moueris, sudas delauasque cretam et stercus crocodili, quibus faciem fucare consuesti.

11. *iamq. subando t. e. t. r.* *Subare* proprie sues dicuntur, cum libidinantur; inde iam translatio est facta in caetera animalia. *Tenta* autem *cubilia* lectum dicit restibus siue fasciolis subtentum.

1) po. uid. 2(G?)Q. 2) cum his, om. eam, conc*u*bere debere R. conf. conc*u*bentis infra in Bφ ad u. 10 et conc*u*bam in M ad u. 13. qu*ia* MA,rv. rell. qu*i*. 3) *Nig.* deform. fh. rell. om. Fabricius utrum petiit ex codice? Vetus est glossa in γ et C obuia. 4) *nec* MR2G(Q). *non.* 5) nares (bis) M2,r. — ut poss*it*. corp. tui MRG(Q). rell. tui corp. 7) rell. *h*alis (bis) rv, ut supra C. I, 37, 16 A in loco Verg. 8) intelligend*um* rvafh. 9) *Qui* sudor M,2,rvafh, ut Ambr. cum glossa i. quatenus. Bern. KAC Par. Aγ (cum glossa: quam teter). R aliique uett. et recc. *quis sudor.* Bφ cum glossa *qualis.* Qui sudor crescit om. M. R: odor. Ordo — membris om. rvafh. 10) autem om. fh. membra om. rvafh. ut — contortus om. M Halm. (ui*ctos* — uetus om., teste Q p. XXXIII et: i. e. om. — necessitate contorta). 11) i. e. neces. cont. om. 2G. uietus (om. uetus) ueternosus senex necess. contortus rva. id est R, fh. 15) tu*o* 2. langu*it* RG(Q). 16) *cum* tamen 2. tu *tamen* MARG(Q), rell. tu *tantum.* — delauasque. MR2G(Q). delau*at*que v. *dilui*sque. afh. 17) *ceram* fh. rell. *cretam ce*ram rell. *cre*tam. cr*u*codil*ui* M Halm. (Q?). ster*core fucatus* croco*dilli* R. cocodrilli G. rell. croco*dili.* — consue*u*isti R1,rvfafh. consu*esti* MG(Q). sudas. *Iam manet humida creta*] *stercore phu*catus crocodilli. quibus *phu*care faciem consue*ui*sti r. ph*ri*care v. *Iam manet.* Solent mulieres *meret*rices ex creta i. cerussa (i. cerussa om. γ. conf. C. Ouid. med. 73. Plaut. Most. I, 3, 101. Plin. XXXIV, 18) et stercore croco*dilli* faciem linire ad pulchritudinem augmentandam (*augen*dam pu. γ). Dicit ergo tantae libidinis esse illam meretricem ut dum uellet exaciare (*cum* u. ex*sat*iare γ) ardorem libidinis suae (libidinem suam γ) in (om. γ) tanto gestu agitaret se ipsam ut prae sudore caderet creta et omnis compositio facie (fati*ei* γ) soluto (solut*io* γ) pene i. languescente iam in igne (inguine γ) concubentis (concu*m*b. γ). Est autem penis nomen tertiae declinationis. cuius ablatiuus est *pene.* *Inguen* hominis positum hic pro uirili membro. (me*n*b. γ). Sic Bφ et γ. Illi addunt: a quo uidetur d*i*riuari pedum quod signif. genitalia. γ habet: *falsus appositus.* quia stercus cocodrilli candori miscetur. 18) *quando* γ. rell. cum. 19) *U*nde fh. rell. *i*nde. *iam* et *est* om. rvafh. 20) fa*sciolis* MRA2,a. conf. C et Pulm. fasceolis G. fa*scinoli*s r. fa*si*olis v. fa*scios* fh. subtectum G. subte*n*ctum R. sub*tentat*um 2. rell. subt*en*tum. In γ glossa: *subando.* supra uirum sese eiciendo. scholion: *subare* proprie dicuntur sues *quando* libidinantur. hic autem *subando* supra uirum sese agitando. tamen a suibus ad omnia animalia tractum. conf. C. *cubilia.* loectum (lectum C) dicit

12. 13. *tectaque rumpit. Vel, mea cum saeuis ag. fastidia uerbis,* Vel illud (distrahit?) quale est, cum me quasi per blanditias corripit. quod fastidio cum ea concumbam inputans, quod excitatiorem Venerem cum Inachia amica quam cum ipsa agam.

16. 17. *pereat male quae te Lesb. quaerenti taurum monstr. inert.* Quae te inertem monstrauit *mihi quaerenti taurum. Taurum* autem pro ualido ac forti concubitu dixit.

18. *cum mihi Cous adesset Amyntas.* Hoc est: Cum non deesset mihi sagacissimi (lasciuissimi? ualidissimi?) adulescentis occasio.

21. *Muric. Tyr. it. uell. la.* Purpuram Tyriam significat, quae iterum i. e. bis tingi conchylio dicitur; unde hodieque *dibapha* appellatur.

23. *ne f. aequalis i. c. m. q. d. m. s. q. t.* Blanditur dicens (magno opere festinantius?) illi pretiosis purpuris uestem conficere, ut ex hoc inter contubernales eius probaret, quam ualde illum diligeret.

in*ten*tis finibus uel fas*ciolis* (lectum, om. dicit, in*tor*tis funibus, uel fasciolis *tentum* C). Iuenalis *cadurcum* appellat siue (et C) *institam. tecta* stragulis cooperta γ. conf. C. *tectaque.* coopertoria lectuli i. stragula. conf. C. *subando.* i. libidinando. tractum a suibus qui proprie subare dicuntur cum libidinantur Bφ.

1) Vel illud *eius* quale MRG. Vel illud *eras* rv. uel illud *ait* afhQ, qui addit: 'sed nondum haec sana sunt'. Pro *eius* — *erat* — *ait* legendum puto *distrahit*, ut hic sit sensus: Vel illud scil. *tentum cubile tectumque*, quale est, *rumpit* i. distrahit, excidit cum etc. 2) quasi om. M Halm. *Per blanditias* libri. recte. Suet. Ner. 34. exprobratione ista blandiebatur i. adlectabat. Eiusmodi crimina sunt *inlecebrae uoluptatis.* Cic. Sen. 12. Leg. I, 12. ad Diu. XV, 16. conf. Plin. XIV, 4: *desideria* etiam *in exprobratione* erant. 3) conc*u*bam M (Halm.), rv. rell. concu*m*bam. — imput*at* 2G. ex*er*citatiorem 2vafh. *excit*atiorem MRG,r. 5) Quae te inertem monstrauit RM. Halm. (Q?). rell. om. Quae — autem om. r, qui habet: *inertem. et* pro etc. 7) concubit*o* M (Q p. XXXIII) G. 8) am*i*ntas γb, ut E Fran. Bern. A etc. 9) sa*ga*cissimi M2G,vafh. sagacissi*ma* R,r. γ: *amintas.* cum mihi, om. *adesset, ga*cissimi (sic) ad*ho*lescentis occasio, quod uocab. ex *sa*gacissimi, non ex *lasciu*issimi deprauatum iudicabis. Mirus utique est librorum consensus; uix tamen *sagacissimum* tuearis Amyntam uel sagacitate *canis* (Cic. N. D. I, 31. Ouid. Hal. 76. Plaut. Curc. I, 2, 17), ut sit qui mulieres libidinosas *sagaciter odoratur*, Colum. VII, 12, escam. Rectius Bφ: *amyntas.* quidam iuuenis *fortissimus et praepotens ad hoc opus*, et C: iuuenis *robustus et potentia ualidus.* Quae cum ita sint, ad sensum scribas potius *fortiss.* siue *ualidissimi* (*taurus* Ouid. M. VII, 538), quam ut confugias cum Rittero (Q) ad editionis Med. lectionem *Salacissimi*, quae omnino quidem satis bona est, — mares enim, inprimis gallinacei, Colum. VIII, 2, 9, et ipse Juppiter a Lactantio I, 16 uocantur *sagacissimi*, sed hoc loco praeter tantam librorum auctoritatem respecienda etiam est Acronis explicatio u. 6: '*Sagacitatem suam in inueniendo muliebrium membrorum putore cani comparauit feras quaerenti.*' 10) significat MR2G(Q) om. rvafh. ting*i* conch. *dicitur* MR2G(Q). ting*it* conch. rv. ting*u*it*ur* conch. a. tingi*tur* conch. fh. 11) conchi*l*. M,fh. — hodieque M2G(Q). hodie *quoque* R. hodie rvafh. *dia*fus M (Halm.) diba*f*us R. *dipaph*us 2. διβαφας r. διφατας v. διβαφας a. diba*phas* fh. dibaphus G(Q). Scripsi diba*pha*, quod ad purpur*am*, non ad *muricem* pertinet, ut *dibapha Tyria* Plin. IX, 39 et purpur*as* Tyrias *dibaphasque* Plin. XXI, 8. Vestis ipsa bis tincta Romanis masculini generis erat, ut dibap*hum* Cic. ad Diu. II, 16 et sacerdotii dibap*ho* Cic. Att. II, 9. Conf. Porph. ad C. II, 16, 35, ubi uett. codd. secutus δίβαφον recepi. Ex eadem ratione et propter *hodieque* h. l. latinam formam *dibapha* posui. *Magnopere* festin*ans* libri. 13) contuberna*lem* M Halm. proba*ret* MAR2G(Q),r. probare*tur* vafh. 14) ualde MA2G(Q). rell. om.

# EPODOS XIII.

## ACRON.

*Horrida temp.* Hortatur amicos suos, ut pluuio aere, quo aliud facere nil possunt, laetitiae et poculis indulgeant.

1. *caelum.* Pro nubibus, ut (A. I, 133): *Iam caelum terramque meo sine numine uenti Miscere.*

*et imbres.* Ut (A. V, 693): *effusis imbribus atra Tempestas sine more furit.*

4. *dumq. uirent. g.* Pro hoc quod iuuentus uiret; et senectus arida ponitur, ut [de sene] (A. V, 432): *Genua labant* (*uastos quatit aeger anhelitus artus*], [et] de iuuene (A. V, 430): *Ille pedum melior motu* [*fretusque iuuenta*].

5. *obducta soluatur fronte senectus.* Laetitia [ex]tendatur frons obducta maerore.

ACRON. AD AMICOS iambicos dicolos. A Acr. Amicos hortatur ut uim (uiciū E) tempestatis de die discumbendo uitent et dum non sit impedimento senectus uoluptatibus uacent A Hor., ut K atque ER[a] qui manci sunt: uitent || om. et dum — uoluptatibus || uoluptatibus uacē (sic: uacem, om. R[a]) — et addunt: ad amicos *comicos* senarius epicus quadratus a (om. E) iambo in dacti*lon*. γ: Ad amicos sen. ep. quadr. *comico*[s] a iambo in dacti*lum*. Harl. Bφb: Ad amicos *comicos* sen. ep. qu. a (*ab* Harl. Bφ) iambo in d*actilum* b (dactilon Harl. Bφ) Harl. Bφ et P, qui addit: scda eleḡ. Ad amicos sen. ep. qu. comicos ab iambo in dac*tylon*. Amicos hort. ut uim temp. de die dis*cit* bend? (1 m. expu.) uitent — uacent. Ambr. Amicos hortatur — uacent. Senarius ep. qu. comicos a iambo in dacti*lum*. Fran. Ad amicos *comicos* Bern. C etc. Ode CXV. R.

6) *nil* A. conf. γ. rell. *non*. poss*u*nt omn. libri, ut saepius. Hoc uoluit ergo: quo homines nihil agunt, nihil facere possunt. Conf. Porph., qui habet: agi po*ssit*. saepius. possint Q. γ: In hac ode hortatur sodales (ut? aliter C: Hortatur *lepidos suos* sodales ad conuiuium, nacta ex hoc occasione, *quod* pluuio caelo tempestuosus sit aer, *quo nihil aliud* agi possit) in pluuio celo ad conuiuium se cedant qui ad (l. secedant qu*ia*) aliud *nihil* agi possit. Bφ: Hac ode hortatur contubernales suos, quoniam caelum pluuiosum *erat* nec po*terant aliud* (a aliud φ) *operis* agere. ut in conuiuium se*cederent*. *Caelum* autem pro nubibus accipe Bφ. *licen*tiae m. 7) schol. om. A. in R2 sequenti postpo. est. 8) numine uenti Miscere 2G(Q)vma. numine uenti R. numine, om. uenti Misc. rfh. conf. Donat. ad Ter. Ad. V, 3, 4., cui locum nostrum Acronis adde ap. Ribbeck. 9) atr*is* R21G,mvca. at*ra* A,rfh, ut libri Verg. Post hoc schol. habet 2: *contraxit*. densauit (Bφ: in unum coegit ac per hoc densum fecit). *iouem*. aerem (Bφ: i. aerem). *occasionem*. i. e. aliquam partem de isto die i. e. *aliquam spem bonam*. γ: opportunitatem partem aliquam de die sumamus ad epulas et conuiuia. 11) *Pro hoc quod* A2R (om. pro), r. hoc est *quod* mv. rell. hoc est *quando*. 12) ponitur A2. *d*eponitur R,rvfh. deponatur ca. *opp*onitur (G?) inculc. Q dicens: *deponitur* libri. de sene om. AR21 (*ut de sene* om.), rmvca. γ: *genua*. i. dum *adholes*centes sumus. (conf. C.) *et decet*. quia decet. lasciua ad*h*olescentia (sic) decent epule. Bφ: *uirent*. per uirtutem. *genua*. nostra. uastos — artus om. A2,r. 13) *et* tacite inculc. Q. om. omn. libri. — fretusque iuuenta om. A2,r. 15) tendatur AR21,rmvca. *ex*tendatur fhQ. Si sententia illa per indicatiuum modum enuntiata est ab interprete, proposuerim: laetitiā te*n*uatur frons obducta maerore. Seneca N. Q. V, 3: sol matutinum *aera spissum* ortu

6. *tu uina Torquato.* Eo consule uina reposita proferri iubet, quo ipse natus est, Manlio Torquato.

7. *deus haec f. b. r. i. s. u.* Si qua minus laeta sunt, aut quae sollicitudinem moueant, de deo speranda dicit, ut in melius mutentur, dummodo laetitiae non praetermittatur occasio.

8. *Achaemenio.* Persico.

9. *et fide Cyllenea.* Lyra [aut chorda], quam traditur Mercurius inuenisse, qua accepta ab eo, Amphion cantu dicitur muros fecisse Thebanos.

11. *Nobilis ut grandi cecinit Centaur. alu.* *Nobilem* [autem] Chironem dicit, cuius umbram (uerba?) ponit Achilli praedicentem (praedicentia?) fata sua, ut *Juu.* (VII, 210): *iam grandis Achillis Cantabat patriis in montibus.*

13. 14. *Assaraci tellus.* Assaracus, auus Anchisae, a quo et Troiani. *Tellus* enim, in qua sepeliendus erat (, Troia?).

suo *tenuat.* Juu. XIII, 215: *densissima ruga* cogitur in frontem. Cod. 2 scholio addit: i. e. reuocatur omnis dolor. R: *scilicet* letitia tend, fr. obd. merore (merore A). γ: *Obducta.* seuera. tristis. quasi clausa. unde et clausas cicatrices *obductas* dicimus. sicut *uirgil.* (A. X, 64): *et obductum uerbis uulgare dolorem.* Al. (sic). Seuera fronte ac per hoc in rugas contracta (sic et C) ut rusticitas senectutis absceda (sic). *senectus.* tristitia quae rugat frontem. conf. C (*con*rugat). Bφ: *obducta* i. rugata ac perseuera et tristi.

1) *Eo* AR1G,rmv. om. cafhQ. *Eo consule* om. 2. *com*posita 2. ma*ll*io torq. A,fh. *consule* ma*n*lio 21. rell. manlio torquato. 2 ad u. 7: *caetera*: i. de tempestate. rell. om. Bφ: *caetera.* ad conuiuium non pertinentia. C: *cet. mitte loqui.* de aliis rebus ad conuiuia nihil pertinentibus ne sis sollicitus. γ: *cetera mitte.* de ceteris nil cures i. de aliis rebus. 3) i. si. A,r. si qu*a* AR21(G?), rmvQ. si qu*ae* cafh. — *aut* quae AR21,r. rell. *ut* quae. 5) *praeter*mittatur AR21(G?),rmveaQ. *prae*mittatur fh. Q: praemitt. libri. i. "nos lenissima coniectura correximus codicis scripturam" conf. Porph. ad argum. huius epodi. Sic ergo referendum, sic emendandum est, sic lenissime corrigitur. 6) De nardo conf. C. II, 11, 16. Ach*a*men*io*, persico. nam primum persae inuenerunt usum nardi. γ. 7) c*i*ll. A in lemm., cellenia, al. c*i*llenia 1 m. A. Hor. cillen///a cum rasura (i mut. in e) E Ambr. b. Cyllenea fh ut K. al. ut Harl. Bφ cylle*na* (in B corr.) etc. Cyllen*ia* rmvca. co*r*da AR,r. l*i*ra *a* corda A (non ā) R. lyra chorda 1,mvca. lyr*ae* corda r. lyra *aut* chorda fhQ. *lyra quam* 2. *lira quam* mercurius inuenit. *fidis* enim lira est aperte (a parte) totum γ. Sic scribe: *fide.* chorda s. lyra, quam etc. Bφ: CYLLENA FIDE. *mercuriali* corda id est lira quam mercurius *ad*inuenit. C: lyra Mercuriali, quam Mercurius inuenit. *fide.* chorda, a parte totum. 8) cantu di. mur. fec. AR1,rmveafh. tacite mut. Q. cantu mu. fe. dicitur (G?). 9) cecinit grandi K Ambr. M Porph. cod. S.tae Genou. Paris. Y, 2. saec. XIV et duo. Harll. 3754 uterque ad saec. XV pertin. rell. grandi cecinit. autem (fhQ) om. AR21,rmvea. Hic alteram partem: .*Nobilem* — *sua* ante locum Juuenalis posuit. 10) cuius *mem*bra po. ach. praedicen*tia* 2. cuius ūba p. a. praedicent*ia* A. *cum* umbram R. rell. *cuius* umbram. Quid *umbra* sibi uelit Chironis h. l. non uideo: *uerba* eius ponenda sunt. Vestigiis codicum insistens scribe: cuius *uerba* ponit Achilli praedicen*tia* fata sua. γ: in*uicte.* uerba chironis apud achillem discipulum. *nate* p*uer thetide.* Verba sunt centauri quia achillem et esculapium nutriuit. Bφ: uerba centauri ad achi*lem.* *Centaurus.* chironem centaurum significat nutritorem achillis cui ipse praedixit a troia non reuersurum, ac per hoc uino cantuque ipsum achillem in troia resoluere. conf. Pind. P. VI, 19. Pausan. III, 18, 7. Boettiger. Vasengem. III, 144—147. Gerhard. Vasengem. III, 188. 227. 11) achill*es* R2,rmveafh. 13) auus *priami* (om. assaracus) A,r. (assar*i*ci in lemm.). ut γ. 2: Assaracus fuit *priami* auus. Achilles in *aqua* sepel. erat. *Assaraci tellus.* *Assaracus* auus Priami fh. *assaraci* auus *anchisae*

*Findunt Sc. fl.* *Scamander* fluuius Europam ab Asia diuidere dicitur, ideo posuit *findunt*.

*lubricus et Sim.* Fluuius *lubricus* sanguine Troianorum, ut (A. I, 100): *ubi tot Simois correpta sub undis Scuta uirum* [*galeas et fortia corpora uoluit*]. siue pro natura aquae lubricus.

15. *certo subte(g)mine Parcae.* Ut (*Lucan.* III, 19): *rumpunt stamina Parcae.*

16. *caerula.* Nomen a colore maris i. e. marina, ut (*Ouid.* Her. IX, 14): *Caeruleus Nereus.*

18. *aegrimoniae.* Aegritudinis (s. tristitiae?) animi.

## PORPHYRION.

*Horr. t. cael. c. e. i.* Hortatur contubernales, ut, quoniam caelum pluuium, nec (aliud?) quicquam agi possit, in conuiuium secedant. *Caelum*

R. rell. *assaraci. assaracus* auus *anchisae.* Adi Apollod. III, 12, 2. Hom. Il. XX, 234. Verg. A. IX, 643. Ouid. F. 34 et 943. Bφ: Assaracus pater fuit *capis.* capis anchisae. anchises aeneae. per nobilem ergo familiam patriam significat. conf. C: *Assar. tellus.* i. e. Troia. Assaracus fuit pater *Capydis*, Capys autem Anchisae, per n. e. f. *intelligit* patriam. Bφ glossa: *assar. tell.* Troia. — Tellus *enim* in qua A,r. rell. om. *enim.*

1) Scam. fluu. Eur. ab. As. diu. dic*i*tur A1,rmvca. Scam. fluu. *troianorum* eur. — dic*i*tur R. Scam. fluu. *prope ilium qui* Asiam ab europa diu. dic*i*tur 2. Scam. fl. *est, qui cum* Eu. ab As. diu. dic*a*tur fh. Scam. fl. *cum* — dic*a*tur Q. γ glossa: *Scamandri.* fluuius est. C. *Scamander* aliter dictus Xanthus, et *Simois*, fluuii Troiani ex Ida monte defluentes. 3) Fluu. troi. ut —uoluit 1G,mvca. ut — uoluit R. *Lubr. et Simois*] *Vel sanguine* Troianorum, ut — uoluit fh. *Vel* ortum ex l. = lubricus. *Simois* fluuius. *lubricus.* discurrens 2. 5) siue -- lubricus om. 1. lubricus *ait* R. 6) subte///mine A (rasura). sub *tegmine* R2,rfh, ut M Porph. DI. Bern. A. *subteg*mine ca, ut Cod. Thevenot. ap. Suringar. p. 173, et P (G?) H (g a m. 2). sub*tem*ine omn. fere uett. codd. Horatii, ut Ouid. M. VI, 55. Catull. 64 ter. Nemesian. Cyn. 311. Tyrio subtemine Stat. Th. VII, 656 et Tib. IV, 1, 12. Plin. XI, 24: tereti filo deducit stamina — circinato orbe sub*teg*mina adnectens. Sic Verg. A. III, 483 Seruius et cod. M ap. Ribb. habent: fert picturatas auri *subtegmine* uestes. conf. Val. Fl. VI, 227: croceo subtemine uestes, et Tib. illo loco: Tyrio sub*tem*ine uestem. *certo stamine*, om. *sub*, mv (ex loco Lucani deprau.). R om. loc. Lucani. rum*punt* omn. libri Acr. nullus *rumpentes.* γ: '*subtemine parcae.* quia certa sunt stamina fatorum. *Virgilius* (A. X, 814): extremaque lauso (om. *Parcae*) fila legunt. *omnino tale est*! conf. supra ad C. II, 3, 16. C: *subtemine. filo, quod stamini intexitur*, quia certa sunt fatorum stamina, ut Virg. *ext. Lauso Fila legunt Parcae* (*Parcae fila legunt.* ap. Verg.). 8) nomen om. 2. 10) *ae*grim. Aγb,cafh, ut omn. fere uett. codd. Horatii. *egrim.* mv, ut pauci codd. Hor. e. c. Bern. C. *Acri*moniae r. — animi om. 12, qui habet: aegritudinis *et moestitiae.* vulg. lectio: *animi uel* aegritudinis rmv (egr.) ca. aegritudinis animi fh *aegrimoniae.* tristitiae. *aegrimonia* est *animi tristitia. acri*monia uigor est animi. C. conf. Cic. Verr. Act. I, 17: patris *uim et acrimoniam. aegri*monia infra Epod. XVII, 73. Cic. Att. XII, 38. *Aegrotatio* animi (Tusc. IV, 37) et mentis (ibid. III, 4) dicebatur, non, quantum scimus, ae*gritudo animi.* Hinc leg. puto: aegritudinis *s. tristitiae* animi. γ: *deformis.* quia tristitia deform*is* facit.

PORPH. 14) con*uiuas* R. rell. contub. — Vide ad Acr. lectiones. Bφ: nec *poterant aliud operis agere*, et γC: *aliud nihil* (nihil aliud) *agi possit.* nec quicquam R2 et Q qui h. l. ridicule gloriatur: 'Nos lenissima coniectura correximus codicis script.' *ne*quicquam MG. nequi*t*quam rv. quoniam ip*so* coe*lo* plu*uio nequeant aliud agere* afh. rell. quoniam cae*lum* (M,rv. ce*lum* R2)

autem pro nubibus accipe, et *contraxit:* in unum coegit, ac per hoc densas (tempestates?) fecit intellegendum.

1. 2. *et imbr. niuesque dedu. Iou.* Suauiter, quasi cum imbribus ad terras Iuppiter descendat.

3. 4. *rapiamus amici occasionem de die.* Utrum *occasionem*, quae de die pluuio incidit, an ut conuiuia de die duc[eb]antur a primo mane coepta?

5. *obd. s. f. s.* Obducta i. e. in rugas contracta, ac per hoc seuera et tristis. Sic ergo [et] *senectutem* pro grauitate ac seueritate accipe.

6. *tu uina T. m. c. p. m.* Praecipit, uina proferri Manlio Torquato consule defusa, quo anno ipse natus sit, quod et alibi amphoram adloquens ostendit dicens (C. III, 21, 1): *O nata mecum Consule Manlio.* Ad hoc ergo pertinet, quod dicit: *Torquato meo.*

7. *deus haec f. b. r. i. s. u.* Sensus est: Haec [quoque], de quibus sollicitus es, fortasse benignus restituet tibi deus, qui uices rebus humanis constituit.

9. *et fide Cyllenea.* Id est, chorda, quam Mercurius inuenit, ac per hoc lyra.

11. *nobilis ut cecinit grandi Cent. alumno.* Chiro scilicet centaurus. *alumno* i. e. Achilli.

15. *unde tibi r. c. s. t. p.* Tale est et illud (A. X, 814): *extremaque Lauso Parcae fila legunt.*

pluu*ium*. Scribendum puto: *nec aliud quidquam* agi possit. Notum autem est, nomina *nequidquam* et *nec quidquam* s. *quicquam* atque aduerbia *nequicquam* et *nequiquam* saepius confundi in codicibus, ut supra diximus. conf. Wagner. p. 459.

1) den*sa* MR2G,rv. den*sas* afhQ. γ: *Caelum* hic pro nubibus accipiendum. *contraxit* in unum coegit. ac per hoc *densas tempestates effecit* (= C), ut (Verg. A. V, 20): *atque in nubibus* (nub*is*? nub*em* Verg.) *cogitur ager* (aer). nube*s* Isidor. de N. R. 22. Pro *densa fecit* scribe *densauit.* Lucan. IV, 76: nubes. Quintil. V, 9. tenebrae Verg. G. I, 248. 3) Hoc sch. Q adsign. Acroni. 6) *a*ccidit 2. Acr. *du*cebantur 2G(Q). d*i*cebantur M (Halm.) R,rvafh. — Scribendum est duc*an*tur. *occasionem.* s. conuiuii quia pluu*ius* est. *de die.* isto Bφ. 8) *sae*uera M. *ac* tristis vafh. rell. *et.* rv: contracta ac torquato moue consule per hoc Seneca (sic) tristis s. *ego* senectutem (*Seuera ac* tristis. Sic ergo et sen. v). *ac* tristis vafh. 9) *et* om. R,r. 10) prec*i*pit r. pr*aeci*pit vafh. rell. praecepit. proferre rvafh. rell. proferr*i*. Ma*ll*io ter M,fh. Ma*ll*io et bis ma*n*lio R. ma*n*lio et bis ma*ll*io r. ma*n*lio ter 2,va (G?Q). 11) *de*fusa codd. *dif*fusa edd. — am*fo. et* loq. M (Halm. am*ph.* adl. Q p. XXXIII). alloq. amph. 2G (adl. Q). rell. amph. alloq. 14) quoque afh. rell. om. M duobus sequentibus Scholiis postposuit. 15) *uices* om. R,r. corda M. m. s. ut uett. codd. Horatii fere omnes. 18) lyr*a* M2G(Q),r. ly*ram* R,va. ly*ram signat* fh. 19) *cecinit grandi* M,rva. conf. Acr. vulgo: *grandi cecinit* (Q?). γ: *alumno.* chiron achilli. Bφ, C: achilli *quem nutriebat.* va: id est achilli, rell. om. id est. totam. gl. om. r. Plenius M (Halm., negl. Q. l. l.): *Chiro scilicet Centaurus. alumno id est* achilli. Iam Ascensius (a) habet scholion: Chi*ron* — Achilli, et Fabricius (fh) sic: C*entaurus.* Chiron scilicet. *Alumno.* Achilli tacite om. Q. 22) lau*s* parce fil*ia* legunt M (Halm.) laus o parcae f. l. R. rv: extrem*a et aliis o* parce fila legunt. ex*traque lauro* 2. conf. Acr.

16. *nec mater d. caerula te reuehet.* Per matrem Thetidem || atque ex hoc metonymicos || mare intellegamus.

# EPODOS XIV.

## ACRON.

*Mollis inertia cur.* Dicit ita se inertia et obliuione oppressum, tamquam Lethaeum sumpserit poculum.

3—5. *pocula Lethaeos ut si ducentia somnos ar. f. tr.* *Lethaeos,* [obliuiosos,] ut (A. VI, 714): *Lethaei ad fluminis undam Securos latices et longa obliuia potant.*

*fauce tr.* Biberim.

5. *candide.* Pure, simplex, ut (*Verg.* E. V, 56): *Candidus insuetum miratur limen Olympi.*

6. *Deus.* Amor.

1) Per matrem thetidem libri omnes. recte; locutio enim est sermoni Porphyrionis consentanea. Q uncis incl. *per* atque ex ingenio proposuit: *pro* ma*tre* Theti*de* ac per *hanc* etc. atque *ex hoc* MR,rva. atque ex h*ac* fh. *ac per* hoc 2G(Q). γ: matrem thetidem *dicit* quidem sed peream (l. per eam) metonimicos mare. vult intellegi quasi a nimpha q̄m (quoniam) nauigauit ad troiam sed inde renauigare non meruit. conf. C: *Thetide.* nympha et dea maris. *mater caerula.* Thetis mater marina, *per quam* uult intellegi metonymicos ipsum mare. Equidem arbitror uerba *atque ex hoc metonymicos* non per parenthesin interponenda, sed extremo scholio conlocanda esse. nam *metonymicos* subinde dicitur absolute. u. 17. *illic.* in troia Ambr. γBφ. u. 17. *dulcibus alloq.* famili*arum* sermonibus id est sermonibus amicorum debes soluere quicquid tibi imminet tristitiae. conf. C: familiar*i*um sermonibus et amicorum communicationibus debes *dis*soluere quicquid etc.

ACRON. Ad mecenatem dicolos A Acr. Mecenati excusat desidiam suam et obiurgat (obiur*gasse* K. obiurgantem se E) se quod non consummauit (consummau*ere* E) iambica opera amoribus auocatus. (auoca*tis* K. *uacari causatur* E) A Hor. KE, qui adiungit haecce: AD MECENATEM. senarius epicus binarius iambicus epodicos, ut Harl. γ (iambic*os* ep.) b. Bφ: senarius — epodicos *ad mecenatem.* Bern. C: Ad mecenatem. excusat desideria sua. Ode CXVII. R.

7) Acro caret argumento. Cuius loco aut inscriptio codicis A ponenda est, aut ex γ qui et Porphyrionis argumentum habet, prius: Increpat horatium mecenas frequenter quod tarde finiebat librum epodon. Plane aliter C. Dicit *ita* se A. rell. om. ita. - - obpr. A. 8) Letheum A,rmv. l*ae*theos BφP. l*oe*theos b. letheos b. letheos AH Fran. Bern. C. rell. lethaeos. *ueluti* RHI. *uti* b Harl. Fran. BφDQ. Bern. AC (M Porph. caret scholio). *uti si* (si a 2 m.) P. *ut si* AγR2, rmvcafh, ut KE Ambr. etc. ducen*tia* omn. libri, non ducen*ta*, ut olim Sam. Gotth. *Lange* pastor Laublinginsis (conf. *Lessing.* Opp. 1841 Vol. III p. 104 ep. 24) legit uertens: Als hätte ich mit dürrem Schlund *zweihundertmal* des ew'gen Schlafes Becher durstig getrunken, et nuper *Walkenaer* (Vie d'Horace Voll. 2 Paris. 1842), cuius rei nuntium *Alex. Humboldt.* Vir Summus, pro humanitate sua mihi transmisit una cum ephemeridibus publicis (Journal des debats 7 juin 1842) precans: 'schicken Sie mir solche - nicht zurück.' *ducentia.* adducentia. adferentia. γ. 9) Leth. obliuiosos (fhQ) om. AR21G,mvca. *ut* leth. obl. om. r. Glossam *obliuiosos* habent Bφ. aliique codd. Horatii. 13) scholio addunt R1 ut: Candidus insuetum miratur limen olimpi (mir*an*tur — lumen R). rell. om. conf. Epod. III, 10. Seru. E. II, 46. VII, 5. *Candide.* bene (bone C). pure γ. 15) Deus. Amor AR21γ,r. rell. om. *Deus* i. apollo autor carminis Bφ. scholion in Bφ: Reddit

8. *ad umb. add.* Ad perfectionem, ad finem.

9. *arsisse.* Amasse, ut (B. II, 1): *Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.*

*Bathyllo.* Bathyllus Pantomimus fuit, de quo *Iuu.* (VI, 63): *molli saltante Bathyllo.*

10. *Anacreonta Teium.* Poetam a Teia (oriundum?).

11.. *qui persaepe caua testud. fleu. amorem non el. ad ped.* Qui praeter metrum amorem suum flebiliter cantauerit.

13. *ureris i. m.* Aut *ualde* dixit, aut *misere*, consolandi causa, tamquam qui frui amata non posset. Quod de Terentia, quae eius erat, significari non potuit, et de patrono incongrue dicebatur (diceretur?).

*quod si non pulchrior.* [Id est,] non melior quam (quam quae?) te, ait, urit, Maecenas. Quod gratificans dicit Terentiae, quam amauit Maecenas.

horatius causam quare a carminibus cesset dicens se *ab apolline prohibitum.* ni illa usque *ad umbilicum pro*duceret i. usque ad finem. Dicit enim naturaliter *umbilicum* ponens pro fine quia umbilicus in medio corpore existens et superioris et inferioris partis corporis et hinc inde finis est (!). Multo rectius C in longiore scholio et γ Ambr.: *ad umbilicum.* ad perfectionem. ad finem libri (ubi *cornua* sunt? conf. Tib. III, I, 13. Ouid. T. I, 1, 8. Martial. XI, 108, 1), *quibus* ex osse solet umbilicus affigi. conf. Porph. *umbilicus* pro fine et consummatione Bφ. In rmvca glossa *arsisse amasse* posita est. 4) *Bathyllo* scripsi cum KE aliisque et cum r quae om. bathyllo in lemm. atque in scholio bat*hy*llus et bath*i*llo habet. Nomen hoc graecum nouimus ex Max. Tyr. 24. p. 481 (R.), ubi Anacreon amasse et laudasse traditur praeter ᾄσματα Σμέρδιος Κόμης καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας Parthen. 7. Statua eius descripta est ab Apuleio Flor. II, 45 p. 54. Oudend. atque imago eius in vase Anacreontis esse dicitur a. S. Birch. in Archaeol. Brit. T. XXXI p. 257, ut conspiciebatur in tumulo Anacreontis. adi Antip. Sid. Anth. Pal. I p. 315. conf. Orell. ad h. l. In libris scribitur et ba*th*illo A Barc. Ambr. Bern. A. ba*ty*llo γ Fr*an*. B, ca. et ba*ti*llo Harl. φD,mv (non Ba*th*yllo, ut ref. Q. habet in lemmate: 'a. b.' et in scholio ba*ti*llus et ba*ti*llo) fhQ. Hic in Acr. recepit Ba*ti*llo, in Porph. Ba*thy*llo. bac*hy*llo. G. conf M (Porph.) qui, Halmio teste, in lemmate *achyl*lo in scholio bac*hy*llo habet. *batyllo.* Nomen pueri. notandum ar*i*sisse bat*i*llo. non ba*tillum* γ. conf. longius schol. ap. C: Nomen est pueri adamati abAnacr. etc. In loco Verg. omn. libri Acr. habent for*mos*um, non form*ons*.

6) poetam *de* teia A. anacr. *th*eium. a the*gio* poetam r. rell. edd. a teia (siue Teia) poetam. R: a teia poetam. teia pro teg. a. γ: *teium.* a ciuitate ut alibi (C I, 17, 18): *et fide teia.* C: a loco et ciuitate, unde fuit oriundus, ut etc. Bφ: a loco ubi natus est anacreon. 2: *Anacreonta* qui teius. quod oppidum est phrygiae. 7) *propter* metrum R1. *per* met. cafhQ(G?). *praeter* metrum. A2,rv (negl. Q) recte, ut *praeter consuetudinem*, *naturam* Cic. Diu. II, 28. praeter modum Cic. Tusc. V, 36. praeter morem Ter. Andr. V, 3, 8. Et enim uerbis *praeter metrum* explicatur uersus 12: *non elaboratum ad pedem.* Hinc amplificaui lemma. Sensus plane exponitur in γ: dicitur amore batilli anacreon sepe carmina *sine pedum lege* fecisse. uel quia anacreon amorem suum scripsit *non perfecto pede sed modulatione.* C: *elaboratum.* perfectum, perductum. γ: *elab.* perductum. *pedem* finem 2φC. 9) Mise*re* posui cum A21,rmv (ut antecedentem lectionem *praeter*, sic hanc negl. Q) pro *miser* (Hor.), quod post Curionem et Ascensium Fabricius (fh) introduxit, quem Q secutus est, cui 'altera pars *quod* — *dicebatur* non liquet et fort. ex Porph. scholio male conflata' uidetur. Quod iterum dolemus; clara enim omnia sunt, atque Acron alia aliisque plane uerbis profert. 10) quod *aut lae*terentia (sic) A. tamquam frui, om. qui r. posset quae, om. *quod de Terentia*, R21,rmvca. quod de Terentia fhQ(G?). 11) dice*ban*tur 1,rmv. rell. dice*ba*tur. *non* congrue 1, non om. 2. *ipse miser hic misere* aut ualde R. 12) Id

14. *obsessam Ilion.* Ad Helenam refert.

15. 16. *me lib. n. u. c. Ph. m.* Libertinam se amare Phrynen adfirmat, quae, licet uiro non sit uno contenta, turpitudinem tamen eius se fatetur ferre pro amore.

## PORPHYRION.

*Mollis inertia c. t. diff. i. o. s.* Ad Maecenatem loquitur. Significat, illum frequenter de se quaerere, cur neglegat carmina scribere. Deinde quasi interrogationes eius uolens effugere amorem causatur.

7. 8. *inceptos olim pron. carmen iambos ad umbilicum adducere.* Σχῆμα ἐπεξήγησις. *Iambos*, carmen. Utrum *olim promissum*, an *olim inceptos*, ambiguum est. *Ad umbilicum adducere* pro *finire et consummare* posuit, quia in fine libri umbilici ex ligno aut osse solent poni.

6. 10. *non aliter Samio d. arsisse Bathyllo Ancr. Teium.* Adtende, per

st om. AR2,r. quam te *ait* urit AR2. quam te *an* urit rv. quam te *aut* urit r. *quod s. n. puch. ignis.*] *Urit* obsessam Ilion. non melior quam te *ait* urit R. quam te *iam* urit cafhQ(G?). Bφ: i. si non fuerit helena quae fuit causa incendii et obsessionis troiae speciosior quam terentia. satis potes uti illa per sortem tibi adeptam. γ: *ureris.* a terentia (in? conf. Ouid. M. VII, 22) quam uris. *ilion.* i. si non fuit pulchrior helena hae, quam tu diligis. gloriare. terentiam enim amauit mecenas. Aut scribe: quam *quae* te, ait, urit, Maecenas (conf. C. I, 19, 5: *Urit me Glycerae nitor.* Virg. E. VIII, 83: *Daphnis me malus urit*), aut, quod simplicius est quam *ait* uerbum interpositum: quam *quae* te a. (= *accendit*) i. e. urit, Macaenas. conf. C: *pulch. ignis accendit.* id est, si Helena quae fuit *caussa incendii et subuersionis Troiae*, non fuit speciosior quam Terentia, quam deperis, illâ utere, et gaude fato tuo, quo nactus es puellam tam pulchram. Mire autem dicit *ureris*, deinde *ignis*: alterum propter amorem qui exurit, amanteis; alterum propter incendium Troiae.

1) op̄ssam E. opp̄sam A in lemmate, *obsessam*] opsessam A in Hor. obsess*um* fh. rell. ob*sessam*, ut omnes fere codd. Horatii. 2) ph*yr*ne — ph*yr*nem rva. *fr*ine 2. rell. *phry*ne.

PORPH. Signifi*cans* vafh. *sensiens* (sic) r. rell. signifi*cat.* 8) qu*eri* G(Q). qu*ae*rere (querere rv) uulg. lectio. recte. Namque et *de homine quaerere* sollemnis elocutio est i. e. sollicite, quasi per tormenta, quaerere. Cic. Deiot. 1. Mil. 22. Ouid. P. IV, 3, 18. *occidis saepe rogando.* crucias me BφC. *rogando.* interrogando me obtundis C. interroganda *dicit* Ambr. et γ qui addit: ut terentius (And. I, 1, 97): *quae sit rogo.* Bφ: interrogando. 11) σχημα εφεξησις M Halm. (σ. εφεξηγησις Q). His gr. uerbis lacuna relicta est in 2G et R, qui habet: *Inceptos — iambos*] Ad umbil. adducere pro finire . . . . . . . . . iambos. utrum etc. Hanc lacunam uoce ἐφεξηγησις explenit Q p. XXXIII dicens: 'ergo ex parte recte suspicatus sum in adnot. critica,' in qua adtulit haec: a. u. add. in lem. om. Fabr. sed post *ambiguum est* eadem pro nouo lemmate addit. quam ante *iambos* signaui lacunam et cod. habet; fortasse scriptum fuit sic: 'Επεξήγησις *iambos carmen*; utrum etc. an: 'Επεξ. *nam iambi sunt carmen.*' Desideramus autem notitiam lectionum in vf. Σχ. ἐπεξ. om. rvafh. *iambos* carmen om. va et fh, qui habent: Inc*oe*ptos, ol. pr. carmen. Iambos] *Ad iam — Iambos utrum carmen* olim etc. *Ad* ex u. 8, quem inferius bis, i. e. in lemmate et in scholio, Fabricius (fh) posuit. 11) olim *ac*ceptos R. in ceptos 2. 12) *ac* consummare 2. poni solent R. 14) al*io* Samio M. rell. ali*ter* Sam. ba*thy*llo A,rQ. *ach*yllo et ba*ch*yllo M Halm. conf. Q p. XXXIV. ba*chy*llo G. ba*thy*llo v. ba*ty*llo a. batillo R2,fh. conf. Acr.

ablatiuum dictum *arsisse Bathyllo*, cum [et] hoc saepe (semel?) *Vergilius* per accusatiuum dixerit: *Formonsum pastor Corydon ardebat Alexin.*

12. *non elab. ad pedem.* Hoc ideo, quia, ut supra ostendimus, lyrici poetae, prout libet, cuiusque uersus sibi fingunt (pedem?).

13. *ureris ipse miser.* Maecenati hoc dicit, quia et ipse Terentiam dilexit, cuius et supra sic meminit (Epod. III, 21): *Manum puella sauio opponat tuo Extrema et in sponda cubet.*

11—15. *amorem — Quod si non pulch. ignis Accendit obsessam Ilion Gaude sorte tua.* In honorem Maecenatis gratificatur laudem Terentiae, Helenae eam comparans. Hoc autem ait: Si non fuit Helena speciosior, iucunda haec miseria est. Et — *accendit Ilion.* Ad (At?) *amorem* magis pertinet ad ignem, quod Troia cremata est, nec inmerito dicitur, quia ipse amor *ignis* solet dici.

1) et *his* MR. et *hiis* r, qui post prius *bathyllo* om. Adtende — bathyllo. rell. et *hoc.* omiserim *et*, particulam a nostro loco alienam. *Ardere* cum accusatiuo *semel* tantum, quantum scio, a Vergilio dicitur. Hinc notabilis est lectio in r: per ακουσιαν, quae uox ne soni suauitatem significare possit uereor. per *hanc causam* R. rell. per *accusatiuum.* γBφC nihil ad em. locum contribuunt. 2) form*ons*um M, ut in loco Lucilii *a*d schol. S. I, 3, 125; for*monsus*; cf. IV, 13. 3: for*monsa.* et Epod. II, 29: for*mosissimus.* rell. for*mo*sum. — alex*in* MR2 ut Prisciani exempl. edd. (in a: f. p. c. a. a.) et uett. libri Verg. alexi*m.* conf. IV, 9, 13 et Ribbeck. ad locum. 4) *cuius*que MRG (in margine: *quoscum*que), rv. *quoscum*que 2. cu*i*que afh. 6) puell*as* *au*io *ob*ponat M. 8) Quod si n. pulch. ig. *ascendit obsessam* d. g. s. tua M (Halm.). — In *ono*rem M. gratifi*catur* MRG,afh. gratifi*cans* rv. laudem MRG,rv. om. afh. comparans. Hoc M. e*a*m om. 2. 10) sp*atio*sior M (Halm.). — ioc. rv. 11) afh lemma non distinxerunt, cui praeposui *amorem.* Ad amorem magis pertinet *ad ignem quod* MR. ad am. ma. *pertinet quo*, om. ad ignem rfhQ(G?). 12) *Et* particulam ac lemma ab ipso scholio seiunxi. Pro *Ad* scribe *At*, quae uoces, ut *ad*que et *at*que, non raro in codd. occurrunt, una pro altera scripta. *Amorem* est Horatii uerbum u. 11 praecedens. *Amor* autem non ipse amor tantum nunc est, sed *mag*is *pertinet ad ignem* i. e. incendium — cur? ideo *quod* Troia cremata est. Hic simplex scholii sensus est. Aliter Q p. XXXIV: ad amorem magis pertinet *quam* ad ignem *quo* etc. Sed duplex *ignis* u. acceptio praesto utique est. Namque *amor* est ignis, atque *ignis* et incendium et amor (p*ulchrior ignis.* puella helena Bφ) nostro loco accipiatur necesse est. conf. quae ad Acr. adtuli. — in merito G et, teste Q l. l., M (inm.). *dicitur* MR. di*cit* r. rell. om.

# EPODOS XV.

## ACRON.

*Nox erat.* Neaeram amicam suam adloquitur. Periuriisque eius se deceptum indicat, quod amorem suum in alium transtulisset, quem negat perpetuum futurum.

3. *in uerba i. m.* Sicut ego ostendebam tibi iurare, ita iurabas, et secundum uerba, quae proponebam tibi, iurabas, artius te mihi coniunctam fore quam ilici hederam.

5. *artius.* Diligentius.

6. *lentis.* [Flexibilibus] mollibus.

11. *o dol. m. n. u. N.* Quia, si iratus fuero, contempnam te, et incipies dolere.

12. *Nam si quid in Fl. uiri est.* Id est: si quid in se habet uirile Horatius.

ACRON. †) In A ad hunc epodum Acronis scholia desunt, manus autem secunda aliqua, quae nusquam alibi in hoc codice conspicitur, *scholia Porphyrionis* integra in h. o. exarauit.

Aut inscriptiones ex argumento aut argumentum ex inscriptionibus peti, exemplum testatur. K non tantum ea praebet, quae Orellius parum accurate exscripsit: Ne*ae*ram amicam alloquitur (sic potius: Ne*a*ram am. *suam* all.), sed etiam quae in aliis uett. codd. Horatii adiuncta leguntur: Neaeram (Ambr. N*ee*ram AEP Fran.) amicam suam *al*loquitur periuriisque eius (A Ambr. Fran. eī E. ei$^9$ P,ЭK) se deceptum (decept*am* K) indicat (KAEP. significat Ambr. Fran.). quod suum amorem (Ambr. Fran. *serio* amore K. *serio* amor*em* A) in alium (ali*am* Ambr.) transtulisset quem negat perpetuum futurum. KAE Ambr. Fran. et P qui om. quod — futurum. Huic inscriptioni E adnectit hanc alteram: in ne*ae*ram amicam suam. senarius epicus binarius iambicus epodic*os*. Fran. hancce: sen. ep. bin. iamb. epodic*us*. A Acr. habet: Ad neeram *de periurio* ternarius dicolos. metrum idem. γbφH: In neeram amicam sen. ep. (*se* p. b) bin. iamb. epod*i*cos (epodicus b). bH insuper habent: querela de neer*a* (*N*era b). Harl. 2: In neeram amicam s. n̄. R̄ (tern.) ep. bin. iambicus *al.* querela de neera. Bern. C: In ne*e*ram (Ne*ae*ram Or.) amicam. R: Ode CXVIII. ad neeram. *) In edd. mv praemittuntur commento Acronis in h. o. quinque priora scholia *Porphyrionis.*

5) *In* neeram (in *e*eram v) rmv. *in* om. cafhQ. Neaeream a. — periur*iis* tacite inculc. Q. omnes libri periuriis*que*. 6) significat rvmcafhQ. alū r. *ailum* v. *in* om. a. in alium om. R. 9) *pro*ponebam R. Ambr. rell. pr*ae*p. — ar*t*ius G(Q). mv (perperam rett. Q). rell. ar*c*tius *in scholio.* prop. tibi R. rell. om. tibi. 10) ilici heder*e* R. il. heder*a* r. il. h*ae*dera mv (*il*lici). rell. il. heder*am*. 11) ar*t*ius omn. fere uett. codd. Horatii. arcius b. recc. arc*t*ius. haec gl. legitur etiam in γ Ambr. C etc. γ: *edera*] ar*t*ius te mihi coniunct*um* fore. quam ilex heder*a ad*stringitur. conf. C: *strictius* i. e. iurabas te arc*t*ius mihi coniunct*am* fore q. i. *edera as*tringitur. 12) glossam hanc om. γR1G,rmvca. Fabricius (fh) eam. introd. et Q recepit. † Codicis 2. scriba scholia in hunc epodum omisit, initio eius tantum literis rubris adscripto: *Nox erat* etc. pergit cum u. 34 XVI epodi. — γ: *lent. adh. brachiis.* i. tum̄s (tum scil.?) cum iurares i. adherens mihi eras cum iurares amplexu brachiorum (conf. Porph.). *lentis* autem. *mollibus.* aut ad hederam referendum est. ut (G. II, 12): *lenteque genistae.* conf. Ribbeck. C: *mollibus*, tardis, diutius in amplexu haerentibus. aliquando significat *flexile*, ut *lentaeque genistae* 15) Si quid habet horatius in se uirile R. si quid hab. in se Oratius, om. uirile r.

13. [*non feret.* Non sustinebit nec patietur.]

*adsiduas.* Frequentes.

*potiori.* Meliori riuali.

15. *nec semel off. cedet const. formae.* Tunc constantia amatoris cedit formae mulieris, quando laesus non audet abscedere. Hoc est, quod dixit: Si offensus fuero, non cedam formae tuae i. e. non tibi seruiam, non perseuerabo iniuriam passus.

20. *tibiq. Pactolus fl.* *Pactolus* fluuius aureas trahens harenas. Sensus est: Quamquam habeas tantas diuitias, ut tibi uideatur Pactolus fluere.

21. *nec te P. f. a. r.* Id est: quamuis sis philosophus. Pythagoras enim dicebat, animas post mortem redire in aliena corpora.

23. *maerebis.* dolebis.

## PORPHYRION.

*Nox erat e. c. f. l. s. i. m. s.* Queritur de Neaera, quod non seruet fidem iurisiurandi, quo se obstrinxerat semper cum Horatio uicturam; deinde horrendum ipsum iusiurandum uult facere: Noctis silentium erat, inquit, serenum caelum, luna lucebat.

3. *cum tu m. numen laesura deorum.* Ad euentum refert *numen laesura deorum.* quasi cum iuraret, iam perfidiam fallendi in animo haberet.

*in u. i. m.* Hoc est, mea per uerba concepta iurisiurandi.

6. *lentis adh. brachiis.* Mihi adhaerens amplexu brachiorum, cum haec iurares.

1) Non — patietur (fhQ) om. R1G,rmvca. 2) a*d*sid. A. 4) tum 1. om. γ. 5) absce*n*dere R. ab sce*l*ere 1. *ob*ste*n*dere r. — quod om. γ. 8) pact*u*lus A in lemm. (2 m.), in ipso schol. pact*o*lus. pact*u*lus bis G. conf. Isidor. Orig. XIII, 21, 21. γ: *fluat.* Scilicet aurum i. et habeas tantas diuitias ut tibi uideatur pact*o*lus fluere. Pact*u*lus autem fluuius est lidiae qui harenas aureas trahit ut *hermus.* ut illud (Ouid. M. XI, 142): *pactolus qua culta secat non uilior hermo.* conf. C. de Pactolo Verg. X, 140. Juu. XIV, 299. Plin. V, 29. de Hermo Verg. G. II, 137. A. VII, 721. Mela I. 17. Bφ: pact*o*lus. fluuius. 10) γ: i. quamuis phil. sis. fuit enim altae difficilisque doctrinae. *Renati* autem i. denuo nati. qu*a* (quia) dicitur anima pitagorae primum euforbi troia tu (l. troiani) fuisse*s* (fuisse) post emeri (l. Homeri) et post ad ipsum pitagoram transisse deinde ad pauonem. conf. C. 12) Glossam *maer.* dolebis tacite om. Q. *id est* dol. ca. mera*e*beris r. m*e*rebis bBφE Fran. Bern. C.

2) Urbanissim*e* obscu*re* dicitur ironia. MR2G,rv (obscure dicitur. Ironia). Urb. obscu*ra* afhQ. Haec Ascensii correctio et Porph. sermoni et codicum auctoritati repugnat. Cum scribere haesitemus: 'Urbanissime (*dictum*). Obscure *dicitur* ironia, duae uiae possunt aperiri, scribendo aut: *Urbanissime et* obscu*re dicitur ironia,* aut, quod audacius est, intermissa priore illius scholii parte, quod ex Bφ adscribimus: *O ac paternis.* || *Urbanissime* modo denegat horatius quae olim in uituperationem dixerat de illa. || Alteram partem uide ad Acronem γ: *obsoleta sordibus.* non nata de adulterio *set* nobili genere. negat enim quod erat. errans (narrans?) quod non erat. *satis urbane* hoc agit. || *obsol. sord.* i. non *infirmo* (infimo C) nata genere. *obsoleti sordibus* dicuntur qui de adulterio nascuntur: Sententia huius alterius scholii ex codice γ similiter enuntiatur a C qui adiungit haecce: '*amarulenta irrisio* haec est in Canidiam.' 3) haec *sunt* 2. 5) et cet. 2. 6) Noue*m*diale*s* in lemm., neue*m*dia*lis* in schol. M (Halm., Q: noue*n*dialis ut G). Noue*n*diales uulg. lectio omnium fere uett. codd. praeter K qui habet noue*m* dia*lis* (non noue*ndialis* ut ap. Orell.). Ciner. M Halm. cine Q p. XXXIIII. — re*ll*iq. 2. 7) nouendia*lis* MR2. Q ad lemma tantum refert: 'nouendialis G. nouendiales edd.' Habent autem noue*n*dia*les* in lem. nouēdia*lis* in schol. rv. nouēdia*les* in lem. nouēdia*le* a (conf. γ infra) et noue*n*dia*le* bis fh. γ: *nouendiales.* ante nouem dies mortuorum. *Nouendiale* dicitur sacrificium quod non (nono) die mortuo celebratur. aut quibus non hodie (nono die) post mortem parentatur. Vide rell. ad Acronem. — q*ua* MRG,rvafh. qu*am* 2. Pro perbona uulg. lect. *qua* Q inculc. *postquam,* quod ideo ineptum est, quod sacrificium illud *ante* sepulturam non fiebat. 9) annot. 2. 11) *pactumeius* MR. pactum eius 'A'2. pa*ttu*meius rv. pa*t*umeius afh. conf. Acr. *Cum* per iron. *et* h dicantur MAG(Q). *Cum* p. ir. *et* h. dic*un*tur 2. Per ir. *et* h. dicuntur R. Per Ironiam haec dicuntur rvafh. 12) ill*um,* falsa lectio, R2,rvafh. ill*am* MG(Q). qu*em* fili*um* fh. — *sub*po. M. 15) *lauit* (conf. III, 12, 3 et IV, 6, 26) om. MG. γ: *lauit.* pro lau*at* antique. *obstetrix.* quae *obstat* dolori parturientis. 18) *eo* scil. *quod* MAR. rell. *eam* scil. *quam.* — Postrema uerba huius scholii omn. libri tuentur praeter fh. Quae supposititia esse mihi persuasum est. Nam non ipse Porphyrion sed monachus quispiam, ut supra saepius factum cognouimus, locum perperam intellegens *fortis* nomini aliud oppositae acceptionis et sic prauam interpretationem intulit.

autem sub ea specie, quasi puerperio facta sit *deformis per exilitatem corporis ac maciem* naturalem, dicit].

---

# VERBA CANIDIAE RESPONDENTIS ET VENIAM DENEGANTIS.

## PORPHYRION.

53. *Quid obseratis aur. fund. preces?* Facit Canidiam respondentem. *Obseratis auribus* suis dicit Canidia significans, se preces eius nolle audire.

57. *Inultus ut tu riseris Cotyttia Vulgata, sacrum liberi Cupidinis.* Videtur Canidia commisisse Horatio secreta sacrificiorum suorum, quae ille ridens diuulgauerit. *Cotyttia* autem sacrum Cupidinis esse dicit, quia maleficia haec [quae per inferna sacra fiunt] ad Amorem pertinere uult intellegi. Et *liberum Cupidinem* dixit, quod quasi nulli sit obnoxius et omnes amores ludat. Sic denique et apud *Vergilium* dicitur (A. I, 665): *Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis.* [*Cocytia* sacra dicuntur, quae infernis Diis a ueneficis fiunt, inde fortasse, quod *Cocytus* fluuius sit inferorum].

quam ideo inprimis falsam esse iudicamus, quod Canidia *non peperit.* γ: *Utcumque* quotiescumque *Utcumque fortis.* Quandocumque dicendo *fortis puerpera* ostendit eam *non peperisse.* NONNVLLI *exilis puerpera* intellegunt ut maciem eius notet. *Exilis.* Quantumuis *exilis* tamen *fortis* es. ostendit illam *non peperisse sed supposuisse filium.* Ad lectionem *exilis* eiusque explicationem conferendus est Porph. ad u. 57, ubi additamento scholii aeque spurio in similem errorem inductus Editor Pragensis, et in ipso lemmate, non abstinuit quin lectionem Co*cy*tia plane ineptam retineret.

1) eadem specie 2. rell. ea.

PORPH. 7) Hoc argum- ex γ. 13) co*cy*tia M in lem., co{itia in scholio (Halm., Q: *cotytia*). In lem. cocytia r. *Quocytia* v. Cocytea a. Co*tyt*tia R2,fh. in scholio co*cyt*ia sacra R2,rva. Co*tytt*ia sacra fh, contradicente deriuatione a *Cocyto* fluuio. 14) Videtur autem Horatio γ. uide ad Acr. 14) Horatio sacrifi*cia sua* afh. *Or*atio *sacri*ficiorum suorum v. *Oratio secreta sacri*ficiorum suorum r. *H*oratio *secr. sacr. suorum* MR2G(Q). secr. *uene*ficiorum γ. 15) *de*uulg. r. uulgauerit γ. — Co*ci*tia autem sa*cra* Bφ. — dicit M (Halm.) γ.vafh. di*x*it R2G(Q),r. cupidi*ni* RM teste Q p. XXXIIII et Bφ. *quae per inferna sacra fiunt* tuentur omn. libri (sacra om. afh), sed delenda sunt, quippe huc inlata ex spuria scholii parte extrema. 16) Posui *Am*orem pro *amorem.* γ: quia haec maleficia quae per inferos fiunt ad amorem uult pertinere. Liberum *autem* ait cupidinem. qui*a obnoxius nulli sit set* omnes *ipse delu*dat. *Unde maro* *ti*phea temnis. 17) nu. sit obnox. MR2(G?Q)Bφ. nu. obnox. sit rvafh. et om. r. 18) l*a*udat R2,rvafh. *lu*dat MG(Q)Bφ. — dicitur omn. libri. tacite om. Q. *Patris qui,* om. Nate summi, M. 19) *ti*phoea Mγ. rell. Typhoea ut uett. lib. Verg. et Priscian. conf. Ribb. (schol. Lucani IV, 595. XI, 92). te*n*nis v. te*mnis.* sec. man. te*ndis* G. 20) infe*ris* rv. (in feris) afh. infer*nis* MAR2G(Q). d*is* G(Q). rell. d*iis*. Cocytia — inferorum omn. libri (Co*ci*tia M. *sacra* om. R). om. γ.

58. *et Esquilini p. u.* Pontificem nunc quasi censorem ac iudicem dicit, quia pontifices de sacris iudicant. *Esquilini* autem merito (ideo? γ) quia[, ut saepe ostendit,] extra portas Esquilinas h. e. ibi in aggeribus religiones et sepulcra erant, inter quae noctibus illa malefica sacra conficiebat.

60. *quid proderit d. p. a.* Fallit sensus hic, quasi Canidia dicat se pelignas anus donis ditasse, ut ueneficiorum artes se docerent; sed subiecta repugnant huic intellectui. Ergo sic potius intellegendus: Quid tibi prodest, Horati, adhibuisse tibi magnis mercedibus pelignas anus, quae ueneficiis meis te per carmina liberarent?

61. *uclociusue misc. toxicum?* Per quod tibi, Horati, mortem accerseris, ut tormenta uitae carminibus meis inrogata effugeres.

62. *Sed tardiora fata te uotis manent.* Si tardius morieris, quam optasti.

1) *Exquilini* M bis Halm. (Q?) R2 et ter rva. *Esquil.* ter fhQ. *aesquil.* G. conf. ad Acr. Vett. codd. Horatii inconst. *esq.* et *exq.* conf. Epod. V, 100. S. I, 8, 14. II, 6, 33. — Pont. *aut* (autem?) γ. ac iud. dicit om. γ. 2) iudi*cabant* γ. 3) osten*dit* saepe rva. saepe osten*dit* 2G (corr. ex *offendunt*). osten*di* saepe fh. saepe ostendi Q. Verba *ut* (alibi?) *saepe ostendit* petita uidentur ev scholio ad Epod. V, 100. ibidem por*tas* Esquili*nas*, ut h. l. MR (*ex*quil.). rell. por*tam* Esquili*nam* fh (G?)Q. *exq.* 2,rva. — hoc est *ubi* in MR,r. hoc est *ibi* in 2,va. hoc *est in* fhQ(G?). *ag*eribus 2,rv. rell. *agg*eribus. 4) sepul*cra* M,ra(G?)Q. rell. sepul*chra*. Notum est, ut simul*acrum* et la*cri*ma, seruasse *Ciceronem* (Orat. 48) script. sepul*crum* confirm. etiam marmoribus atque inscriptionibus ap. Orell. 4848. Grut. p. 76. Meyer. Anth. 1276 etc., *Vergilium* autem, test. Seruio et cod. Medic. paucis locis exceptis, recepta adspiratione simula*chrum*. Vett. codd. Horatii omnes fere inconst., ita tamen ut adspiratio praeualeat. Cod. Mon. Epod. V, 17 habet sepul*cris* in lemm., in scholio sepul*chris*. Nostro loco habet sepulc*ris* cum spir. asp. siue illo adspirationis signo. 5) conficie*bat* omn. libri praeter Fabricium (*illa malefica sacra* conficie*bantur* fh), qui *malefica* nominatiuum pro accusatiuo malefica. i. maleficia accepit, in quo errauit, cum *sacra* nequeant dici *malefica*, *maleficia* autem (Porph. ad u. 6) *sacra*. Enimuero hoc compertum habemus, non illa ipsa sacra inpudica sed similia tantum orgia Romae uel prope Romam celebrata fuisse. Neque in Italia neque in Graecia sacra ipsius Erotis siue Amoris facinoribus inpudicitiae profanata aut uiolata traditum est. Conf. Pausan. I, 30 et 43. IX, 27. Heyne Opusc. acad. II, 308. Manso de Amore in Myth. Versuch. p. 311—370. Erasm. in adagio ἁρπαγὴ ἐν Κωτύττιοις. 7) *ut* A. rell. *et*. di*ct*asse et *ben*ef. R. — doc*erent* AR et M, teste Q p. XXXV. recte. rell. doc*ere*. 9) Orati M,rv. 11) rvafh. habent lemma *Velocius* (Veloci*bus* v), sed MR2 adiunxerunt: *miscuisse toxicum*. recte. nam *per quod*, lectio omnium librorum, pertinet ad *toxicum*, et temere Q inculcauit: *Pro: quod* tibi, Horati accerseris, ut — effugeres. — orati rv. M. h. l. Horati ut rell. *mortem* A et M pure teste Halm., Q p. XXXV: meortem. rell. om. *accerse*ris MR2(G?Q) *acces*seris rvafh. conf. Bφ ad Acronem: Ostendit horatium toxicum miscuisse suis potionibus per quod uelociorem *mortem sibi arcesseret.* 12) *in*rogata MG(Q). rell. irrog. 13) *Sed* tard. et h. l. posui, cum appareat *Si* tardiora ex scholii uerbis *Si* tardius ortum atque in Horatium esse transgressum. Contrarii quidem sunt uetustiores Porph. libri, qui *Si tardiora* ad unum omnes exhibent, — nam tres recentiores tantum afh posuerunt *Sed tard.* fata] Tardius morieris, quam optasti, om. ergo Si —, sed Porphyrionem *Si* legisse ex sola ueterum librorum auctoritate minime sequitur, praesertim cum ratio ex ipso scholio deduci nequeat. Namque ideo quod uerba *tardiora fata uotis* explicantur *Si tardius morieris quam optasti*, nullus sui potens lectionem Porphyrionis *Si tardiora* et q. seq. fuisse rationem argumentumue concludet. — mo*r*eris M, teste Q p. XXXV, mor*i*eris Halm.

64. *nouis ut usque suppetas laboribus.* Hoc est, ut suppediteris et quasi ministreris cruciatibus.

73. *fastidiosa tristis aegrimonia.* Vitae fastidiosae scilicet, et sunt ablatiui casus *fastidiosa aegrimonia.*

74. *Vectabor umeris tunc ego inimicis eques.* Quid est *umeris uectabor,* nisi forte subaudiendum extrinsecus *iactantibus* aut quid tale? Sic enim iactare umeros solent, qui gloriantes incedunt. Quod si ita est, *inimicis eques* iungendum erit, ut si diceret: equitans super inimicos meos. Aut numquid *umeris inimici* [Quod si ita est, *inimicis*] *uectabor* intellegamus, quasi super inimicorum meorum umeros ero, ac sic uectabor atque equitabo?

75. *cedet insolentiae.* Nunc quasi nouae potentiae intellegendum.

77. *curiosus et polo deripere lunam.* Choro stellarum scilicet.

1) suppediteris MAR. suppedi*tes* 2.rva(G?)Q. sup*petes* fh. Posui *suppediteris* eo sensu quo Insciptiones ap. Reinesi*um* uar. lect. III, 10 *mortem omnia calcare et suppeditare* i. e. conculcare tradunt. Vulg. lectionem minis*ter eris cruciatibus* mutauit Ascensius in minis*ter sis cruciatibus*, et fhQ secuti sunt. At uero dicitur quidem *minister sum* cupiditat*um*, sceler*um*, seditio*num*, imper*ii*, regis, libidinis, non item *minister* aut *quasi minister sum* crucia*tibus*. Scribendum est minis*treris cruciatibus* (ablatiu.) atque adtendendum, *quasi ministreris*; conf. Cic. Verr. III, 44: *ministretur poculis maximis*, et Verg. A. VI, 302. X, 217: Aeneas (neque enim membris dat cura quietem) Ipse sedens clavumque regit uelisque ministrat, ubi alia est significatio et constructio. 3) fastidios*e* M teste Q l. l. fastidios*ae* omnes libri praeter Q qui induxit V*itae* fastidiosa, propter *scilicet*, ut opinor; *fastidiosa aegrimonia* nullo modo est aegrimonia *fastidiosa uitae* sed id quod Plin. E. VI, 7 dicit *res difficilis, ardua, fastidiosa*, ut labores Tantali, Promethei et Sisyphi. In antec. uersibus 62 et 65 *tardiora fata uotis* et *nouos usque* labores Canidia minata nunc ipsam uitam uocat fastidiosam, id est, aegrimoniam 'δυσαρεσκομένην, ut γ ad Acr. ait, 'quae *uitam* fastidiat *tot suppliciis deditam*,' hoc est, quae *fastu quodam* talem spernit uitam. Differunt autem *fastidium* ac *satietas et taedium* (Quintil. IX, 4), et Gellius VII, 18, non *fastidium* sed *taedium uitae* dixit. 4) *acri*monia 2. rell. *aegri*monia. Mirum, in omn. libris hoc schol. postpo. esse sequenti. 5) M in lemm. *hu*meris, in schol. Qui est *um*eris — iactare *hu*meros — numquid *hu*meris — super inimicos meos *um*eros. recc. libri constanter *humeris* et *hu*meros. 7) inimic*us* M (Halm.). 8) equ*is* MR,r. *est* Rγ. rell. *erit.* — equi*tabo* afh. equi*tans* MR2(G?Q),rv (equi*tas*). — Delenda sunt uerba inclusa Quod — *inimicis*, ex superioribus iterata. conf. γ, qui habet: numquid humeris inimic*i* uectabor intellegemus *quod* super etc. Inde petiui inimic*i* ideo quod explicationis uerbum sit, non Horatii (uulg. lectio libr. Porph. inimic*is*). Qui*d* si ita est rvafh. 9) uectabor; uec*temus* intelleg*a*mus M. uectabor *uectemus* intell*iga*mus r. uectabor. Vec*tamus* intel*ligi*mus R. rell. om. *uectemus*. intell*igemus* 2. intelle*ge*mus (G?)Q. intell*iga*mus vafh. Futurum ex iteratione uerborum *Quod si ita est* atque ex praeced. *erit* ortum est. 10) *ac* eq. R2. inimic*os* me*os* M, testibus Halm. et Q; adtendendum autem, in hoc libro Saxonico saepius literas r et s confundi, ut iam monui in descriptione p. 15 ed. Lips. — glossa in γ: *Vectabor. insultabo.* conf. C: — — seu *uictrix insultabo* in te mihi inimicum. Bφ: *Vectabor.* portabor. Alterum schol. in γ: *inimic. eques.* Cum superauero superbiam inimicorum meorum tunc uect*abo et* equitabo. Non recepi uec*tamus* siue: *tunc uectemus equos.* 13) *de*ripere omn. libri Porph., ut K Harl. Barc. aliique. *di*ripere pure Ambr. Bern. A Parr. γBφlH Lond. fragm. x Harl. 2724 (saec. XIII) teste *Babingtone.* in Parr. ED *di*ripere man. *sec.* i mut. in *e.* Bφ habent gl. *de*trahere. M in lemmate pro uulg. lectione omnium librorum *et polo* habet nusquam alibi obuiam *et coro*, ex glossa *choro st. sc.* petitam (Q negl. p. XXXV) Vide supra ad Acr. lect. uar. *al. choro.* stellarum choro γ. scilicet om. γR.

80. *Desideriiq. temperare pocula.* Id est: amoris potionem conficere.

81. *plorem artis in te nil agentis exitum?* Sensus hic est: An quae difficiliora facere possim, i. e. cereas imagines animare et lunam caelo euocare et umbras mortuorum ab inferis elicere ac per hanc potione mentem amore incendere: nihil in te potero artisque meae circa te inpotentiam flebo?

1) Desider*ii*que omn. Porph. libri, ut Ambr. Barc. Fran. Bern. A. Parr. BφD. rell. Desider*i*que. pocu*lum* M et rell. Porph. libri. Quod cum ex singulari glossae profectum sit, posui pocu*la* cum K Parr. I Regin. Magd. (Or. KV) aliisque qui pure exhibent. Vet. Par. E a 1 m. pocu*la*, 2 m. suprapo. *uel* pocu*lum*, quod Vanderb. neglexit. Ex 21 Harleianis ne unus quidem *pocula* habet neque ulla ed. saec. XV. — amore*m* potionis R amore (amor̃ r) potionem rv. rell. amori*s* potio*nem*. conf. γ ad Acronem: — *potione amoris mentes incendere.* 2) Lemma in M: *plorem artis* in te *nihil agentis* M. nihil a (sic) exitum G(Q). in uett. breuius: *Plorem* (Plor*et* r). Vett. codd. Horatii uariant, ut notum est. in te *nil agentis* Harl. Bern. C. *nihil* in te *agentis* BφH. nic*h*il (non ni*h*il ut Vanderb. ref.) in te ag. P. in te nic*h*il ag. Bern. A. in te ni*h*il ag. Fran. in te nihil *habentis* Ambr. (conf. γ. i. magicae gl.). in te *nil habentis* γ. in te nil *ar*entis *al. agentis* uel. habentis 1 m. suprapo. Barc. Pith. ad ed. Med. 1474 adscripsit: ed. *habentis* 'al. *ualentis* ut in meo manuscripto. et recte quidem.' — exi*tum* MR(Q). om. rell. Porph. libri *exitus* Bernn. KAC Ambr. Par. γ. exi*tu* sine compend. P, ut alios hic mittam. Conf. schol. γ, ubi Ordo exi*tum* habet, expositio exi*tus*. 3) poss*im* M2G(Q). poss*um* Rγ et Asc. poss*umus* rvfh. poss*im* ex Hor. — imag. euocare. lunam *de*uocare umbr. elicere *et* per γ. 4) *mortuorum* om. γ. *ab inferis* om. Mγ. *ab* om. R (infer$^{i}_{a}$ 1 m. corr.). *hoc* MR2G,rva. *ac per hoc* recte, ex more interpretis. per hec γ. ac per *hanc* potio*nem* fhQ. potio*ne* MγR2G,rva. rectissime. Si cui duplex ablatiuus obstet, is cum γ ponat: potione amo*ris*. men*tis* γ. rell. mente*m*. 5) inc*e*dere R (bis). *et* artis 2. inpot. M (teste Q) R2. inpotentiam *uelut miseranda* flebo γC (imp. velut miseranda, flebo). Plebo R.

## HORATI FLACCI CARMINVM*) LIBER . V. EXPLICIT : INCIPIT SERMONVM LIB̄. I. (M).

*) CARMINVM u. negl. Q. p. XXXV, et Halm. totam inscriptionem omisit.

FORMIS EDUARDI HÆNELII
BEROLINI.

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

Sumptibus *Iulii Springeri,* honesti bibliopolae Berolinensis, hoc volumen in lucem prodiit, cuius initium usque ad C. I, 2 argumentum Acronis tendens, una cum *Elencho subsidiorum* meorum, Lipsia ab Hermanno Aemilio Schradero emittebatur, qui exigua pecunia sed magna industria animum agitans, maiore mole uarias res sumptuosiores simul paraturus, in mediis conatibus succidit atque fortunis prouolutus patriam, quantum scio, reliquit.

Sic mea cum Horatii tum ueterum eius interpretum editio, una cum praemissa critica textus q. u. poetae historia, quam haud exiguo sumptu atque adsiduo studio paraui, rebus in maiori discrimine uersis, temporum iniquitate iterum laborauit atque haesitauit.

Taedio quodam et rei captum et odio peruersitatis hominum qui incuriosa atque inopportuna industria nefariam, ut cum Cicerone loquar, in me measque res diu praeparatas diligenterque promotas inmisit iniuriam, tandem me incepto operi reddidit GVSTAVVS WOLFFIVS, uir ut pauci et eruditione et humanitate insignis, iacentem amici animum excitans ac suam faciens rem meam, quam tanto tamque integro amore et studio amplexus et prosecutus est, ut nuper etiam eo interueniente mihi contingeret consuetudinem iungere cum GVILELMO HIRSCHFELDERO, uiro docto ac diligenti Scholiastarum Horatianorum perscrutatore, cui *Quaestionum Horatianorum* specimen (Berol. 1862) debemus, in quo de Cruquii fide eiusque Vetere Commentatore accurate et subtiliter disputauit, quippe maiorem diligentiam et cautionem in adhibendo Cruquii apparatu suadens, pluresque Horatii locos tractauit, inter quos C. I, 32, 15: *o laborum Dulce lenimen,* **mihi cumque** *salue Rite uocanti,* ubi emendationem proposuit: *mihi ubique* salue. Officio huius uiri, cuius benignitas non minor est quam facultas, ita etiam uti licuit, ut tam molestum quam graue negotium susciperet inde a pag. 449—528 folia perlegendi, atque

grato animo profiteor, hunc laborem, quem oculorum dolore occupationumque pondere interruptum uehementer doleo, magno et leuamini in re tam ardua atque operosa mihi et usui fuisse.

ADDENDA sunt hic pauca uerba de nonnullis praestantioribus in uolumine commemoratis *Horatii codicibus*, quorum plenior descriptio ac diiudicatio alio loco dabitur.

1. *Harl.* siue '*Harl. 2.*' est codex *Angliae antiquissimus*, qui in Museo Britannico adseruatur sub num. 2688, saec. IX exaratus. Mutilus est. *absunt* enim *Carmina* usque ad Epod. VIII, 12, cum quo uersu incipit, *Epistt.* I, 1, 103 usque ad I, 18, 47 et *Sermm.* I, 2, 66 seqq. usque ad finem. Habet ergo Epodon VIII, 12 — Epod. XVII, *Carmen saeculare, Epistt.* Lib. I ab initio usque ad I, 1, 102 (uersus 103 a 1 m. in margine positus est. pergit cum I, 18, 47. Epistulae exeunt cum II, 2, 124), ac denique *Sermones* a I, 1, 19—II, 2, 65. Post hanc Sermonum partem pergitur cum Epistt. II, 2, 125, ita ut usque ad finem libri II Epistulae tendant. Iam altera sequitur pars Sermonum a I, 1, 1 usque ad u. 18 eiusdem satirae. Legenda autem tibi sunt folia codicis hoc ordine: 1—19. 23. 24. 20. 21. 22.

Hic codex non confundendus est cum eo, quem '*Harl.* 1' siue *Graeu.* signaui, n. 2725 ad saec. X pertinens. Est autem ille *Graeuianus,* id quod patet ex collatione Broukhusii ad ed. Ascensianam a. 1529 facta, quae Oxoniae in Bibliotheca Bodleiana adseruatur. Item mutilus est. absunt *Epistt.* I, 8, 8 usque ad II, 2, 19 et *Sermm.* I, 2, 114 usque ad finem libri II.

2. *Ambr.* siue '*uet. Ambr.*' omnium quos *in Italia* uidi atque adhibui codicum mss. Horatii *antiquissimus*, Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana latens, signum ferens 'O. 136. sup.' atque spectans ad finem saeculi IX uel ad initium saec. X. Folia 16 priora sunt rescripta. Horatio obrutus iacet scriptor Christianus saeculi VII literis uncialibus exaratus et permultis locis ad legendum facilis, ut: PETRVS ENIM PETROS EST ET PAVLOS PAVLVS aliaque id genus — POLCHRITVDO — QVOM etc. Ang. *Mai,* quem olim huius bibliothecae conseruatorem fuisse constat, hunc uenerabilem librum in manibus habuisse cognoui. conspiciuntur enim in his foliis uestigia notae illius physicorum rationis, qua literae codicis sublatentis clariores factae sunt. Horatius integer inest cum uetustis glossis, argumentis et scholiis, quorum haud paruum numerum ad Epodos extractum repperies. Hunc librum perbonum suspicor mox ab uno alteroue multorum Horatii amatorum post me adhibitum iri, sicuti, literis datis, ab Orellio factum est cum codicibus Bernensibus et nuper ab Editore scholiorum Pragensi cum uetusto Porphyrionis codice Monacensi, atque, emisso libello

meo de *codice Hispaniae antiquissimo Horatii* (*et Acronis*) Barcellonensi, cum Rittero. Sed non possum abstinere, quin hic dicam, in ipsa *Germania* intactos Horatii latere codices eiusdem fere aetatis et pretii, quos patriae uiri docti in conclauibus suis ignorant ac neglegunt. Quorum tamen locos lectionesque in hac Acronis et Porphyrionis editione, in qua primum magis necessariis subsidiis Augiae stabulum mihi breuiore tempore purgandum erat, ad singula carmina et scholia iam nunc adferre et inopportunum et inutile duxi.

3. *Suecouaticanus*, quem aliquoties adtuli, est *Romanorum codicum*, quorum octoginta duos magis minusue examinaui, *antiquissimus*, n. 1703 ex saec. X, Carmina, Art. poeticam Epodos, Carmen saeculare, Epistulas et Sermones (hoc ordine) continens, Romam aliquando delatus ex monasterio *Wisenburg*. Inter Codices Suecouatt. uetustiores nominandi etiam sunt eiusdem saeculi n. 1666, item integer sed poetae opera offerens hoc ordine: Carmina, Epodi, Carm. saeculare, Ars poetica, Sermones, Epistulae, et n. 1675, in quo Horatii poemata eodem ordine se excipiunt, quem ex cod. 1703 notauimus. Cum hoc temporis momento, quo has notulas celerius coarctatas scribere officium quoddam impellit, recordari et reminisci nequeam aliorum a me in hoc uolumine dictorum codicum uetustiorum, qui Romae et prope Romam inueniuntur, adponere placet eos, qui ad saec. XI pertinent: a) *Vat.* 3257, mutilus ab initio (incipit cum C. I, 17, 18) atque ad finem, exiens cum Epistt. II, 2, 106. b) Vat. 1587. ordo est idem atque in praecedente: Carmm. Epodd. Carm. saec. Ars. po. Sermm. Epistt. c) Vat. 1657: Ars po. Epodd. Carm. saec. Epistt. Sermm. d) *Ottobon.* 1660 (in bibl. Reg. 1670. — cod. Nic. Heinsii —): Carmm. Epodd. Carm. saec. Ars po. Epistt. Sermm. d) *Chisianus* II. V. 165: Carmm. Ars po. Epodd. Carm. saec. Sermm. Epistt., ut de fragmento V*allicellano* eiusdem aetatis (B. 58. n. 14) hic taceam. Quibus codicibus et quomodo *Fea* iis usus fuerit in editione sua Horatii eiusque *uitarum*, alio loco dicendum mihi est.

4. *Florentini* codices Horatii, quos passim commemorasse memini, sunt duo illi *Laurentianorum antiquissimi* ex saeculo XI: a) Laur. 1. Plut. XXXIV, catenatus. Praeter uitas I et III integrum Horatium cum scholiis continet hoc ordine: Carmm. Ars po. Epodd. Carmm. saec. Epistt. Sermones. In folio praemisso rubra extat notitia: 'Contuli mense Februario MDCCXXI Ant. *Cocchius*.' b) Laur. 4. Plut. XXXVIII. n. 27, inter Terentium et Persium integra Horatii opera praebens, quae sic se excipiunt: Carmm. Ars. po. Epodd. Carmm. saec. Epistt. Sermones. Adseruantur autem codices Horatiani in Bibl. Laurentiana 31, in Riccardiana 19, ut de Marucell. et Magliabechiana hic taceam.

5. *Neapolitanus*, IV, F. 26, ex duodecim codicibus Horatianis Musei Borbonici *antiquissimus*, ad exitum saeculi XI spectans, non ad saec. XIII–XIV. conf. Catalogum Cataldi Jannellii (1827) p. 193, complectens 56 foliis oblongis Carmina, Epodos, Carmen saeculare, Artem poeticam atque Epistulas.

6. *Taurinensis* Horatii codex I. VI. 2 (nou. sign.) K. I. 7 (antiq. sign.) saec. XII. atque, a fol. 69—78, saec. XI a duabus manibus conscriptus, liber minoris pretii atque auctoritatis, cum glossis nullius momenti, sine diligentia exaratus. Multa aut erasa sunt aut extra ordinem posita. In fine mutilus est, exit enim cum Epistt. II, 2, 210. Exhibet autem Carmina, Epodos (‚incipit epo*doon* — —

Incipit sclare carm̄ qđ patri ne cantaueř
ad chorum puerorum puellarumq; horat̄. f.
epo*don* explicit. uettius.
agorius. vc̄ &. INL. ex cō dom̄ exc̄s.
ordō. legi. et ut potui em̄daui
conferente magistro felice oratoratore (sic) urbe romę.),

Carm. saeculare, Sermm. Ars po. (cum hac inscriptione: Q. HORATII. F. CARMIN̄. LIB̄. IIII. expLICIT. INCIPIT eIVSDEM. De arTe poeTICA. LIB̄. V.) atque Epistulas.

Diorthosin illam, cuius momentum non satis certo iudicio adhuc ponderatum mihi uidetur, in septem codicibus obuiam, (ut equidem rettuli in hoc uol. p. 433) offert etiam

7. *Bruxellensis*, *Belgicorum codd. Horatii antiquissimus,* in Bibliotheca ciu. Bruxell. qui adseruatur sub n. 322, foliis 132 constans, ad saec. XI pertinens. Liber quidem integer est, sed singula quaedam eius folia (f. 78 et 79 inde ab Episst. I, 9, 6—12, 25, fol. 82—89 inde a I, 15, 46–II, 1, 128, et folia tria extrema, quae patent a S. II, 7, 45 usque ad finem) a manu rec. saeculi XIV restituta uel suppleta sunt. Continet *Carmina,* quorum liber primus caret inscriptione. Lib. III fert hanc: *Ho*racii f. carm̄. lib II. explicit. Incipit tertius. Sequitur Ars poetica: Incipit liber *Or*acii de poetica arte — Epodon — Carmen saeculare — Epistt. et Sermones. Notanda est inscriptio Epistularum: ‘Horatii flacci sermonum lib. II. explic̄. incipit epłarum lib. I’, utpote quae ordini poematum in hoc codice contradicit atque transpositionis suspicionem admittit. Ultimam enim sedem occupant Sermones: ‘Incipit liber primus Sermonum. in calce: explicit liber Sermonum *Or*acii Flacci.’ Singulae autem satirae uocantur *eglogae* et numerantur: Incipit egloga secunda — incipit egloga undecima. Inscriptio rubra inter Epodon librum et Carmen saeculare cum illa diorthosi sic se habet:

Vettius. agorius. basilius. mauortius V. C.
Et inl. excoM̄. Q. Hor. f. (sic) dom̄. exc̄s. ord̄. legi
& ut potui em̄daui.
Confert (sic) epodon (sic) ex
*Phebe* etc. pliciunt †) A te magis
tro felice urb̄ romę
oratore. Incip̄ carm̄
Seculare.

8. Bruxellis Bernam regrediens *Argentorati* codices Oberlini per aliquot dies inspexi, quorum 1. antiquissimus (D apud Oberl.) C. VII. 7. ad saec. XI pertinens in 69 foliis quadratis habet *Artem poeticam*, *Epistulas* atque *Sermones integros*, ad quorum calcem manus aliqua saec. XIII exeuntis posuit: '*Finis sermonum Hor.*' Caret omnino inscriptionibus primae manus, abundat autem scholiis, quae non sunt antiquae originis. 2. (C apud Oberl.). n. 31, ex bibliotheca seminarii episcopalis, ad saeculi XI exitum spectans. Constat 60 foliis oblongis, media autem eius pars a secunda manu saeculi XII exarata est. Insunt a. *Ars poetica* inscriptione carens, ornata glossis paucioribus. Diligenter scriptus est liber compendiis non ita abundans. b) Horacii Flacci sermonum liber primus. Secundo siue alteri libro Sermonum inscriptio non data est. c) *Epistulae*: Horatii Flacci *sermonum liber* explicit. Epistolarum Horatii Flaci (sic) liber I⁹ incipit horatius mecenati. 3 Cod. (B) C. VI. 19 (conf. Barth. Aduers. XXXVI, 74), 65 folia minora quadrata complectens, *non ad saec. decimum sed ad decimi secundi initium* pertinens, cum glossis, quae eiusdem aetatis esse uidentur. Continet a) *Carmina*, quae ab initio epigraphe carent atque inde a I, 25, 29 usque ad II, 13, 19 *mutila* sunt. Lib. III ita inscribitur: Q. HOR̄. FLACCI CARMINŪ LIB̄. III. Explicit. INCIPIT LIBER IIII. b) Q. H. F. DE ARTE POETICA EXPLIC̄IT. EPODON. At uero notandum, artem poeticam codice non contineri. Et *Epodi* sunt *mutili* post X, 8. Pergitur cum Epod. XIV› 12. c) *Carmen saeculare:* H. FLACCI epodon explic̄. incip̄ carm̄ sclare. In calce haec leguntur: 'Q. H. carminum liber IIII. explicit', quippe quae transpositionem testantur. De reliquis duobus Horatii codicibus, qui ad saec. XV et XVI spectant, hic disserendi non est locus. Omnino non magni sunt habenda pretii a subsidia Oberlini, qui, neglecta varietate lectionis a prima manu positae, locos uexatos tantum inspexit, id quod etiam ex eo patet, quod variae eius lectiones ad librum primum Sermonum ne unum quidem folium complent.

†) Diorthosi a scriba ignaro intermixtam esse patet inscriptionem: Q. Hor. f. epodon explic*it*, quam extremam uocem manus multo serior atramento ita correxit (explicítūt), ut esset explic*iunt*. Conf. p. 433.

Quibus cunctantius addo notitiam huc pertinentem, adnotationes ex vetusto MS. aliquo ad PORPHYRIONIS scholia editioni Basil. 1555 bibliothecae universitatis s. seminarii Argentinensis a docta manu adscriptas latere. Quae lectiones atque emendationes ueteribus libris nostris cum ubique fere confirmentur, sicuti illae et Oxonienses a Petro Pithoeo scriptae et Bernenses sub lit. 'A' a me adlatae, nunc non operae pretium sentio eas, quippe dubiae originis atque auctoritatis, tamquam nouum detectum thesaurum in lucem protrahere. Pauca tamen, occasione data, ex iis prius hic depromere placet, quam Quidam, piratarum more qui insulas ab aliis detectas atque obsessas iuuenili ardore, incuria ac non sine quadam adrogantia occupare consuerunt, ut Walth. Scott de Danis dixit, 'took what spoit they could find', magno clamore ac nimia et gloriolae et lucri cupiditate hanc lectionis uarietatem in publicum mittentes inopportunum opus festinauerint.

In titulo autem editionis illius inter quartam lineam (uersum) HELENII ACRONIS, ET PORPHIRIONIS hoc repperitur additamentum:

^'Pomponi Porphyrionis. sic in *uetustiss.* (erasa uidentur haec uel similia: iulian ca ner...) *Fului Vrsini.*'

Primum ea promo, quae adscripta sunt loco S. I, 9, 76: *licet antestari —*, quae uerba Porphyrionem scimus inlustrasse fragmento illo legis XII tabularum, quo de eundem Ursinum disputasse constat*). Sunt autem addita uerbis Fabricii: *Si* **uis** *uocationi testamini, igitur en capito antestari. Est ergo antestari, scilicet, antequam manum injciat'* haecce: 'fugit Lucius Tuscus scilicet', atque pro *Si uis* posita emendatiora: *in ius*. Utrumque praebet, ut de aliis libris hic taceam, uet. cod. Monacensis M.

Post indicem praemissum conlocata est *Vita* illa, quam *quartam* uocaui (u. Fea — Bothe p. XLII): *Q. Horatius Flaccus, poeta lyricus, libertino patre natus — felix futurū posteris omen.* Inscribitur haec uita in illo ignoto codice:

'Vita Horatii per Pomponium Porphyrionem.' Inscriptionem ita conceptam in multis meis codicibus, in quibus uitarum Horatii peculiarem habui rationem, nullam offendi. In M extat: *Vita* **Oratii,** adiuncto lemmate illo (uidesis ed. meam Lips. p. 14):

POMPONI PORI(F)URIONIS COMMENTVM IN *H*ORATIVM FLACCVM etc.

Parr. B (7971) et B[b] (7987) seruant nominis scriptionem sine litera h,

*) Dissertatio critica: 'Ad LEGIS XII TABVLARVM fragmentum primum *De in ius uocatione* secundum uerba tradita a PORPHYRIONE, uetere Horatii commentatore', quam ante aliquot annos conscripseram, mox, spero, in manibus tuis erit. Ad 13 codices, quorum ne unus quidem usquedum adhibitus erat, fragmentum illud emendare conatus sum. Adi Vol. II. s. I.

qua haud pauci carent: 'Vita *Oratii* (*Oracii* B[b]) per Porphyrionem, Italici autem codices, ut Laur. 28, Riccard. 654 et Chisianus ille Feae (II. VII, 229) aliique cum lit. h: VITA *HO*RATII, nomine Porphyrionis non iterato. Plena huius uitae in Chisiano haec est inscriptio: VITA HORATII. FLACCI. POETE. LYRICI. LEGE.

Hanc uitam in codice ignoto nostro excipit illa pars in pluribus uett. codd. obuia, quae inscripta est: '*De satura. eiusdem.*' Incipit: 'Sat*u*ra dicitur carmen apud Romanos, nunc quidem maledictum etc. et sic exit: Alii autem putant dictam a *lege* Satura, quae uno rogatu multa simul comprobat, quod scilicet et in eiusmodi carmina multa simul poemata comprehendantur.'

Dicendum autem est, has notas, quas nusquam alibi commemoratas uidi, ab una manu docti alicuius uiri ex saeculo XVI exaratas esse, quae Porphyrionem inde a prima oda usque ad epistularum finem *ex codice uetusto* emendauit, ut p. 457 lin. (u.) 18 pro *Turrius* (Fabr.) posuit *Curius*, p. 459 lin. 4 *populo* pro popul*us* (Fabr.), lin. 15 *totus* pro *ton*sus (Fabr.), linea extrema lacunam a Fabricio relictam: Vnde illud Graecum . . . . . expleuit per ἀμαθία θράσος, et denique p. 160 lin. 4 pueri*li* autem pro Pue*ris* autem, et u. 7. gra*u*ior pro gra*t*ior. Uti hac lectiones omnes codicibus meis confirmantur, sic plenus est consensus earum, quae a carminibus ordientibus nobis sese offerunt, ut C. I, 1 in argumento *quae* appetantur — pro *qui* app.; Mecaenatem *ait* atauis — pro Maec. atau.; quod *a nobilibus* — pro quod *natalibus*. u. 12. fuit, *cuius* haereditate — pro fuit haereditate; si reg*ias* opes pro si re*gis* opes. u. 22. sacrae aquae *ait* — pro sacrae aquae. u. 31. fere *enim* lyri*ci* carmi*nis;* fontibus *est et* — pro fontibus *et*. Tria denique scholia ad u. 33. 34 et 35, quae ab Ascensio et Fabricio (afh) omissa sunt, tuetur ille ignotus codex cum codicibus meis et cum edd. Romana et Veneta. conf. Vol. I, p. 7 huius editionis.

Quodsi pretium atque auctoritas uetusti illius libri, unde lectiones illae petitae sunt, satis superque tibi probantur, item liquido patet, labore itineris supersedere posse uiros doctos, qui eiusmodi libros uenantur, ut equidem ipse, optimis subsidiis munitus, merito supersedi, nomina modo testium incertae fidei augere apparatumque sic plus nimio inaniter exaggerare. Si ita agere uoluissem, — licebat utique per supellectilis ubertatem —, Editori Pragensi potuissem permulta cedere, quibus simul duas ueterum scholiorum recensiones parare atque exornare potuisset, ut idem reuera duas editiones, alteram scilicet omnibus prioris erroribus et uitiis, peccatis, 'lenibus coniecturis, correctionibus atque emendationibus', apertis lacunis tacitisque inculcationibus refertam, emisit atque in luce conlocauit.

9. Sed transeundum est ad *codices Bernenses*, quos quia primus ego contuli atque accuratius descripsi*), literis numerisque meis signare perrexi. Atque etiam mutatio signorum, ut per omnes constat, subinde errorum mater est.

Ex Bernensibus Horatii codicibus maxime notabilis pro vetustate sua est ille K (B apud Orell.), *omnium quos adhuc cognouimus antiquissimus.***) Equidem eum saeculo VIII adsignaui, Orellius, ut videtur ipse, saeculo VIII exeunti uel IX ineunti exaratum eum esse dixit.

*) In Seebodii 'Neues Archiv für Philologie u. Paedagogik' 1829. N. 56 p. 221 seqq. descripsi 1) Cod. A. n. 21 (b. Orell.) saec. X. 2) Cod. B. n. 508. saec. X—XI (b Baiterus in praef. editionis tertiae p. XIII saeculi XII ineuntis esse dixit). Vix hic liber sub numero 308 (Catalog. Sinneri et Mitscherlichii ed. Carminum) per aliquot annos repperiri poterat; sedulo quaerenti casu tandem mihi se obtulit. Hinc serius in edd. Orell. adhibitus est. 3) Cod C. n. 542 (c apud Orell.). attingens saec. X olim a me dictus est, sed ad XI saeculi exitum pertinere mihi uidetur. 4) Cod. D. n. 619 ex saec. XI. 5) Cod. E. n. 398 spectans ad saec. XI. 6) Cod. F. n. 327 pertinens ad saec. XII. 7) Cod. G. n. 487 saeculo XII literis Gothicis diligentissime summaque cum elegantia exaratus. Folia hoc ordine legere uelis: 8. 1—6. 19. 7. 13. 9—12. 15—18. 14. 20. Epistularum fragmentum tendens a I, 1, 65 usque ad I, 10, 41 (Seruiet aeternum *qui* recte nesciet uti) continet. Praeter alios Horatianos codices, inter quos scholiorum libri sunt: a) 1. n. 223 *Acronem* ad Carmm. Epodd. et Carmen saeculare exhibens. descr. in ed. mea Lips. p. 7. b) 2. n. 516, complectens *Porphyrionem* ad Carmm. Epodd. Carm. saec. Sermm. et Epistt. atque *Acronem* ad Carmina. descr. ibid. p. 12. 16 et 22. 23, in bibliotheca ciuium Bernensium *tria* etiam *fragmenta uetustiora* adseruantur, quae Idibus Ianuariis a. 1830 coniuncta opera mea atque bibliothecarii secundi *Wurstemberg*, qui res diplomaticas me duce tractabat, sub tecto bibliothecae inueni inter folia 709 membranacea, quorum ope (uide Beitr. zur Gesch. der Satt. des Persius Tom. I. p. 478) bonus etiam codex Ciceronis completus est. Sunt autem haec: a) fragm. I uno folio spisso in Folio q. n. constans, ineunti saec. X adsignandum, continens Carm. I, 15, 27 usque ad I, 17, 21. a manu Longobardica exaratum, quae in margine meliores glossas etiam posuit. b) fragm. II quattuor constans membranis quaternis (in IV *to*, ut nunc dicunt), quorum primum et ultimum aliquantum laesa sunt. Primum in altera parte nihil, in altera duodeuiginti ethicos uersus habet ex Horatii epistulis petitos. Reliqua folia Horatium inde ab initio Carminum I, 1—6, 5 praebet et Lib. II, 1—12, 13 odas 8 et 9 coniunctim scriptas. Hoc fragmentum ab una manu exaratum et inscriptionibus et ornamentis cuiusque modi carens olim penes Petr. Danielem erat, cuius nota manus ad initium libri I posuit: '*Horatius*'. Pertinet autem ad saec. XI. c) fragm. III duobus foliis oblongis constans, in prima pagina, quam P. Daniel 'Atticus' inscripsit, Ciceroniana exhibens, quae Horatii Ars poetica sequitur tendens usque ad u. 276 (*poemata tespis*). Spectant haec folia ad saec. XII. d) fragm. IV, unum folium ex saec. XII, scholia quaedam offerens de singulorum Horatii carminum compositione atque initium glossarum in Artem poeticam, quae inscribuntur '*glose poetriae.*'

**) *Codex Augustodunensis*, quem *Haenel.* in Catalogo sub uoce Autun '*peruetustum et intactum saeculi VI*' dicit, non amplius extat, neque saeculo sexto a bibliothecario adsignandus erat sed ad saec. VIII—IX pertinebat, ut ex literis (Auxerre 26 juin 1830) Viri Ven. *Chapet* „de l'Oratoire," (non *Chau*pet, ut operae in Iahnii Iahrbb. V, 12 p. 453 perperam posuerunt), ad quem Parisiis scriperam, cognoui. Cum quorundam pauciorum Horatii amatorum aliquantum interesse putem, adponere hic placet, quae senex ille de hoc codice rettulit, ne tantillo quidem mutato.

Auxerre, 26 juin 1830. Faubourg du petit Saint — martin.

— — — J'y reponds sur le champ, avec le double regret des hazards qui vous ont fait attendre, et du peu de satisfaction que vous recevez de moi dans vos utiles recherches en faveur de la bonne et belle litterature.

Res non tanti est momenti, dicendum autem est, saluo Orellii in rebus diplomaticis iudicio, non solum characterum Saxonicorum rationem, literarum uncialium abundantiam ac membranorum et naturam et formam quaternam aliaque illius aetatis propria apparere, sed etiam plura parerga inesse, quae ad illud ipsum tempus pertinere videntur, ut *Bedae* († 735) atque *Alcuini* sive Albini († 804). Scripta*) horum virorum, qui in monasteriis

Le precieux manuscrit sur l'existence du quel vous me consultez, n'a jamais été en ma possession; mais bien a ma pleine disposition pendant plusieurs jours. Et cela, il y a au moins quarante ans.

J'en sentois le prix dans le même sens que vous. Je me proposois d'y faire un travail suivi, methodique, et bien à fond. Recherches archeologiques sur l'age, au moins presumé par l'ecriture et les autres characteristiques; description entière et minutieuse du matérial; copie figurée d'une page pleine et entière, au moyen d'un exemplaire imprimé que je devois choisir en papier fort à grande marge, et que j'avois sacrifié pour y transmettre scrupuleusement les variantes de toutes sortes, en traitant de lui comme on traite d'une première *epreure* fournie par un Imprimeur.

J'étois seul, et complettement eloigné de toute espèce de secours analogue à mes vues et n'ayant pas même a ma disposition un lecteur qui put m'aider convenablement et sûrement à la comparaison des tentes, et me devant jour et nuit à d'autres occupations très impérieuses pour le moment, et aboutissant toutes aux interêts d'autrui d'une manière très grave.

Je me preparois doucement et de loin, parceque je sentois vivement l'importance du travail projetté, parceque j'aimois mieux y marcher bien que d'y marcher vite, parce qu'enfin j'avois tout lieu de me croire largement maître du temps et de la chose.

Mais voila qu'une mauvaise circonstance, que rien ne pouvoit me faire craindre, m'enléve brusquement le manuscrit, sans me laisser le loisir d'en prendre la moindre note soit descriptiue soit foncière, et sans que j'aye eu, depuis, les moyens un peu sûrs d'y suppléer de memoire. Et il y a quarante ans de tout cela!

L'ignorance avec ses longues oreilles a porté ce manuscrit à Paris, et l'a vendu à je ne sais qui et je ne sais comment!

Voila, Monsieur, tout ce qu'il m'est possible de vous en dire. Je crois pourtant pouvoir vous ajouter qu'autant que je puis me le rappeller, l'ecriture, très nette et très lisible partout, etoit la Carlovingienne *du* 8[e] *ou* 9[e] *siécle*, avec une onciale en tête de chaque vers, d'une autre encre, et tenue à une distance regulière de la suite du vers.

Mes regrets sur ces malencontres ont été très vifs dans le temps. Aujourd'hui ils se renouvellent avec plus de force et plus d'étendue que jamais. Le travail dont je me faisois fête etoit précisément et de tout point celui que vous reclamez. Et j'aurais le plus grand plaisir du monde à vous en faire le complet hommage. Pour ma consolation, permettez moi de crier douloureusement au vendeur, quelque part où il se trouve: habeat Deos semper iratos.

Au surplus, *il y manquoit depuis très long temps un cahier tout entier au* 2[d] *Livre des Satyres.'* — —

*) 1. 'Incip̄ lib̄ (liber) historiae gentis aediti (editi) a *beda* p̄sbyto̅. Nu̅o̅. V. libri. INCIP. prologus. Gloriosissimo regi *ceoliulfo* beda famulus XP̄I (Christi) et p̄sbyt̄. historiam gentis anglorum ecclesiasticam quam nuper *ed*ideram libentissime desideranti tibi rex et prius ad legendum ac probandum transmisi satisque studium tu*e* sinceritatis amplector.'

2. '*Alcuinus* de rhethorica (sic) *casio*dori
C̄. CONSVLIS CHIRII FORTunatiaNI. IN̄C̄. ARS RHETHORICA PER PERSIN. & APOKRISIN. Id̄ (id est) per interrogationem et responsionem more augustini & donati gram̄atici ut per .VII. CIRCŪNSTantias (sic) ARTIS rhetoricae artem Rhetoricam Rhetores. continua locutione per singulas regulas Noscant.'

et collegiis Angliae atque, quod de Alcuino verum est, post annum 782, quo Caroli Magni invitationem sequebatur, Franciae tantam habuerunt vim atque auctoritatem, dum inter uiuos erant, frequentius transscribebantur itaque et honoris et utilitatis causa multiplicabantur. Et, quod rarum est, ipsorum codicis scribarum nomina conspiciuntur in marginibus folii XI notata: 'probatio penne *Godescalc**) et: 'Ego sum mater litis nil sū nisi peritis. *Volcbreht* me scripsit.' Hi igitur monachi totum uolumen conscripserunt, quod 196 folia complectitur, quorum 20 (165—185) bipartitis diuisionibus aut tripartitis Horatiana exhibent. Priora 141 folia offerunt Ser*g*ium (sic pro Ser*ui*um) in Bucoll. Georgg. et Aeneidos libros priores integros atque in septimi initium INCIPIT EXPOSTIO SERGII GRAMA- TICI IN B͞V͞COLICON & IN LIBROS GeORGICON ATque. aeNe*adum* Bocolica ut fertur inde dicta sunt a custodia boum id est απο. τωN. BoYoλωN (sic) et q. seq.

Vetustus hic Seruii codex fol. 141ᵃ ex industria mutilus est relictus, quippe nullis foliis absumptis. In margine folii 32ᵇ, quod Commenti Seruiani in lib. V Aeneidos initium praebet, haec uocabula Anglo — Saxonicae originis scripta leguntur:

brigit dx̄ isel friart (fri*d*art Or.) tailciud.
frigar*gg*. caīth. (*cai*th Or.) a uuair. chachoim̃.
dodgēna ramlid bid reid riam iach.
namreid. Conferas Orellii praef. p. V.

Exit autem Seruius in Aen. ita: 'Percurrens tel. ā manu percurrens aut qui apud maiores stantes texabant ut hodie linteones uidemus. est autem homeri qui ait. ICTOHN. HYXOMENH. gemitae iraeque ENΔYAΔYN. (sic) gemitus irascentum leonum sera sub nocte, quasi ea. Lemma extat: FINIT bocolicoN.

Alia quae hoc libro uenerabili continentur, ut EPITAFIŪ ĩeNtii, Epitā u*i*rgilii (sic), uaria ex *Dioscoride,* ex *Ouidii* Metamm. lib. I ab initio (haec pars uno tantum folio et dimidio constat) hic omittens, non possum quin duas res significem, quae ad aetatem codicis certius constituendam aliquid contribuere possunt: 1. In folii praemissi illius pagina 2. quae in quatripartitis diuisionibus indicis uetusti partem ad librum physicum (Dioscoridis?) spectantem praebet, *de uino bono,* cuius 28 species adferun-

*) Hic Godes*calc* dubito an idem sit atque Godes*calchus* ille, qui 'uerborum Graecorum flagitauit rationem' ab *Lupo Ferrariensi, Herici* siue *Hei*rici aliorumque doctorum monachorum saeculi IX magistro antiquitatis doctrina clarissimo. Lege epistulam XXX Lupi ad Godescal*chum* datam fol. 40. ed. Papirii Masson. Paris. 1583. 8. Conf. O. Iahn. Prolegg. in Persium p. CXXIX.

tur, *de lotura plumbi. de molibdena. de calcanto, de sulfure, de pumice.* de *sales* (sale) etc., haec in fine *a prima manu* posita reperiuntur:

CLXXXIII. fin

Lib quinti de

Quae uerba folii labe imperfecta utrum annum 783 significare possint, tu tecum reputa. 2. Deinde quaeritur, sintne alicuius momenti in hac re uersus aliquot, quos ex eorum numero eligere lubet, qui in folii penultimi pagina 2 traditi sunt:

a) *hlotharii* uersus:

Rex putate uigil nostros miserate labores
Permotus elegis quaestibus affer opem
In te mater enim penes īclinata recumbit
Et pia distribuit iura *Sophia* tibi. —
— — Regia nunc nouitas extulit aucta caput
In dia quos tremuit seruiuit et ultima *thyle*
Nos sr̄as equidem religione pia
Perfida colla tibi flectentur iure superbi.
Mens humilis subdet perfida colla tibi etc.

b) uersus ex parte quae inscribitur '*praefatio*' et reditum pastoris (episcopi?) canit, cuius nomen *Tado* fuisse uidetur.

Desere corda dolor cum sint en gaudia nobis
Noster adest gemor. desere corda dolor.
Gloria nostra redit dementia lu serena
Cuncti laetemur gloria nostra redit.
Cedite uos tenebrae tenebrarum cedite nubes.
Dum iubar est praesens. cedite uos. tenebrae.
Pastor amoenus adest. pastores ducite dona.
Pastores ueniant. pastor amoenus adest.
Orbis ab urbe uenis patriae (sic) euge reuersus
*Tado* decus*) ////orbis ab urbe uenis.
Sunt tua rura tibi salue sol sole salutis
Urbs est metropolis. sunt tua rura tibi.
Te uocat *ambrosius* dm̄ (domini) domus ae////ua sedes.**)
C̄cs†) tad tuus te uocat ambrosius etc.

c) In pagina extrema leguntur uiginti duo uersus inscripti '*De leodfrido.*'

Culmen honoris aue magno de semine magnum.***)

*) 1 m. posuit uar. lect. uel sr̄ uo. in rasura.

**) 1 m. posuit uar. lect. uel *ae*.

†) Celsus?

***) man. 1 adposuit uar. lect. *uel celsum.*

Carpe uias uitae culmen honoris aue.
Te decet omne decus bonitas bonitate tonantis
*Dux leodfride* potens te decet omne decus
Pax tibi sitque salus redi per marmora salsa
Per mare tutus eas. pax tibi sitque salus.
u. 11: Pollet ubi populus caelesti lumine†) gaudens
Sis caeli ciuis. pollet ubi populus.
u. 17: Sanctus et ambrosius te ducat etc.
u. 21 et 22. Optime ductor aue dicat polus undaque tellus
Cuncta elementa sonent. optime ductor aue.

Iam aliquoties equidem uberius de hoc codice disserui: 1. In 'Neue Iahrbücher für Philol. u. Paedag. VIII. vol. XXII, 3 (1838) p. 338—349, ubi quosdam errores Orellii in descriptione atque in lectionis uarietate correxi et ipse primam *collationem eorum quae ex Arte poetica atque ex Sermonibus insunt,* publici iuris feci. 2. In libello meo de Codice Heiniano siue Barcellonensi p. 16—19, de ueteribus accusatiuis in *is* et de aliis huius libri scripturis dixi.

De indole et uirtute codicis plenius in historia textus q. u. critica Horatii dictum est.*)

10. Supersunt *codices Parisienses,* quorum maior pars, quantum equidem scio, adhuc ignota latuit. Quos quia in locis difficilioribus, ubi lectio Acronis uel Porphyrionis constituenda erat, non raro, ut par fuit, in partem, uocaui, etiam de his breuiter disserere mei officii duco.

Vetustiores codices, ut constat, *Ch. Vanderbourg* maximam partem circumspectius quidem, inpari tamen diligentia et cura ad Carmina examinauit atque anno 1812 una cum translatione Gallica emisit. Quam ad Sermones atque Epistulas una cum Arte po. congessit breuiorem uarietatis lectionem locis uexatioribus ex codicibus suis enotatam in bibliotheca Domus tum dictae *Chambre des Députés* repperi. Adhibuit autem codices

†) man. 1. supra scripsit uar. lect. *uel munere.*

*) Ad consolandos placandosque uiros doctos eos qui me minari nouem uoluminibus Horatianis orbem eruditum publice ludere gestiunt, cachinnos quos ipsi sustulerunt et aliis commoturi, iterum dico atque declaro, Horatiana mea, diis bene iuuantibus, ex otio literarum iam demum liberiori deinceps euulgatum iri: 1) Duo uolumina compl. *Commentarios Acronis et Porphyrionis;* alterum iam sub prelo est. 2) Duo volumina compl. *Horatium ipsum recens. ad codices a me adhibitos.* 3) Unum volumen contin. *historiam q. u. criticam Horatii,* in quo et codices et edd. saec. XV describuntur et diiudicantur. 4) duo volumina compl. *indices* a) rerum et uerborum b) nominum propriorum et scriptorum, *in quibus omnia fere uocabula et nomina ex ipsis codicibus inlustrantur.* Denique 5) duo uolumina offerens *praestantiora scholia ex codicibus a me transscripta.* Sani uiri non ridebunt, eos autem, qui studium detrahere et rem meam, quam *Alex. Humboldt,* Vir summus, in literis ad me datis magnam et pulchram uocare dignatus est, sic temere adiuuare pergent, 'tamquam inperitos uel pusillanimes' (Sidon. E. VII, 17) spernere licet atque aspernari.

*octodecim*, quorum ultimus tamen 'V.' n. 3260, liber perbonus, Romam reductus et Bibliothecae Vaticanae redditus est. Sub hoc numero codicem saepius poscenti inspicere ibi non mihi contigit. Aug. Mai codices 3257. (saec. XI). 3258. 3259. et 3261 lubenter adtulit, — tres etiam uetustissimos, Succouatt. saeculi X, in ultimis hebdomadibus —, hunc reducem ignorabat.

Iam dicendum est, me literas, quibus Vanderbourg codices signauit, ubique seruasse, hinc inde tantum, ubi opus esse uideretur, addens numeros quoque F. G. *Pottieri* (Paris 1823), qui multo leuius rem suam egit atque *totum apparatum Parisiensem* modo prorsus falsum modo parum accurate enotatum atque adeo incertae saepius fidei, ut ex multis exemplis in hoc uolumine a me magna officii conscientia adlatis patet, *in septem folia coegit.* Addidit autem hic uir doctus, aucturus, ut opinor, saeculorum seriorum testimonia, *quinque codices*, qui Artem po. Epistulas et Sermones exhibent atque (8218) ad saec. XIII, ad saec. XIV (7980. 7981 et 7982) uel etiam ad saec. XV (7984) pertinent.

Quid de *Jos. Valarto* hic dicam, qui *'ad fidem LXXVI codicum'* editionem suam Horatii (Paris. 1770) parasse in titulo adfirmat, duos tantum adferens, unum n. 7977 (I = 9) p. 311, alterum n. 9219 p. 317. 318, quem nusquam inuenisse doleo propter locum illum Serm. I, 6, 126: — *campum lusumque trigonem?*

In *Bibliotheca Imperatoria**) uiginti tres codices nondum sunt adhibiti, quos hic enumerare neque iuuat neque lubet. Insuper codices quattuor, qui *scholia* in Horatium praebent, hic sunt nominandi: 1. R = 7988, *Por-*

*) Ex *Imperatoriae Bibliothecae* pretiosis septem uetustioribus Horatii codicibus (A=1, B=2, C=**5**, D=4, E=**3**, φ=6 et γ=7), quorum inuerso Vanderbourgii ordine nescio utrum Pottierus aetatis uarietatem indicare uoluerit, *Gallicorum antiquissimus* est n. 7972, uet. num. 5547, 'ex Mss. bibliothecae Io. Iacobi *Mentels*', supra dictus E=3. conf. Vanderb. p. 39. Pertinet enim ad exitum saeculi IX, exaratus, ut uerisimile est, si non sumptibus, tamen tempore Ludouici Secundi, cuius epitaphium († 875) ex octodecim uersibus heroicis constans inter Carmen Saeculare et Epistulas, in folio 86, *a prima manu* positum legitur. Praemissa sunt quattuordecim elegiaci uersus, quorum sex priores *Lanfranci* sacerdotis cuiusdam epitaphium exhibent, posteriores *Arnaldi* presbyteri, ut opinor, eiusdem aetatis. Lanfrancum sacerdotem caue ne confundas cum clariore illo scholastico, qui archiepiscopi Canterbur. munere fungens anno 1089 mortuus est, hunc uero *Arnaldum* noli eundem putare atque eximium illum, de cuius morte († 1155) ego tragoediam historicam scripsi 'Arnold von Brescia' inscriptam atque meis sumptibus a sociis Giesecke et Devrient impressam. Vide tu, certine aliquid ex initio horum epitaphiorum quae sine inscriptione uel interuallo se excipiunt, deduci possit atque enucleari. Ecce initium:

a (u. 1. 2): Non ullis meritis sed *sola uoce sacerdos*
Hic mea *lanfrancus sordida* menbra tego etc.

b (u. 7. 8): *Hungrorum cecidi crudeli uulnere fossus*
Presbyter *arnaldus* uirgo maria tuus etc.

Caeterum tamen dicendum est, perbonos codices A et B proxime accedere ad eandem aetatem, qua de re copiosiorem habebis oxpositionem in historia textus q. n. critica, ubi codices, quos inspexi atque adhibui, accuratius descripti et diiudicati sunt.

*phyrion* integer et *Acron* in Carmina. 2. D[r] = 7986. *Acron* in Carmm. Epodd. et Carm. saeculare. 3. B[b] = 7989, *Porphyrion* in Carmm. Art. po. Carm. saeculare. Epodd. et Sermones. 4. 7985, chartaceus, *Acronem* in Carmm. Epodos, Carm. saeculare, Art. po. atque in Sermones a lib. I, 1—II, 7 exhibens.

Porro tres sunt in Bibliotheca Armamentarii (*Bibl. de l'arsenal*), *unus Sorbonnensis* 1579. (R = Recidu 562) ex saec. XI, liber integer Sermm. Epistt. Carmm. Art. po. Epodos et Carm. saeculare complectens, *unus St. Victor* ad saec. XII spectans et Epistulas, Sermones usque ad II, 2, 29 atque iterum Sermones integros continens. Hic *Codex Victorinus* non potest idem esse, quem Valart laudat p. 305 ad C. III, 21, 12; odae enim in hoc uolumine non continentur; ex bibl. eccles. Par. *unus, Fonds de notre Dame* M. 9; in fol. I notatum est: à l'egl. de Paris 9.' pertin. ad saec. XII. integer Carmm. Epodd. Carmm. saec. Art. po. Epistt. et Sermones continens. In codice scriptum est: 'ex dono Dni Gagne de Perigny, Canonici Parisiensis 1734 (D. 184); *unus codex S. Germani a Pratis* n. 1167. 3 (uet. num. 15) saec. XII exaratus et Carmm. Epodd. Carmen saec. Art. po. Sermm. et Epistulas usque ad I, 7 continens, ac denique *unus in Bibl. Stae Genouefae (St. Geneviève)* γ. 2. saec. XIV exaratus, codex integer, complectens omnia Hor. opera hoc ordine: Carmina, Epodos, Carm. saeculare, Artem po., Sermones et Epistulas, olim 'ex libris du moulin Henriet 1682.' In eadem bibliotheca adseruantur etiam sub 8. γ, 1: '*Nic. Nancelii* Trachyeni Nouidunensis Commentarii in Q. Horatii Flacci lib. *de arte poetica,* ab eo editi dum Regis Hispaniae stipendia mereretur et deinceps aucti.' Constat hic liber erudite scriptus foliis 529 quaternis. Priuilegium inest datum '*Lutetiae* 1579 *postridie Non. Septb. — Nancelio ordinario Illustriss. Heroidis Eleonorae Amitae regiae Medico.*'

11. Addendus est *Batauorum* Horatii codicum, nisi magnopere fallor, *antiquissimus Franekeranus* siue *Franequeranus*, de quo alibi copiosius dictum iterumque dicendum est. Duae huius perboni libri *collationes* adseruantur in *Bibliotheca Bodleiana Oxoniae*, altera accurate facta a Iano *Broukhousio* atque adscripta marginibus editionis Lugd. apud Ioann. Tornaesium 1561, 4 (Lambini), altera auctiore et correctiore post illam facta a *Tollio* atque in ed. Antverp. ex officina Plantiniana apud Joann. Moretum 1608, 4 (Torrentii) deposita. Broukhusius ante Lib. I notauit haec: 'Contuli cum Codice Ms. *satis antiquo* qui Codex est Bibliothecae Franekeranae A. CIƆIƆCCV (1705) mense Octobri. Ianus Broukhusius.' Tollius eodem loco eadem uerba praeter nomen illius V. D., in ed. illa posuit: 'Contuli — Octobri', ita ut omnia tibi descripta ex libro Broukhusiano uideri pos-

sint, praesertim cum uterque V. D. eosdem locos et uerba praebeat eademque notauerit scholia uetusta. Quod tamen non factum apparet et ex inscriptionibus, quarum nonnullas omisit Broukhusius, ut primam primo Carminum libro datam: QVINTI FLACCI HORATII CARMINVM LIBER. I., et ex ipsa lectionum uarietate, ut C. II, 3, 26; 16, 25; IV, 4, 65 etc. Hoc utique certum est, Tollium ante oculos habuisse ipsam Broukhusii collationem, quam supplere, corrigere atque augere sumpsisse sibi uidetur. Est autem hic uetustus liber eiusdem fontis et familiae putandus cum codicibus Pariss. Bφ atque Blandinianis, quantum hos cognoscere licuit.

---

CORRIGENDA in hoc uolumine haud pauca esse uehementissime doleo, atque indulgentiam iudicum aequorum enixe petere meum est. Quorum tamen nullus negabit uerum esse, in eiusmodi scriptis tanti utique laboris tamque spinosae curae, in qua religiosi, ut ita dicam, oculi pertinaci inflammatione identidem laborant, ideo quod ab operis Latini sermonis plane ignaris neque, sententiis et testimoniis terque quaterque correctis, uel post aliquot menses paululum exercitatioribus in ponendis et literis et numeris adsiduitate maxime operosa perficiuntur, errores atque errata magis minusue grauia plane ineuitabilia esse mala. Sed cum quisque mecum sentiat, quanto correctiorem tanto meliorem atque utiliorem esse eius modi librum, plurima, quae inueni, adscribam errata, in quibus colligendis usque ad pag. 85 *Hirschfelderus*, supra dictus uir doctus, pro humanitate sua benignum mihi tulit auxilium.

**pag.** 5. **uers.** 2 emendatio mea operae incuria facta est obscura. Lege: quia illi (filis?) debemus substantiam (substamina?), unde sumimus (suimus?).

**pag.** 108. **u.** 5 et 28. Hunc difficiliorem locum (C. I, 27, 19) in notis uberius tractare non licuit. In constituenda uera eius lectione haud parui momenti P o r p h y r i o n i s est a u c t o r i t a s. Codices Porph. MR et rva habent q u a n t a labo*ras* C h a r y b d i, omisso inter *laboras* et *Charybdi* uocabulo aliquo, quod uersus requirit. Praepositionem aliquam uiri docti desiderarunt, alii, ut *Aldus, Pithoeus, Bentleius, Pottierus, in,* alii, ut nuper in amico conloquio *Gustauus Wolffius ab,* quod defensurus etiam erat loco illo Hor. S. I, 4, 26: 'Aut *ab auritia* aut misera ambitione laborat', ubi aequalitas uerborum iuncturae recentiorem lectionem *ab auaritia* pro *ob auaritiam,* quod optima auctoritate omnium fere uett. codd. munitum est, inducere quosdam iussit. Atque etiam dicendum est, poetas Latinos in usu uerbi *laborare*

praepositiones omnino euitare. Horatius hoc uerbum saepius, et quidem uel absolute uel cum ablatiuo atque etiam cum infinitiuo adhibuit et semel (C. I, 17, 19) simili intellectu dixit: *laborantes in uno.* Vergilius contra uerbum *laborare* haud dubie respuit, etenim ter tantum in operibus suis eo usus est et alia omnino acceptione: G. III, 193: Sitque '*laboranti* similis', atque bis particip. pass. *laboratae* adhibuit: A. I, 639 et VIII, 181. Caeteros aurei aeui poetas iam non curo, quamuis in ne uno quidem uel *laborare ex* inuenerim, quod pedestri oratione plerumque aut certe frequentius communi intellectu dicebatur. Locus autem noster iam antiquitus esse deprauatus mihi uidetur. Maior enim pars ueterum codd. tuetur imperfectum *laborabas,* quod cura potissima *Orellius* amplexus est, coniecturam labora*bis* acrius reiciens crimine: 'labora*bis* *Paldamus,* imperfectum haud intelligens.' At uero mihi persuasum est, Horatium hoc loco sententiam non per imperfectum enuntiasse. Et antiqui codices, ut Par. A, infra ḅạ, aut, ut Bern. A, sub ạḅ ostendunt, id quod indicare nobis uidetur et suspicionem mouere, scribas in codicibus, quo uterentur, ante oculos habuisse *laboras.* Praesens *laboras* quidem in paucioribus tantum libris, quorum magna pars serioris aetatis est, pure scriptum offenditur, ut MRV (Vanderb.), quibus Pottier unum ex saec. XV (23=7984) adiunxit. Uterque inter alios neglexit cod. I (=9), qui habet laboras, suprapositis tamen a 1 manu literis *ba.* Valart p. 301 in 13 codicibus *laboras* uidisse fatetur, summatim scilicet more suo numerum, non libros ipsos singulos dicens. Inter Pariss. recentiores codd. *laboras* etiam notaui ex bono illo Genou., porro ex quinque Oxoniensibus, inter quos, teste etiam Babingtone, Reginensis et Magdal. (saec. XIV), et ex 9 Harleianis, quorum β (3534. caec. XII) et ξ (2642. saec XV) etiam rasura deletas literas *ba* ostendunt. Haec lectio in edd. saeculi XV *) inde a principe usque ad Locherianam ita praeualuit, ut in tres tantum *laborabas* receptum sit, in Neap. 1474, Lav. (Lauagna 1476) et Con. (Conda Petr. 1479).

Utut haec testimonia accepta tibi sint, maior iis accedit auctoritas ex Porphyrione.**) Minoris tamen momenti mihi ipsa est eius explicatio: 'significans, illam, *quae ametur,* procacissimam scelestissimam-

*) In ed. Mediolanensi (Zaroth.) a. 1474 Pithoeus inter *laboras* et *Charybdi* posuit praepositionem *in.*

**) *Acron* nihil ad rem protulit. Ex codicibus adpono lemma, quod breuius est, et totum scholion: '*Miser, quanta.* Ostendit, illum quasi in aurem sibi esse confessum, *quam amaret,* et cum exsecratione miratur, quod sic in procacem et rapacem uel sceleratam mulierem amor eius inciderit.'

que esse,* quam ratio, qua *in scholio atque in lemmate* adlata sunt Horatii uerba: *a, miser, quanta laboras Charybdi.*

Nunc quaeritur, quid causae sit, quare Porphyrion uerba Horatii sic scripserit. Hanc causam simulque cum ea ueram lectionem et medelam huius uersus inuenisse arbitror. Quid enim? Porphyrion non opus duxit *interiectionem a,* quae sic se habet principio sententiae in K Fran. Parr. Aγ et E (in hoc 2 m. suprapo. lit. h), modo scriptam iterum ponere. Quae simplex ratio si uera est, lectio Porphyrionis fuisse debet haec:

— — A! miser,
Quanta *laboras a!* Charybdi, —
Digne puer meliore flamma! —

Sic clara mihi uidetur sententia simulque omnis difficultas et in Porphyrionis et in Horatii libris sublata. Horatium interiectiones duplices et coniunctim positas et separatim iteratas amasse dubitari nequit. Coniunctim positam A, a! cognouimus Epod. V, 71. Bernn. KC h. l. interiectionem plane omiserunt, Bern. A autem et Par. γ semel tantum habent, ita adeo, ut non solum interpretes sed etiam scribae repetitam interiectionem interdum supprimere et omittere solerent. Atque eadem ratio est interiectionis *heu,* qua saepius utitur Horatius aut coniunctim posita aut separatim repetita, ut: IV, 6, 17:

Sed palam captis grauis, *heu*! nefas! *heu*!
Nescios fari pueros Achiuis
Ureret flammis etc.

et XI, 21: Ad non amicos, *heu!* mihi postes, et *heu!*
Limina dura etc.

Nomini autem grauiori, ut nostro loco factum uidemus, et haec interiectio a poeta nonnumquam anteponitur, ut XVI, 11: *heu! cineres* insistet uictor etc. XVII, 14: *Heu! peruicacis* ad pedes *Achillei.* conf. III, 2, 9; 11, 42 et III, 11, 18, ubi proposui: *heu* (siue *hei*) *et usque Spiritus teter, saniesque manet Ore trilingui.* —

**p.** 124. 21 et **p.** 125. 14. C. I, 32, 15: O decus Phoebi, et dapibus supremi
Grata testudo Iouis, o laborum
Dulce lenimen, mihi *cumque* salue
Rite uocanti!

De hoc quoque loco difficiliore et uexatiore supra cum per finium angustias neque possem neque uellem latius uberiusque disputare, iam, cum

*) Ex hoc Porphyrionis scholio deriuatam, hoc est, extractam esse apparet Acronis glossam dubiae fidei et auctoritatis: '*cumque.* Quandocumque.'

liceat et opportunus dicendi sit locus, paulo copiosius loqui, *propter Porphyrionis auctoritatem* meum est. Hanc auctoritatem, in priore loco quam deducere indagando et conparando ipsa re incerta inpellebamur, nunc simili discrimine rerum aut defendere et fortiter tueri coacti sumus, aut, ubi necessarium putabimus, si non subuertere, certe tamquam minoris pretii reicere et ad certum quoddam iudicium reuocare.

Scholion Porph. in uetustioribus libris ita se habet: *mihi cumque s. r. u.***) *Cumque* pro *quandocumque* positum est, ut sit: O dulce lenimen mihi quandocumque te rite inuocanti (recc. codd. et edd. *uocanti*, uocem Horatii, habent).

Notandum est, in scholio *salue* verbum ab omnibus libris omitti, ita ut datiuus *mihi* non ad *salue* sed ad *dulce lenimen* pertinere putandus sit; potest autem error esse a principe codice in seriores libros propagatus.

Grauissimam autem huius loci uocem, quae tantopere tot uiros doctos uexauit, omnes merito putant *cumque*, cuius in aeuo aureo usus ideo magna quaestio est, quod ad unum omnes et Horatii et Porphyrionis codices, qui hanc Carminum partem continent, raro consensu eam tuentur. Quaeritur ergo, num *cumque* particula absolute adhibita, ita ut neque tmesis adesset neque uerbum sequeretur, Horatii aetate pro *quandoque* siue *quandocumque* in usu fuerit. Quod alii (conf. Hand. Tursell. II, 174) negarunt, alii et Porphyrionis et Horatii auctoritatem seruare conati sunt maiore studio et pertinacia ducti quam testimoniis muniti et rectis nixi rationibus. Inter hos praecipue nominandus est *Gasp. Orellius* illum usum quinque locis Lucretii II, 21. 143. V, 343. 567 et VI, 85 conprobare laborans, qui haud magis veritatis aut similitudinis speciem gerere videntur atque locus ex Cod. Theodos. XII, 6, 32 a Cuningham. in Animaduerss. p. 420 adlatus: *Aurum siue argentum cumque a possessore confertur* etc., quo *Hugo* Iur. Anteiur. II, 884 ex Cod. Justinian. omni iure ueram lectionem *quodcumque* reduxit. Illi ne hac fallaci probabilitate fallerentur, lubricam coniecturarum viam ingressi sunt. Unus eorum *Goettlingius* proposuit: *Quale* lenimen mihi *cumque*, tmesi creata usum loquendi seruaturus; plures in particula *cumque* uitium latere opinantes uaria temptauerunt. Equidem aliquando Berolini morans excogitaueram hanc medelam:

o laborum
Dulce lenimen *melicumque* salue
Rite uocanti,

quo *laboribus* adiungeretur uel opponeretur gratius testudinis officium

**) Exigua res neque tamen in loco uexato contempnenda est lemma ex M a Halmio ita exscriptum: *mihi rite salue cumque uocanti.* Q p. XV de hoc tacet.

melicis modis (Lucret. V, 335: melicus sonus. Tib. IV, 4, 69: *sonora* cithara. Hor. C. I, 12, 11: *canoris* fidibus etc.). Datiuum *melicoque* i. e. *lyrico poetae* Diis Olympicis respondentem serius praeferebam, putans Porphyrionem participium *uocanti* explicasse per *quandocumque inuocauerim*, parum tamen mihi satisfaciens. Dicendi autem hic locus est, *Carolum Lachmannum* Codices meos Horatianos apud me inspicientem temptamen meum, qualecumque est, incitasse ad procreandam insignem omnino multisque VV. DD. acceptam coniecturam: *medicumque salue*, quae tamen id non exprimere mihi uidetur, quod aut senserit poeta, aut quod scholiastae eum exprimere noluisse tradiderunt. Namque eo intellectu, quo Sil. III, 30 adiectiuo *medicus* usus est, hoc loco, quem agimus, idem accipi auctor emendationis non uoluit. Deinde postea cur Porph. u. *medicum* non exposuit? Ex eadem ratione *Hamacheri nitidumque* mihi displicet, ac genitiuus substantiui quidam multo magis quam tale adiectiuum qualitatis sensum nostrum oblectaret. Rectam emendandi uiam ingressum censeo *Hirschfelderum* (uide supra p. I.), qui *mihi ubique salue* obtulit eadem significatione dictum intellegens, qua Hor. S. II, 5, 23 ac tribus Vergilii locis, qui facile adaugeri possent. Bene sic seruatur datiuus, qui in totius sententiae iunctura necessarius est. Datiuum *mihi,* quem uiro docto usus Graecorum χαῖρέ μοι postulare uidetur, tueri etiam potest locus Verg. A. XI, 97:

— *salue* aeternum *mihi,* maxime Palla,
Aeternumque *uale.*

Nihilo minus tamen non possum, quin, motus et integrae causae consideratione et literarum similitudine, mea opinione rationem ueritatis et fidei a nullo abiudicans, in prima a me olim ad hunc locum facta coniectura, quam Hirschfeldero pro amica consuetudine per literas exposui, adquiescam, scribens ad sustentandam propemodum uacillantem et Porphyrionis auctoritatem, qui (ubi-) *cumque* pro *quandocumque* positum dixerit, et aeque libenter ipsius Horatii, quem *ubi*cumque pro *quando*cumque ut Ouid. Am. III, 10, 5 adhibuisse mihi ratum atque persuasum est: *mi͡ ubicumque salue Rite uocanti,* pro *mihi ubicumque* etc. Elisio rara. conf. *me*: III, 29, 5 et Epod. V, 9. *te:* C. II, 3, 6.

**p.** 479 **u.** 15. Epod. VII, 15 (Porph.). Pro lect. uulg. *Elegans otiositas,* quae nihili est (otiosi*tates* edere Sidon. E. II, 10) scribendum uidetur: Elegans *taciturnitas,* ut Cic. Quint. 5: taciturnitas *testium,* minime uero tu, ueterem H. Stephani librum sequens, tempta: Elegans *iocatio,* aut ele*ganter* et ioco*sius*; nam hic non est *iocandi genus elegans* (Cic. Off. I, 29).

**p.** 496. **u.** 12 ad Epod. XII, 8. *Penem* tam *mulieris* — —, quem et ueteres et nostrae aetatis medici, quorum plures hanc ob rem consului,

omnino ignorant, ad unum omnes libri tuentur, atque haec res singularis humanae curiositatis ne unum quidem editorem offendit neque etiam uirorum anatomiae peritorum uel adtentissimum eorum adtraxit animum, qui lexica et uocabularia maxima religione et diligentia conficiunt: omnes, exceptis iis scilicet, qui Porphyrionem omnino neglexerunt, aut librorum auctoritate capti aut pudore et horrore quodam a turpibus et foedis rebus uenereis, quibus hoc carmen abundat, deflexi et quasi deterriti fuisse uidentur. Emendatio mea: *Penem pro inguine tam mulieris quam uiri posuit* omnem difficultatem dirimere uidetur, et rei et loquendi usui satisfaciens. In adnotationibus tacere coactus eram, testimoniis cunctis consentientibus, correctionem tantum meam, ne quibusdam rem, ut ab aliis factum est, euitasse uel neglexisse uiderer, uncis includens.

p. 512 u. 18 et p. 518 u. 11 ad XVI, 36. 37. omissa sunt *scholia ex* γ: '*et expers uel exspes* (1 m.) i. aut omnes eamus aut pars quae est indocili grege melior i. prudentiores. *mollis* autem *pars* et *expers* rationis loco resistat. et *expers* dicitur sine parte. et *expes* sine spe et *exlex* sine lege. *Eamus omn.* hoc dicit autem (l. aut) omnis ciuitas proficiscamur. aut pars quae est melior uulgo. *Indocili.* indocilis enim erat pars illa et imperita quae hic remanebit. *execrata.* cum *exec*rati fuerimus hanc ciuitatem. *melior.* maior. *grege.* pro populo. *mollis et expers.* quo (qu*i* uel quo*d*?) est iners et *sine spe* remaneat in ciuitate.' (ergo *expes uel exspes* uetustior est lectio).

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| **pag.** | 1 | **uers.** | 10 | *lege* | alii *pro* alli |
| - | 4 | - | 4 | - | Verg. (G *pro* Verg. (6 |
| - | — | - | 5 | - | 19 *pro* 29 |
| - | — | - | 12 | - | oculos *pro* oculus |
| - | — | - | 28 | - | VI, 1222 *pro* IV, 1220 |
| - | — | - | — | - | fida *pro* et fida |
| - | 5 | - | 2 | - | illi (filis?) *pro* illi filis |
| - | — | - | 30 | - | 6 *pro* 5 |
| - | — | - | 38 | - | Polymneïa cantat. |
| - | 6 | - | 31 | - | Porfurionis |
| - | — | - | 37 | - | 29. *pro* 29 |
| - | 7 | · | 3 | - | VII, 261 *pro* VII, 26r |
| - | — | - | 39 | - | 24) *pro* 22) |
| - | 8 | - | 8 | - | III, 610 *pro* IV, 610 |
| - | — | - | — | - | 876 *pro* 276. conf. VIII, 701. |
| - | — | - | 20 | - | 394—395) *pro* 294—295) |
| - | — | - | 24 | - | VIII *pro* VII |
| - | — | - | 40 | - | C. et Verg. *pro* C. II. et Verg. |
| - | 9 | - | 3 | - | G. I, 62 *pro* B. VI, 61 |
| - | — | - | 4 | - | I, 84 *pro* I. 48 |
| - | 10 | - | 6 | - | uxorius *pro* uxori |
| - | — | - | 12 | - | (Statius Theb. II, 244) pro locis Verg. |
| - | — | - | 29 | - | dicitur *pro* dictur. corrige numeros notarum. |
| - | 11 | - | 31 | - | om. 3) |
| - | — | - | 32 | - | 5 *pro* 7. |
| - | 12 | | 2 | - | I, 11 *pro* II, 11. |
| - | — | - | 26 | - | Ante notas pone: PORPH. |
| - | 13 | - | 27 | - | Vultus *pro* Vultum |
| - | — | - | 41 | - | bellic.) *pro* bellice,) |
| - | 14 | - | 31 | - | Ante notas pone: ACRON. |
| - | — | - | 33 | - | Sic te *pro* Sic se |
| - | 15 | - | 5 | - | Ouem *pro* Quem |
| - | — | - | 22 | - | 19 *pro* 10 |
| - | 16 | - | 21 | - | uiam *pro* uitam |
| - | 16 | - | 30 | - | 10 *pro* 3 |
| - | 17 | - | 42 | - | Ad insessas conf. Verg. A. II, 165: insedit. |
| - | 18 | - | 5 | - | ἐνείῃ *pro* ἐνίῃ |
| - | 22 | - | 23 | - | auram *pro* aura |
| - | — | - | 25 | - | 849 *pro* 949 |
| - | 23 | - | 16 | - | 301 *pro* 310 |
| - | 24 | - | 18 | - | Vario *pro* Varius |
| - | — | - | 22 | - | bono omine *pro* bono |
| - | 25 | - | 16 | - | grandia *pro* gradina |
| **pag.** | 26 | **uers.** | 24 | *lege* | scriberis *pro* seriberis |
| - | 27 | - | 39 | - | edd. praeter Q |
| - | 30 | - | 8 | - | tenent *pro* tenet |
| - | | - | 35 | - | miscearis *pro* misecaris |
| - | 34 | - | 12 | - | Unam, quae *pro* Unamque |
| - | 35 | - | 2 | - | 208—288 — Et duris *pro* Et auris |
| - | — | - | 28 | - | Quadrimum *pro* Quadrimam |
| - | 36 | - | 26 | - | utique *pro* utque |
| - | 37 | - | 8 | - | digito *pro* digita |
| - | — | - | 23 | - | uident *pro* uides |
| - | — | - | 24 | - | castaneae *pro* castanae |
| - | 38 | - | 3 | - | pendet *pro* pendit |
| - | — | - | 18 | - | iustas *pro* istas |
| - | — | - | 25 | - | I *pro* II |
| - | 39 | - | 8 | - | G. IV *pro* S. VI |
| - | — | - | 27 | - | iuuentae *pro* inuentae |
| - | 40 | - | 1 | - | A. IV, 242 *pro* VI, 292 |
| - | — | - | 2 | - | evocat *pro* evorat |
| - | — | - | 17 | - | uoce *pro* uoci |
| - | 42 | - | 2 | - | heseces *pro* hefeces |
| - | — | - | 28 | - | utrum *pro* ut eum |
| - | 45 | - | 3 | - | erranti *pro* errandi |
| - | — | - | 7 | - | Verg. (G. *pro* Verg. (S. |
| - | — | - | 9 | - | V, 8, 25 *pro* V, 9, 95 |
| - | — | - | 16 | - | et 18 *pro* G. — S. |
| - | — | - | 23 | - | Romulum post hos prius *pro* Catonis cet. |
| - | — | - | 32 | - | equis *pro* aquis |
| - | 47 | - | 22 | - | Gentis *pro* Sentis |
| - | — | - | 27 | - | Parthi *pro* Parthis |
| - | 48 | - | 5 | - | Domitos *pro* Domitis |
| - | — | - | 24 | - | mons est *pro* mons et |
| - | — | - | 31 | - | superiori |
| - | 49 | - | 24 | - | ergo *pro* erga |
| - | 50 | - | 10 | - | VI *pro* IV |
| - | — | - | 14 | - | uelis *pro* uelit |
| - | 51 | - | 6 | - | lacrimae, amoris nim. prod. Hirschfelder. |
| - | — | - | 11 | - | IV *pro* VI |
| - | 52 | - | 27 | - | 4) glossa crudeliter BφCfh. *pro* 31) gl. cr. Bφφfh. |
| - | 54 | - | 4 | - | admin. *pro* ad min. |
| - | — | - | 8 | - | Andr. III, 1, 22 |
| - | 56 | - | 15 | - | Manifeste allegoria |
| - | — | - | 24 | - | ἀλληγορικῶς |
| - | 58 | - | 9 | - | Troianam *pro* Troianum |
| - | 59 | - | 1 | - | rabiem *pro* rabtem |

**pag.** 59 **uers.** 14 *lege* uirtuti *pro* uirtui —
\- — - 22 - rabiem *pro* ratiem
\- 60 - 6 - fluminea *pro* flaminea
\- 61 - 4 - tollemus ad astra.]
\- — - 12 - aestas *pro* oestas
\- — - 16 - Cassandram *pro* Cassandrem
\- 62 - 7 - tuae *pro* tua.
\- — - 8 - ueteres *pro* uiteres
\- — - 10 - [O matre pulchra — siue mari libet Hadriano] *pro* Hadriano.
\- 64 - 6 - Verg. (G. I, 330) *pro* Verg. (I, 330). Per gentes — Pergentes
65 - 14 - Scholion longius est hoc: 'Epitheton est sicut in Arte po. de pede iambo (u. 252): Pes citus unde etiam trimetris accrescere iussit Nomen iambeis.'
\- 69 **uers.** 5 - e leui *pro* eleui
\- 74 - 10 - IV, 5, 6 *pro* IV, 5, 5
\- — - 15 - Centauros *pro* Centauris
\- 75 - 1 - Sithonio *pro* Sithoniis
\- — - 3 - Inguinis *pro* Iuquinis
\- 77 - 38 - Libero *pro* Liberio
\- 78 - 13 - niueamque Paron dixit Verg. (A. III, 126)
\- — - 31 - θηβαιγ. *pro* θυβαιγ.
\- 79 - 14 - IV, 3, 11 *pro* IV, 3, 6
\- 81 - 2 - uilemque *pro* uilem que
— - 44 - orationi *pro* oratione
85 - 5 - uiuique *pro* uinique
\- 86 - 17 - s lit. *pro* 5 lit.
\- — - 36 - qua *pro* quae
87 - 44 - mua *pro* mva
\- 89 - 25. 26. - pinetis *pro* pineti — et escule —
\- 112 - 34 - XVI *pro* XKL
\- 116 - 38 - Est pr. dictum *pro* Et pr. dictum
\- 120 - 12 - Liris *pro* Lyris
\- 123 - 29 - AγbRIIIP *pro* AγbRRIP
\- 124 - 19 - est citharae cant. *pro* et cith. cant.

**p.** 124. **u.** 19. ad C. I, 32, 15. Operae culpa etiam hoc loco, ut supra p. 48, 24, positum est *leuamen et citharae* etc. pro *leuamen est citharae*, quod omnes libri tuentur. Locus tamen haud ita facilis nondum sanus est. Cum *et* ante *sibi* ponere per codices non liceat, totum scholion sic emendandum et scribendum uidetur: 'Malorum enim leuamen est (sc. testudo siue lyra); citharae can*tum* sibi etiam quandocumque profuturum exoptat.' Pluralem can*tus* ex Hor. C. III, 1, 20 (Non auium *citharaeque cantus* somnum reducent) inlatum esse patet, ubi tamen alia ratio est. De auium aut concentibus aut uariis singularum modis et Vergilius hoc numero usus est, ut A. VIII, 456: matutini uolucrum sub culmine *cantus*, et A. I, 398: (cycnos) — — dedere *cantus*, dum singularis (Hor. S. I, 1, 10: sub galli can*tum*), potissimum de auibus singulis, de singulis musicis instrumentis (Verg. A. IX, 618: biforem dat tibia *cantum*) aut generatim atque uniuerse adhibebatur. Alteroutro quidem numero poet*ae* promiscue, pro sententiae natura et ratione, utuntur, ut Verg. VII, 641 et X, 163 de Musis: *cantusque mouete.* A. VII, 754: *cantu*que manuque spargere somnos. conf. Ouid. F. II, 767 etc., sed in pedestri oratione, paucis locis exceptis, ut Cic. N. D. II, 59: *quae ad neruos resonant in cantibus*, inprimis ubi, ut nostro loco, de *sono citharae* agitur, singularis numerus multo frequentior et sollemnis fere est. Adpono unum locum Plin. XXXIV, 8: *Scortum hoc lyrae cantu familiare Harmodio — consilia — non prodidit.*

**pag.** 124 **uers.** 21 *lege* (ubi-?) cumque *pro* cumque
\- 125 - 14 - mihi *pro* nihi
\- 126 - 27 - cellati (21) *pro* collati
\- 126 - 39 - diffic. *pro* dific.
\- 127 - 33 - ἐλεγεῖον *pro* ἐλεγειον
\- — - 35 - in cdd. litt. graecis *pro* in litt. gr.
\- - 36 - reddita *pro* redita
\- 128 - 39 - philosophantem *pro* philosophuntem
\- — - — - Parcus deorum cultor
\- 128 - 40 - sed hac A *pro* seo hac A
\- 131 - 23 - laconicae *pro* lacronteae
\- — - 27 - siue *pro* siae
\- 132 - 28 - apud Antium *pro* apad Antiam

**pag.** 135 **uers.** 29 *lege* AR12,rmv *pro* AR22,rmv
- 141 - 3 - Threi. *pro* threi.
- 143 - 19 - latentis *pro* latentes
- — - 11 - per quas *pro* per quas
- 144 - 15 - Liburnorum]. *pro* Liburnorum.
- — - 27 - praemedita *pro* praemeditate
153 - 21 - ioci *pro* iobi
154 - 35 - deleantur *pro* doleantur
- 156 - 34 - Dauniae *pro* Daunia
— - 35 - Scholio *pro* Scholii
160 - 33 - ὀφθαλμῷ . . . ἀτενὲς *pro* ὀφδ . . . ἀ τενὲς
— - 39 - in fratres *pro* in fratus
162 - 22 - uirtus *pro* nirtus
- — - 23 - eadem *pro* eodem
- 163 - 43 - temporaneae *pro* temporaniae
- — - 44 - Et br. lectione omn. libr. *pro* Et br. omn. libr.
- 164 - 2 - laetitiae *pro* laetitia
- — - 35 - uerbis *pro* nerbis
- — - 38 - Q scribendum *pro* Q. scribendum
166 - 14 et 16 - lasciuus *pro* lascinus
— - 29 - bellissima *pro* belissima
- — - 39 - si ea *pro* sica
- 169 - 11 - Phyllidis *pro* phyllidts
- 170 - 36 - et ex G *pro* et et G
- 171 - 36 - distinxi post inmaturae. tollerare fh ut K u. 4. et transl. *pro* distinxi post toll. etc.
- 171 **uers.** 43 *lege* om. schol. *pro* omn. schol.
- 174 - 11 - obscuro *pro* obs — curo
- — - 31 - hus, accuratius h⁹
- — - 42 - Hiber om. Ayb. hiber *pro* Hiber om. hiber
- 175 - 26 - Syrtis *pro* Sgrtis
- 176 - 27 - B. Cal. *pro* B Cal.
- 177 - 26 - Titinnius *pro* Titlunius
- 179 - 29 - manes *pro* mones
- — - 35 - pretiosi *pro* pretiesei
- 182 - 29 - helare *pro* helarc
- — - 41 - γR,r *pro* γh,r

**pag.** 183 **uers.** 33 *lege* simplices Nymphae] *pro* simplices Nymphoe]
- 184 - 35 - a. fallacis *pro* a fallaci s
- — - 39 - habet *pro* hacet
- — - 43 - ut Acr. *pro* ut Porph.
- 185 - 32 - MAR2C *pro* MAR2R
- 187 - 25 - semper *pro* sempes
- — - 43 - quaerelam *pro* quaereclam
- — - 44 - ypallage *pro* ypallege
- 188 - 11 - libuisset *pro* licuisset, quod Q tacens inculcauit contra omnium librorum auctoritatem. Tempore, quo oculorum inflammatione laborabam, *licuisset* etiam in meam ed. irrepsit culpa operarum, qui et Acronis uerba sic a me scripta: ubi [licuisset] libuisset neglexerunt, ut saepius factum doleo, et notam inter alias in margine positam: libuisset AR (ubi id libuisset) 12,rveafh et C.
- 189 **uers.** 27 *lege* rell. *pro* roll.
- 190 - 22 - informis *pro* informes
- — - 26 - tamquam *pro* tamquum
- — - 31 - Schol. 14) temp. sapiens *pro* Schol. temp. supiene
- — - 45 - ass. *pro* ess.
- 191 - 29 - exemplo. qua *pro* exemplo qua
- — - 38 - admon. *pro* edmon.
- — - 41 - G a 1 m. *pro* Ga,m.
- 196 - 22 - Obbar. *pro* Obcar.
- — - 29 uita *pro* aita
- — - 31 - canitiam *pro* caniliam
- 197 - 20 - nitidissima — nisid. *pro* habent — babent
- 203 - 26 - recepi *pro* rece i; *lege* est; 2 *pro* est: 2
- — - 25 - unde *pro* ande
- 209 - 39 - Oud. *pro* Ould.
- 211 - 2 - Tinguet *pro* Tingat et
- 212 - 27 - strueretur *pro* struretur
- 214 - 13 - pro declinatione solis i. e. pro euitatione solis, ut declinatio periculi Seneca N. Q. II, 39, declinatio laboris et periculi Cic. Cluent. 54. Falli se passus est Britannus quidam, qui Anglicam elocutionem *the decline of the sun* intellegens occasum cum euitatione solis confudit. Pro aurae excepti-

one, quod ortum uidetur ex Horatii uerbo 'excipiebat' proposui aurae *recepti*one (non receptionem, ut u. 32 perperam inpr. est). Nomini exceptione, quod non potest defendi locis ut Cic. Verr. V, 45: spiritum ore excipere, uel 'captatione' praeferendum est. Haurire aerem liberum (Scheller.) non latinum est. namque aquam, lucem, spem Romani hauriebant, non item caelum, spiritum, auram aeris. conf. Verg. G. I, 376: captauit naribus auras.

**pag.** 215 **uers.** 2 *lege* pone uncos [denique *pro* uisentur] conf. Acron.
- 223 - 44 - capricorno *pro* capriciorno.
- — - 32 - odori *pro* odri
- 226 - 37 - ex *pro* ec
- 232 - 32 - cantando *pro* cantandu
- 236 - 18 - lemma *pro* emma *lege* in *pro* io
- 237 - 21 - ut *pro* ui
- 238 - 43 - cohibebor *pro* cog.
- 239 - 6 - non *pro* ron.
- — - 40 - Suringar *pro* Surr.
- 240 - 5 - Sacris non initiati, qui fanum intrare non poterant *pro* sacris non poterant
- 241 - 8 - quibus ad uitam *pro* quibus uitam
- — - 15 - tremefecit *pro* treme fecit
- 243 - 42 - AR. *pro* AR.' AR.
- 245 - 27 - sollicitat *pro* sollibitat
- 246 - 24 - imperium. Et ad. Difficilior altera pars: et per hoc ostendit uulg. lectio aflıQ. bis ergo per hoc in uno scholio atque iterum sequentis principio. et philosophos est etc.
- 246 **uers.** 31 *lege* gem. lit. m habet *pro* gem. habet.
- 247 - 36 - Videlicet *pro* Vindel.
- 248 - 22 - faciliorem que *pro* facitioremque
- 249 - 30 - assiduitatem *pro* assidiuidatem
- 250 - 33 - usurpabatur
- 254 - 33 - undas *pro* nudas

**pag.** 254 **uers.** 41 - enisus *pro* euisus
- 255 - 2 - uirtutis *pro* uirtulis
- — - 23 - inter *pro* idter
- — - — - Herculem *pro* Herculum
- — - 29 - numini
- — - 33 - animi
- — - 34 - martis
- — - 36 - Q. pro *pro* Q pro
- — - 39 - lit. *pro* tit.
- — - 43 - caeterum
- 256 - 23 - fessis
- — - 29 - deletum
- — - 40 - 15) *pro* 16)
- 263 - 8 - discere *pro* dicere
- 265 - 26 - appellabatur *pro* apellabatur
- — - — - peruetusta *pro* per uetusta
- — - 42 - ADEP Fran. aliisque *pro* AFEP Fran. aliiq.
- — - 45 - ac uetustior *pro* at uetustior
- 266 - 13 - totidemque
- — - 22 - solebat, uel: quod *pro* solebat, quod
- — - 27 - qui propter remotiorem *pro* qui Porph. rem.
- — - 29 - habeat. conf. cod. 'A' ad Porph. p. 275.
- 267 - 24 - Φερέντῃ *pro* Φερέτῃ
- — - 37 - est Apollini *pro* est, Apollini
- 269 - 36 - omn. praeter *pro* om. praeter
- 271 - 29 - (conf. u. 73: Terra dolet suis)
- 272 - 20 - u a man. 2. *pro* ua man. 2.
- — - 26 - cap. *pro* eap.
- 277 - 8 - exstructos
- 279 - 24 - et γ *pro* dγ
- — - 40 - Vestae
- 280 - 35 - futurum γ,r *pro* futurum b
- 282 - 26 - omn. libri *pro* omo. libri
- 286 - 32 - differri autem *pro* differie
- 288 - 19 - omn. praeter *pro* om. praeter

**pag.** 289 **uers.** 29 *lege* mv: inter laxata. om. Aγb,r.
- — - 13 - Q ex Porph. *pro* ex Q Porph.
- 291 - 27 - a. Decium *pro* a Dec.
- 294 - 41 - pag. 295. 1) *pro* 19)
- 303 - 29 - Par. *pro* Per.
- 304 - 4 - reuertentis gratiae *pro* redeuntis gr..
- — - 9 - Qualis ut [ubi] *pro* Qualis [ubi]
- 306 - 26 - Sithiae b *pro* scithiae b
- 307 - 12 - uicissitudinem (uicem) *pro* uicem
- 311 - 15 - 50 *pro* 5
- — - 17 - scalpe *pro* scalpae
- — - 34 - tantum *pro* tactum
- 312 - 36 - Inane *pro* Juane
- — - 41 - ad om. *pro* adom.
- 313 - 22 - iucunditate *pro* iucundidate
- 314 - 42 - lit. 1, *pro* lit. 1
- 315 - 13 - κάλαθος *pro* κάλαβος
- — - 19 - Verg. *pro* Vurg.
- — - 23 - dicebatur *pro* dicab.
- — - 25 - colligi potest *pro* colligit potost
- — - 25 - occurrat *pro* occupat
- — - 32 - μάχεσθαι *pro* μάχεσβαι
- 316 - 33 - transmittit
- 317 - 22 - petiisse *pro* petiise
- 319 - 27 - sacrificio *pro* sacripcio
- — - 41 - 17) *pro* 18)
- 320 - 15 - Lenit *pro* tenit
- — - 40 - aet. γR,C. Canis *pro* aet. vR,C. Danis
- 325 - 19 - Tacito usitatam. m. *pro* tacito usitatam m.
- — - 19 - cf. Grach. ap. Gell. XV *pro* Gr. ap. cf. M. XV.
- 326 - 42 - Quanto diu. etc. pertin. ad p. 327, l. 2.
- — - — - contempto *pro* contemplo
- 328 - 32 Asiaticis *pro* Asiaaticis
- 331 - 23 - uocauerit *pro* uscauerit
- — - 24 - adludens *pro* ad ludens
- 331 - 38 - Ang. Mai. *pro* Aug. Mai
- 332 - 31 - Scaen. *pro* Scaen.
- 333 - 1 - Tum *pro* Tam

**pag.** 334 **uers.** 8 *lege* in pratis *pro* in partis
- — - 21 - relic s — Macrob. III, 9 1 *pro* M. III, 9, r.
- 338 - 30 - Ribbeck: alta *pro* Ribbeck ialta
- — - 40 - 15) *pro* 12)
- 339 - 26 - 4) *pro* 10)
- — - 32 - relicta *pro* rell.
- 341 - 39 - acciderit *pro* accidesit
- — - 43 - offendi, nuper *pro* effendi nuper
- 343 - 31 - Schol. Acronis ad u. 8: 'Languidiora uina. uetustate leniora' errore operae notis ad Porph. III, 20 admixta atque adiuncta sunt, sed recte iterantur p. 344, 3 post promas
- 344 **uers.** 33 *lege* amoues al. *pro* amoues uol.
- 346 - 25 - inuocata *pro* inuocoto
- — - 38 - partubus *pro* partulus
- — - 39 - putabantur *pro* putabuntur
- 347 - 1 - dicitur edita *pro* dicit uredita
- — - 9 - oblicum *pro* obliquum
- 349 - 38 - ἀωρίςτως *pro* auersos
- 350 - 32 - sumptuosum *pro* sumptaosum
- 352 - 40 - admitti b. *pro* admittib.
- — - 42 - aut ob *pro* autob.; aut om. *pro* autom
- 354 - 30 - explent *pro* explerit
- 356 - 31 - 13) *pro* 12)
- — - 37 - intellege
- 360 - 36 - adiectiuum b. *pro* adiect.
- 368 - 22 - trimorfa Keller. l. l. p. 156 propter trimorsa et trimosa seruare uoluit. non recte, nam nec tri*morfa nec* trifor*ma* latine dicebatur, Diua triform*is* autem ab ipso Horatio C. III, 22, 4, conf. Ouid. M. VII, 94 et 177, ut Chimaera C. I, 27, 24.
- 389 **uers.** 39 *lege* ἐπιείκως *pro* ἐπιείκιως
- 401 - 13 - pleni *pro* pleno
- — - 25 - iuuenem *pro* inuenem
- — - 31 - Adnotandum *pro* Adnotantum
- 402 - 37 - secularibus decantanda *pro* secularibus decantanta
- 405. 407. 409. 413. IN CARM. IV, 6 *pro* VI, 1, 6 aut III, 6

**pag.** 411 **uers.** 18 *lege* signorum marmoreorum *pro* sinnorum marmoreum
- 412 **uers.** 4 *lege* natus *pro* natas
- 420 - 19 - dicebantur Sulpicii Galbae- Illic uinum condi consueuerat.
426 **uers.** 28 *lege* III, 3, 54 *pro* III, 54.
- 433 - 34 - practerito *pro* praetorito
- 437 - 22 - Liu. *pro* Lin.
- 439 - 30 - quae *pro* qaee
- 440 - 37 - Salubres *pro* Salabres
- 441 - 43 - Ambr. *pro* Aubr.
- 460 - 38 - genus *pro* gems
- 470 - 19 - eq. *pro* cq.
- 472 - 30 - pupulae *pro* populae
- 475 - 29 - i. dolenter *pro* idolenter
- 480 - 40 - cod. *pro* codd.
- 481 - 5 - inliterati *pro* inlitterati
- — - 24 - (plumatiis r) *pro* (plumatiis r.
— - 26 - scripta *pro* scribit
— - 33 - non *pro* nou
— - 35 - amputare *pro* ampulare
- — - 39 - frigidi *pro* frigido
- 483 - 22 - Repositum *pro* Repositum
- — - 37 - Bφ *pro* Mφ
- 484 - 25 - muscas et cul. *pro* muscas et et cul.
- — - 30 - adhuc *pro* ad huc
- — - — - ad cesarem. Bφ: *pro* ad cesarem Bφ:
- — - 32 - hunc om. *pro* hunc omn.
- — - 34 - certamina *pro* certamine
- — - 35 - add. boues *pro* ad boues
- — - 41 - eum *pro* cum
- 485 - 8 - incertus (fertur?)
- — - 45 - de om. *pro* deom.
- 486 - 25 - exsequitur turpitudinem *pro* exsequitur turp.
- 486 - 33 - libri *pro* libi

**pag.** 487 **uers.** 33 *lege* συνεχδ. *pro* συ — νεχδ.
- 488 - 36 - petas *pro* petar
- — - 7 - Noto *pro* noto
- — - 9 - 'Αναφορὰ *pro* 'Αναφορά
- — - 38 - Hac ode *pro* Hoc ode
- — - 41 - opprimant Bφ. *pro* opprimant.
- — - 39 - nauem pergeret ad transmariua loca sicut nauem qua etc.
- 489 **uers.** 4 *lege* (Verg. *pro* Verg.
- — - 16 - (laborem?), qualem *pro* (laborem?) qual
- 490 - 29 - crasa. praeda *pro* erasa praeda
- — - 32 - tempestatibus *pro* tempestitabus
- 491 - 23 - τόπος *pro* τοπος
- — - 45 - C. petium *pro* C petium
- 492 - 23 - ut K Ambr. Fran. et recc. plurimi.
- — - 37 - γ: arguit *pro* arguit
- 496 - 24 - (u. 9: in domitam properat
- 496 - 26 - dictis aut certe indis A2,r uerba bis posita sunt
- 499 - 20 - eras *pro* erat
- — - 21 - excidit, cum *pro* excidit cum
- — - 36 - salacissimi *pro* sagacissimi
- 502 - 42 - tristitiae *pro* tristristiae
- 504 - 38 - Laublingensis *pro* Laublinginsis
- 506 - 23 - Maecenas *pro* Macoenas
- — - 26 - exurit amanteis *pro* exurit, am.
- 507 - 26 - 11) *pro* 12)
- 512 - 21 - literis, scribe *pro* literis. scribe
- 516 - 26 - si vous plait
- 519 - 32 - Bφ bis. oliuae
- - 38 - natura sugg.
- 523 - 28 - adspici
- 526 - 9 - aliquando *pro* aliquande

Non omnia errata a me esse notata bene noui. Operarum enim culpa uersuum numeri, qui ab iis mutari debebant, subinde perperam positi apparent. Frequens etiam offendit inconstantia in scriptione verborum,

ut *exse*crabilis et *exe*cratio, *in*lustr. et *il*lustr., *l*iterae et li*tt*erae etc., falsa distributio literarum, praesertim in transitu ad nouos uersus, ut pug - nandi, mag - nas et alia id genus.

NB. 1. Ne plus citiusque aequo a ueteribus Horatii interpretibus *barbarus genetiui* ***sui*** *usus* pro *sua* abiudicetur, quippe ueteribus libris omnino tutus (uide *Acronem* ad I, 3, 20. 24. II, 15, 16. III, 2, 17. Epod. X, 6, et *Porphyrionem* ad C. II, 8, 1. III, 1, 28; 11, 21; 18, 1 etc.), bonas preces etiam atque etiam precor uiros doctos, quos consilium iudiciumque raptim praecipitare iuuat quorumque uituperationem, quae si grauius posita sit, seria est, si leuius, ridicula, facilius subire possum quam uitare, ut patientius a me ea exspectent, quae in *Prolegomenis* Volumini II adiunctis *de sermone Acronis et Porphyrionis* prolata et disputata sunt.

NB. 2. Ad pag. 511 u. 17. Epod. XVI, 7. Viri docti, qui philologi uocantur, anno 1863 Misniae congregati de *caerulea Germaniae pube* disputarunt cum totam *Acronis* expositionem tum *stigmatos oculos* neglegentes. Quid sint stigmati oculi, interpres non dicit. Videntur autem palpebrae intellegendae esse caeruleo colore pictae et notis etiam persignatae, quibus horridus pubis adspectus eo terribilior fieret. Ergo ut maiorem sui terrorem faceret, Germana pubes oculos, id est, palpebras et supercilia atque cutem uicinam, stigmauit, non uero, Acrone quidem teste, totam faciem uel totam cutem, ut *Linkerus* ibi pronuntiauit, conferens *uirides Britannos* Caes. B. G. V, 14. Videsis Nou. Ann. Chr. Iahnii 1864. XC, 2, p. 93.

NB. 3. Iam peracto opere *Hirschfelderus* meus per bonam gratiam adtulit nonnullorum quos laudaui locorum et constitutionem (p. 233 u. 6: Sallust. Cat. XIX, 2 et p. 327 u. 8: Lucan. Phars. V, 403: et quae piger Apulus arua Deseruit rastris) et correctionem (p. 87 u. 13: Aen. IV, 41 pro IV, 306. p. 89 u. 14: Verg. A. VII, 227 pro B. VII, 227 et p. 89 u. 16: B. VII, 60 pro B. VII, 70.)

Atque hoc loco meum etiam est, gratas gratias, quas memini, publice agere et repetere doctis probisque duumuiris *Carolo Hermanno* et *Henrico Bergmanno,* qui ante hos uiginti annos Berolini ut literis studium adsiduum sic mihi meaeque rei operam nauabant beneuolam, in quaerendis mecum permultis scriptorum ab Acrone et Porphyrione laudatorum locis numquam defatigati.

FORMIS EDUARDI HÆNELII
BEROLINI.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED